BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
2 G
39

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Y
33

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PARÆNESIS
SIVE
COMMONITORIVM
D. HVBERTI D'ASSONLEVILLE
ALTIMONTENSIS MONASTERII
PRIORIS
ORDINIS D. BENEDICTI.

AD ERRANTES IN FIDE OMNES pertinens, vt ad Catholicæ Eccleſiæ Vnitatem ſe recipiant.

NOVA EDITIO

Pro Superioris animaduerſione.



Ex Legato Ill.mi Comini Biblioth. Secr. Coll. Rom. Soc. Iesu

MONTIBVS,
Typis FRANCISCI WAVDRAEI, ſub Bibliis.
M. DC. XXXIII.

Digitized by Google

REVERENDO ADMODVM
IN CHRISTO PATRI AC DOMINO,

D. PETRO
LE IEVNE

ALTIMONTENSIS MONASTERII
ABBATI DIGNISSIMO,
VIGILANTISSIMOQVE,
DOMINO SVO ET PATRONO
PLVRIMVM OBSERVANDO,
SALVTEM PLVRIMAM.

DOMINVS *ac Saluator noſter* (*Reuer. Domine*) *pro ſua in nos benignitate ſic admonet nos,* Ioannis 6. *Operamini cibum non qui perit, ſed qui permanet in vitam*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

æternam. Cùm iam pridem compertum haberem ſumma erga Clientes tuos (inter quos nomen meũ profiteor) te vti humanitate, vt monumentum hoc quod Dei benignitate, veſtra & Fratrum coadiuuante charitate exegi, quodam tibi iure debitum, vt ſub Reuerentiæ veſtræ nomine in publicum darem, teq́; hac vna qua poſſem ratione demererer, diligenter conſiderata re, conſultiſſimum fore duxi. De ipſo opere meoq́; labore vt aliquid dicam, non tam res ipſa me cogit, quàm non malè recepta præfandi conſuetudo, hortatur, propter eos qui lecturi ſunt, vt pręcipuè apparet inſtituta. Neque enim laudibus maiorum tuorum & quæ tibi propriæ ſunt decantandis, paginas implere decreui, quod genus exornationis qui tractent & ſunt & erunt alij me inſtructiores atque fœcundiores. Mihi in pręſentia ſatis eſt, cùm tibi, tum candido Lectori demonſtrare, meum hoc tui deme-

Digitized by Google

demerendi officium, non eſſe à veſtra amplitudine alienum. Quid de meo ſtudio, conatu, labore, ærumnis exanthlatis in hoc opere me iactem? Ah Bias idem ex Sapientibus Græciæ vnus (vt author eſt Plutar. lib. de auditione) ab Amaſide iuſſus ſimul & optimam & peſſimam victimæ carnem mittere, linguam ei exſectam miſit, nimirum quia ſermo & vtilitatis & damni plurimum adfert, nam in eo quoque videmus errare pleroſque, quod in dicendo ſe exercent, antequam ſe ad audiendũ aſſuefecerint, putantq́ dicendi eam eſſe diſciplinam atque meditationem, vtiliter autem quouis modo. Et qui pilæ ludum tractant ſimul & iacere & accipere pilam diſcunt. In vſu verò ſermonis prius eſt rectè accipere quàm emittere. Spindarus Talentinus magni Vir nominis, Epaminundam cùm vellet laudare, aiebat, neminem ſibi obtigiſſe hominem, qui & ſciret plura

& pauciora loqueretur. Magna profectò laus, magniq́ue de maximo Viro præclarum teſtimonium. Equidem fateor taciturnitatem in vita communi apprimè vtilem, ac laudabilem eſſe tutam, vt Flaccus noſter ſcite lib. 3. carminum dixit, habere mercedem. Verum, enimuero veluti Regis ſecretum tenere bonum eſt, ita & Dei opera reuelare honorificum eſt, & de multarum earumq́; optimarum rerum peritis & doctis, appoſitè puto vſurpauerit aliquis, illud Ciclopis Euripidium, qui cùm Vliſſes diceret:

Habens tua ipſe, videbis honoratior.

Reſpondit.

Vtiliter autem, amicis largiens, ero.

Et in hoc genere maximè verum eſt, quod apud eundem Poeta pronunciat. Virum bonum proximis natum eſſe; Ac ſi bonum, communius quanto eſt, tanto haberi debet melius, quæ ſententia in prouerbium

abijt.

abijt. Tantum itaque eſt quod præfari ad te R. P. volui, reſtat vt tibi opus noſtrum commendem, ſanè ſpem non dubiam animo meo concepi, hunc laborem atque meam operam Reipub. litterariæ nauatam in manus hominum ita peruenturam, vt & vſui & oblectationi permultis ſit futura.

R. V. Obſeruantiſſimus D. HVBERTVS D'ASSONLEVILLE, veſtri Monaſterij Prior indignus.

Sanctæ Matri Eccleſiæ Dei toto orbe terrarum diffuſæ & ſupremo eius in terris Capiti Vrbano 8. Pontifici Opt. Max. officij ergo conſecratum. Placeat S. S. labor in promouendo bono Eccleſiaſtico impenſus.

DIABOLVS (ſcribit D. Aug. tomo 5. de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 51.) videns templa dæmonum deſeri, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui ſub vocabulo Chriſtiano, doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ, & cum Paganis alios atque alios Deos ipſi ſibi fecerunt, & eos ſi non in templis, tamen quod eſt peius in ſuo corde poſuerunt, & falſorum ridendorumque ſimulachrorum

templa

templa ipſi facta ſunt. Magnũ eſt opus intus hæc idola frangere & locum Deo viuenti non recenti Deo mundare; Quorum opinio diuerſa eſt, vanitas vna eſt, diuerſis locis, hæreſes diuerſæ ſed vna Mater ſuperbia omnes genuit, ſicut vnaMater noſtra Catholica omnes Chriſtianos fideles toto orbe diffuſos. Palpãt in meridie quaſi in media nocte, quod quidẽ rem manifeſtiſſimã(de Eccleſia loquor) in lucem omnium gentiũ conſtitutam videre non poſſunt.

Sicut autem Patribus noſtris Authore loquor D. Aug. tom. 8. pſal. 93 aduerſus leonem id eſt Diabolũ, aperte per infideles contra Chriſtianos ſæuientes opus erat patientia, ſic nobis aduerſus draconem id eſt Diabolum Catholicis ſub nomine Chriſti occulte inſidiantem, vigilantia. Perſecutio tamen ſiue à Leone ſiue à Dracone numquã ceſſat Eccleſiæ,

 & ma-

Digitized by Google

Sanctæ Matri Eccleſiæ Dei toto orbe terrarum diffuſæ & ſupremo eius in terris Capiti Vrbano 8. Pontifici Opt. Max. officij ergo conſecratum. Placeat S. S. labor in promouendo bono Eccleſiaſtico impenſus.

DIABOLVS (ſcribit D. Aug. tomo 5. de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 51.) videns templa dæmonum deſeri, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui ſub vocabulo Chriſtiano, doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ, & cum Paganis alios atque alios Deos ipſi ſibi fecerunt, & eos ſi non in templis, tamen quod eſt peius in ſuo corde poſuerunt, & falſorum ridendorumque ſimulachrorum templa

Digitized by Google

templa ipſi facta ſunt. Magnũ eſt opus intus hæc idola frangere & locum Deo viuenti non recenti Deo mundare; Quorum opinio diuerſa eſt, vanitas vna eſt, diuerſis locis, hæreſes diuerſæ ſed vna Mater ſuperbia omnes genuit, ſicut vna Mater noſtra Catholica omnes Chriſtianos fideles toto orbe diffuſos. Palpãt in meridie quaſi in media nocte, quod quidẽ rem manifeſtiſſimã (de Eccleſia loquor) in lucem omnium gentiũ conſtitutam videre non poſſunt.

Sicut autem Patribus noſtris Authore loquor D. Aug. tom. 8. pſal. 93 aduerſus leonem id eſt Diabolũ, aperte per infideles contra Chriſtianos ſæuientes opus erat patientia, ſic nobis aduerſus draconem id eſt Diabolum Catholicis ſub nomine Chriſti occulte inſidiantem, vigilantia. Perſecutio tamen ſiue à Leone ſiue à Dracone numquã ceſſat Eccleſiæ,

 & ma-

Digitized by Google

& magis metuendus eſt cùm fallit, quàm cùm ſęuit, illo tempore cogebat Chriſtianos negare Chriſtum, iſto autē tēpore docet chriſtianos negare chriſtū, tunc cogebat, nūc docet. Tunc ergo ingerebat violētias, nūc inſidias. Videbatur tunc fremēs, lubricus nunc & oberrans, difficilis videtur. Quomodo autem cogebat negare Chriſtum, apertum eſt. Attrahebantur enim Chriſtiani vt negarent Chriſtum, & confitentes Chriſtum, coronabantur. Nunc autem docet negare Chriſtum, & ideo fallit quia qui docetur negare Chriſtū, quomodo non ſibi videtur recedere à Chriſto. Modò enim quid dicitur ab Hæreticis Chriſtiano Catholico? Veni eſto Chriſtianus. Ad hoc dicitur, eſt, vt dicat non ſum. Aliud longe eſt, veni eſto Chriſtianus, aliud veni, nega Chriſtum. Apertum malum fremitus leo-

nis longe auditur, à longè cauetur. Applicat ſe lubricus draco occultis lapſibus ſerpens leni tractu ſubrepens, altuto ſibilo murmurans, & non dicit nega Chriſtum ſed dicit eſto Chriſtianus. Et ille mirabili voce percuſſus, ſi nondum veneno penetratus eſt, reſpondet, plane Chriſtianus ſum, ſi autem mouetur & dente Draconis captus eſt, reſpondet: Quare mihi dicis, eſto Chriſtianus. Quid enim non ſum Chriſtianus? Et ille non; Ergo non ſum? Non. Ergo nunc fac me Chriſtianum, ſi non ſum. Extat & aliquis hæreticus etſi non frater diaboli, certe adiutor & filius. Et ipſum dixerim perdicem contētioſum animal, hoc enim animal vt Aucupes norunt, & contendendi ſtudio capitur. Contendunt hæretici contra veritatem, & contenderunt, ex quo ſe diuiſerunt. Modò dicunt contendere nolumus,

lumus, quia capti ſunt. Non habet quod dicat, nolo contendere. O capte aliquando tu eras qui primis temporibus ſeditionis tuę traditiones arguebas, innocentes damnabas, iudicium Imperatoris quærebas, iudicio Epiſcoporum non conſentiebas, victus toties appellabas, apud ipſum Imperatorem ſtudioſiſſimé litigabas, congregabas quę non peperiſti, vbi nunc eſt ceruix tua? vbi lingua tua? vbi ſibilus tuus? Certé in nouiſſimis tuis factus es inſipiens, *Ieremiæ 17.*

Auguſtinus ad honoratū Manichæum, De util. cred. cap. 8.

Si iam ſatis tibi iactatus videris, finemque huiuſmodi laboribus vis imponere, ſequere viam Catholicæ diſciplinæ, quæ ab ipſo Chriſto per Apoſtolos ad nos vſque manauit, & abhinc ad poſteros manatura eſt. Et dicito

Digitized by Google

cito mecum:

Credo vnam, Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Abiura eorum infidelitatem, atque æmulare fidem eorum Clericorum, de quibus Hyeronimus tit. De Hæreticis, tom. 1. ſic ſcribit: Clerici qui erant de iſtorum Epiſcoporum Eccleſijs odio cõtra eos concertationem ex inanis gloriæ cupiditate ortam concepto, ab illis deſciuerunt, ſeq; totos addixerunt fidei cõſubſtantiali.

REVE-

Digitized by Google

REVERENDO
ADMODVM DOMINO,
D. HVBERTO
D'ASSONLEVILLE,
MONASTERII ALTIMONTANI
RELIGIOSO PIISSIMO,
Ac eiuſdem Prioris dignitate iam pri-
dem adornato.

NON perdifficiles mihi nunc colludite Muſæ,
Alto Montiadum gloria magna venit.
An iuuat herculeos metro cantare labores;
Impoſitumque humero ſubditi Atlantis onus?
An iuuat innumero victricia ſigna trophæo
Dicere, & inſigni Cæſaris ore decus?
Non iuuat indignos manibus decerpere flores,
Quando hyblæa legit nobile nectar apis.
Plura decent: alio ſit in aere fabula, nempe
Optima decantans arma ſuperna metro.
Sic pergas, HVBERTE*, moram tenebraſque relinquens,*
Te vocat ex alto diſſita Monte fides.
Nam facis occultam tenebris exurgere lucem,
Necnon errantes luce tenere fidem.

Et tibi

Digitized by Google

Et tibi ſunt certè melius ſplendentia Phœbo
Lumina, qui nobis inuehit axe diem.
Magnos luce fugas errores, nubila frangis,
Sectas diſcindis, pandis ad aſtra viam.
Ad ſacri reuocas peruerſos limina templi,
Et cupis ad firmam poſſe redire fidem.
Hoc tua ſcripta ſonant firmis fundata columnis,
Dictaque ſunt clarâ ſplendidiora die.
Nam cæco reddunt viſum, lucemque diemque,
Producunt viſum luce, diemque ſimul.
Lætis exultans animis, te multa coronat
Tuba, placet doctis lux tua clara viris.
Sic inquam pergas, te pro præſente labore,
Vt pro præterito, gloria magna manet:
Et veniens nitidam lectoribus addito lucem,
Siſque per æternos lumen ad aſtra dies.

GEORGIVS FOVRNIER
Hanno-Altimontanus gratulabatur.

APPROBATIO.

Reuerendi Domini HVBERTI D'ASSONLEVILLE Prioris Monaſterij altimotenſis in Hannonia, Commonitorium iſtud in hæreticos & ſeductores ac ſeductos huius ætatis, Catholica & ſalutari doctrinâ, ſaluis in omnibus fide ortodoxa ac bonis moribus, refertum eſt, luceque publica preli beneficio dignũ. Datum Duaci Die 4. Martij 1632.

MATHIAS NAVEVS S. Theol. Doctor Canonicus Seclinienſis ad S. Petrum Parochus, & lib. Epiſcopalis Cenſor.

Digitized by Google

AD BENEVOLVM

Lectorem.

QVAE Principes noſtræ Religionis à Domino ac Deo noſtro Ieſu Chriſto edocti nobis tradidere, & nos quoque poſteris tradere debemus. Quæ ſummo animi ſtudio expendens Vincentius Lirinenſis Monachus Præsbiter, ſanctitate ac doctrina conſpicuus, quonam modo poſſit certa quadam & quaſi generali ac regulari via Catholicæ fidei veritatē ab hæreticæ prauitatis falſitate diſcernere, dum anxius laborat, ſic ait: Quod ſiue ego, ſiue quis alius vellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueoſque vitare, & in fide

in fide ſana ſanus atque integer permanere, duplici modo munire fidē ſuam (Domino adiuuante) deberet. Primò ſcilicet diuinæ legis auctoritate, tum deinde Eccleſiæ Catholicæ traditione, Hic forſitan requirat aliquis, cùm ſit perfectus Scripturarum canon, ſibiq́ue ad omnia ſatis ſuperq́ue ſufficiat; Quid opus eſt vt ei Eccleſiaſticæ intelligentiæ iungatur auctoritas? Quia videlicet ſcripturam ſacram pro ipſa ſua altitudine non vno eodemq́ue ſenſu vniuerſi accipiunt, ſed eiuſdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur, vt pene quot homines ſunt, tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur. Aliter namq́ue illam Arrius, aliter Macedonius, aliter Lutherus, aliter Caluinus, aliter Oecolampadius exponit: atque idcirco multum neceſſe eſt propter tantos tam varij erroris anfractus,

vt Propheticæ & Apoſtolicæ interpretationis linea ſecundùm Eccleſiaſtici & Catholici ſenſus normam dirigatur. In ipſa item Catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, vt id teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt: Hoc eſt etenim verè proprieq́ue Catholicum (quod ipſa vis nominis ratioq́ue declarat) quę omnia verè vniuerſaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fit, ſi ſequamur Vniuerſitatem, Antiquitatem, Conſenſionem. Sequemur autem Vniuerſitatem hoc modo ſi hanc vnam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia, Antiquitatem verò ita, ſi ab his nullatenus ſenſibus recedamus, quos ſanctos maiores ac Patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt. Conſenſionem itidem, ſi in ipſa vetuſtate, omnium vel certè pene omnium

Digitized by Google

omnium Sacerdotum pariter ac Magiſtrorum definitiones, ſententiaſque ſectemur. Quid igitur faciet Chriſtianus Catholicus ſi ſe ob aliqua Eccleſiæ pericula ab vniuerſalis fidei cõunione præciderit? Quid itaque, niſi vt peſtifero corruptoq; membro ſanitatem vniuerſi corporis anteponat? Quid ſi nouella aliqua contagio non iam portiunculã tantum, ſed totã pariter Eccleſiã commaculare conetur? Tunc item prouidebit vt Antiquitati inhęreat, quæ prorſus iam non poteſt ab vlla nouitatis fraude ſeduci. Quid ſi in ipſa vetuſtate duorum aut trium hominum vel certè Ciuitatis vnius, aut etiam Prouincię alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit vt paucorum temeritati vel inſcitię, ſi qua ſunt, vniuerſaliter antiquitus vniuerſalis Eccleſiæ decreta pręponat. Quid ſi tale aliquid emergat vbi

vt Propheticæ & Apoſtolicæ interpretationis linea ſecundùm Eccleſiaſtici & Catholici ſenſus normam dirigatur. In ipſa item Catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, vt id teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt: Hoc eſt etenim verè propriéque Catholicum (quod ipſa vis nominis ratioque declarat) quę omnia verè vniuerſaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fit, ſi ſequamur Vniuerſitatem, Antiquitatem, Conſenſionem. Sequemur autem Vniuerſitatem hoc modo ſi hanc vnam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia, Antiquitatem verò ita, ſi ab his nullatenus ſenſibus recedamus, quos ſanctos maiores ac Patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt. Conſenſionem itidem, ſi in ipſa vetuſtate, omnium vel certè pene

omnium

Digitized by Google

omnium Sacerdotum pariter ac Magiſtrorum definitiones, ſententiaſq́ue ſectemur. Quid igitur faciet Chriſtianus Catholicus ſi ſe ob aliqua Eccleſiæ pericula ab vniuerſalis fidei cõunione præciderit? Quid itaque, niſi vt peſtifero corruptoq́; membro ſanitatem vniuerſi corporis anteponat? Quid ſi nouella aliqua contagio non iam portiunculã tantum, ſed totã pariter Eccleſiã commaculare conetur? Tunc item prouidebit vt Antiquitati inhęreat, quæ prorſus iam non poteſt ab vlla nouitatis fraude ſeduci. Quid ſi in ipſa vetuſtate duorum aut trium hominum vel certè Ciuitatis vnius, aut etiam Prouincię alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit vt paucorum temeritati vel inſcitię, ſi qua ſunt, vniuerſaliter antiquitus vniuerſalis Eccleſiæ decreta pręponat. Quid ſi tale aliquid emergat vbi

nihil huiuſmodi reperiatur? Tunc operam dabit, vt collatas inter ſe maiorum conſulat, interrogetq́; ſentētias, eorum dumtaxat, qui diuerſis licet temporibus & locis, in vnius tamen Eccleſię Catholicæ communione & fide permanentes magiſtri probabiles extiterunt: Et quidquid non vnus aut duo tantū, ſed omnes pariter vno eodemq́ue conſenſu aperte, frequenter, perſeuerāter tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognouerit, id ſibi quoq; intelligat abſq; vlla dubitatione credendum. Hęc vt expeditiora atque clariora fiant, exemplis atq; auctoritatibus Sanctorum illuſtranda hęc pręſenti libello & cōfirmanda ſuſcepi, adiuuāte Deo, etiam octuagenario maior.

D. HVBERTVS D'ASSONLEVILLE.

D. HV-

Digitized by Google

D. HVBERTI D'ASSONLEVILLE AD OMNES VERITATIS AMATORES, COMMONITORIVM.

CAPVT PRIMVM.

VERI CATHOLICI DELINEATIO.

QVIS verè Catholicus ſit, ipſe Vincentius Lirinenſis, in Commonitorio ſuo ſic docet: Qui veritatem Dei, qui Eccleſiam, qui Chriſti corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit; non hominis cuiuſpiam authoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philoſophiã: Sed hæc cuncta deſpiciens & in fide fixus & ſtabilis permanens, quidquid vniuerſaliter antiquitus Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognouerit, id ſibi ſolum tenendum, creden-

Digitized by Google

credendumque decernit; quidquid verò ab aliquo deinceps vno præter omnes vel contra omnes ſanctos nouum & inauditum ſubinduci ſenſerit, id non ad religionem, ſed ad tentationem potius intelligat pertinere, tum præcipuè B. Pauli 1. ad Corint. 12. eruditus eloquio, oportet & hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant in vobis, ac ſi diceret: Ob hoc hæreſeos non ſtatim diuinitus eradicantur auctores, vt probati manifeſti fiãt, id eſt, vnuſquiſque quàm tenax, & fidelis, & fixus Catholicæ fidei ſit amator, appareat.

Paleæ à frumento ſeparatio.

Enimuerò, cum quæque nouitas ebullit, ſtatim cernitur frumentorum grauitas, & leuitas palearum: tunc ſine magno molimine excutitur ab area, quod nullo pondere intra aream tenebatur; namque alij illico prorſus auolant, alij verò tantummodo percuſſi, & perire metuunt, & redire erubeſcunt, ſaucij ſemineces ſemiuiui: quippe qui tantam veneni copiam hauſerint, quæ nec occidat, nec digeratur, nec mori cogat, nec viuere ſinat.

Chriſti Eccleſiæ ſtatio fidiſsima.

Heu miſeranda conditio! quantis illi curarum æſtibus, quantis turbinibus exagitantur? Nunc enim quà ventus impulerit, incitato errore rapiuntur; Nunc temeraria præſumptione, ea quæ incerta videntur, approbant; nunc irrationabili metu, etiam quæ certa ſunt expaueſcũt, incerti quà eant, quà

Digitized by Google

quà redeant, quid appetant, quid fugiant, quid teneant, quid dimittant: quæ quidem dubij & malè penduli cordis afflictio, diuinæ erga ſe miſerationis eſt medicina, ſi ſapiant. Idcirco enim extra tutiſſimum Catholicæ fidei portum diuerſis cogitationum quatiuntur, verberantur, ac penè necantur procellis, vt excuſſa in altum elatæ mentis vela deponant; quæ malè nouitatum ventis expanderant; ſeque intra fidiſſimam ſtationem placidæ ac bonæ matris reducant & teneant, atque amaros illos turbulentoſq; errorum fluctus primitus reuomant vt poſſint deinceps vitæ & ſalientis aquæ fluenta potare: dediſcant bene, quod didicerunt non bene; & ex toto Eccleſiæ dogmate quod intellectu capi poteſt, capiant: quod non poteſt credant.

Diuus Aug. dubitanti de verâ religione quid agendum ſit, ipſe ſuo exemplo docet, lib. conf. 5. c. 10. & l. de vtilitate credendi 8. c. 2. quærendæ enim veritatis modum ipſum ab aliqua diuina authoritate ſumendum: Reſtabat quærere (ſcribit) quænam illa eſſet authoritas, cum in tantis diſſenſionibus ſe quiſque illam traditurum pollicebatur; occurrebat igitur inexplicabilis ſilua, cui demum inſeri multum pigebat: atque inter hæc ſine vlla requie cupiditate reperiendi veri animus agitabatur.

Diuus Auguſtinus ſuo exemplo quid ſit agendum de vera religione quærenda edocet diſflueſcere ab ijs qui ſimili

errore tenentur, diuinam prouidentiam deprecari, vt ſibi opem ferat, Catholicorum conciones & diſputationes frequentare. Catholicæ diſciplinæ via tenenda eſt, quæ à Chriſto per Apoſtolos ad nos vſque manauit. Docendi fontem ſe aperire hæretici dicunt, ſed quo animo id agunt, patet ſolutio.

Diſſueſcebam tamen magis magiſque ab iſtis quos iam deſerere propoſueram. Reſtabat autem aliud nihil in tantis periculis, quàm vt diuinam prouidentiam lacrymoſis & miſerabilibus vocibus, vt opem mihi ferret, deprecarer. Atque ſedulò id faciebam, & iam fere me commouerant nonnullæ diſputationes Mediolanenſis Epiſcopi, vt non ſine ſpe aliqua de ipſo veteri teſtamento multa quærere cuperem, quæ, vt ſcis, malè nobis commendata execrabamur. Decreueramque tamdiu eſſe Cathecumenus in Eccleſia, cui traditus à parentibus eram, donec aut inuenirem quod vellem, aut mihi perſuaderem non eſſe quærendum.

Hoc ergo modo, & ſimili, animæ tuæ cura ſit: diu quoque te affectum vides, & ſi iam ſatis iactatus tibi videris, finemque vis huiuſmodi laboribus imponere, ſequere viã Catholicę diſciplinæ, quæ ab ipſo Chriſto, per Apoſtolos ſuos ad nos vſque manauit, & abhinc ad poſteros vſq; manatura eſt.

Ridiculum (inquis) iſtud eſt, cùm omnes ſe profiteantur hanc tenere & docere. Profitentur hoc omnes hæretici, negare non poſſumus; ſed ita, vt eis, quos illectant, rationem de occultiſſimis rebus polliceantur ſe reddituros, eoque Catholicam maximè criminantur, quod illis, qui ad eam veniũt, præcipitur vt credant: ſe autem non iugum creden-

credendi imponere ſed docendi fontem aperire glorianrur. Quid,inquis, dici potuit quod ad eorum laudem magis pertineret? Non ita eſt. Hoc enim faciunt nullo robore præditi, ſed vt aliquam concilient multitudinem nomine rationis; qua promiſſa naturaliter anima gaudet humana, nec vires ſuas valetudinemque conſiderans, ſanorum eſcas appetendo, quæ malè committuntur, niſi valentibus, irruit in venena fallentium.

Qui de vera religione dubitat, quanto poteſt ſtudio Deum oret vt ab errore liberetur.

Nam vera religio, niſi credantur ea, quæ quiſque poſtea, ſi ſe bene geſſerit, dignuſque fuerit, aſſequatur atque percipiat, omninò quodam graui auctoritatis imperio iniri rectè nullo pacto poteſt.

Quam ſit ſtabilita & confirmata Eccleſia.

Quamobrem tametſi docere non valeo (ſcribit ipſe Diuus Aug. tom. 6. de vtil. creden. cap. 8. 9. 15.) monere tamen non deſino vt quoniam multi ſapientes videri volunt, neque vtrum ſint ſtulti facilè dignoſcere eſt; Omni intentione, votiſque omnibus, gemitibns denique, vel etiam, ſi fieri poteſt, fletibus Deum deprecare, vt te ab erroris malo liberet, ſi tibi vita beata cordi eſt. Quod facilius fiet, ſi præceptis eius quæ tāta Ecoleſiæ Catholicæ authoritate firmata eſſe voluit, libens obtemperes. Amen. Et Epiſt. 166. ad Donatiſt.

Amanda pax, diligenda vnitas.

Amemus pacem, quam omnis doctus & indoctus intelligit præponendam eſſe diſcordiæ, diligamus & teneamus vnitatem,

Digitized by Google

hoc iubet Chriſtus, & nos etiam per Apoſtolum Corint. 1. obſecrat, vt id ipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, neque dicamus ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti, ſed ſimul omnes non ſimus niſi Chriſti, quia nec diuiſus eſt Chriſtus: nec Paulus crucifixus eſt pro nobis, quanto minus *Donatus*, *Caluinus*; nec in nomine Pauli baptiſati ſumus, quanto minus in *Donati*, *Lutheri*. Concordate nobiſcum Fratres (ait) diligimus vos, hoc vobis volumus quod & nobis. Si propterea grauius nos odiſtis, quia errare vos, & perire non permittimus, hoc Deo dicite, quem timemus minantem malis paſtoribus, & dicentem Ezec. 34. Quod errauerat non reuocaſtis, & quod perierat non requiſiſtis.

Hoc vobis per nos Deus ipſe facit, ſiue obſecrando, ſiue corripiendo, ſiue damnis, ſiue laboribus, ſiue per ſuas occultas admonitiones, vel viſitationes, ſiue per poteſtatum temporalium leges. Intelligite quid vobiſcum agatur, perire vos non vult Deus in ſacrilega diſcordia, alienatos à Matre veſtra Catholica. Quid ſi ipſa Eccleſia nunc vos alloquatur cum pace & dicat: O filij mei, quid querimini de matre, quare me deſeruiſtis? iam volo à vobis audire. Accuſatis fratres veſtros, & ego laceror valde; quando me premebant gentes, multa tuli cum dolore;

multi me deſeruerunt, ſed fecerunt in timore: vos verò nullus coëgit ſic contra me rebellare; dicitis mecum vos eſſe: ſed falſum videtis eſſe; ego Catholica dicor, & vos de hæreticorum Donati. (*Melancthonis & aliorum*) parte. In ſcripturis didicimus Chriſtum, in ſcripturis didicimus Eccleſiam, has ſcripturas communiter habemus: quare non in eis & Chriſtum & Eccleſiam communiter retinemus? nos vbi agnouimus eum, de quo dicit Apoſtolus Gal. 3. Abrahæ dictæ ſunt repromiſſiones & ſemini eius, non dicit & ſeminibus, tanquam in multis, ſed tanquam in vno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus: Ibi agnouimus Eccleſiam, de qua dicit Deus ad Abraham, in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi agnouimus Chriſtum in Pſal. 2. de ſe prophetantem, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Ibi agnouimus Eccleſiam, in eo quod ſequitur, poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt. Pſalm. 49. Deus Deorum Dominus locutus eſt: Ibi etiam agnouimus Eccleſiam, in eo quod ſequitur, & vocauit terram à ſolis ortu vſque ad occaſum. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt Pſal. 18. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo

Catholicis & hæreticis ſcripturæ communes. Chriſtus verò & Eccleſia non communis. Vbi Chriſtus agnoſcitur in ſcripturis & ibidem fere & Eccleſia cognoſcitur,

ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam: Ibi agnouimus & Eccleſiam, in eo quod paulò ſuperiùs dicitur, in omnem terram exiuit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Ipſa eſt Eccleſia in ſole poſita, hoc eſt in manifeſtatione omnibus nota vſque ad terminos terræ. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptum eſt Pſal. 21. Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi conſiderauerunt me & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: Ibi agnouimus & Eccleſiam, in eo quod paulò poſt in eo Pſal. dicitur: Commemorabũtur & conuertentur omnes fines terræ ad Dominum, & adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ patriæ gentiũ, quoniã Domini eſt regnũ, & ipſe dominabitur gentiũ. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt, Pſal. 56. Exaltare ſuper cælos Deus. Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod ſequitur, & ſuper omnem terram gloria tua. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptum eſt Pſal. 71. Deus iudicium tuum Regi da & iuſtitiam tuam filio Regis: Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod de ipſa in pſalmo ipſo dicitur, & dominabitur à mari vſque ad mare, & flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidẽt

Æthio-

Digitized by Google

Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient illi. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptum eſt Danielis 2. Lapidem de monte ſine manibus præciſum, omnia regna terrarum fregiſſe, vtique illa quæ de culturis dæmonum præſumebant. Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod dictum eſt, lapidem ipſum creuiſſe, & factum montem magnum, & repleuiſſe omnem terram. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt Soph. 2. Præualebit Dominus aduerſus eos, & exterminabit omnes Deos gentium terrę. Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod illic ſequitur, & adorabunt in conſpectu eius, vnuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. tom. 2. epiſt. 166.

Ecce ſcripturæ communes, ecce vbi nouimus Chriſtũ, ecce vbi nouimus Eccleſiam, ſi Chriſtum ipſum teneris, ipſam Eccleſiam quare nõ & tenetis? Si in ipſum Chriſtum, quem legitis, & non videtis, tamen propter veritatem ſcripturatum creditis, quare Eccleſiam negatis, quã legitis & videtis Tom. 2. Epiſt. 166.

Et tom. 7. contra Creſc. grammat. li. 1. cap. 23. Scripturarum à nobis tenetur veritas cum hoc facimus, quod iam vniuerſæ

placuit

placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, vt quam ſancta ſcriptura fallere nō poteſt, quiſquis falli meruit obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quā ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat.

Duo hæreticorū præcipua mala, præſumptio & defenſio falſitatis.

Et tom. de Trin. lib. 2. in initio, ſed duo ſunt quæ in errore hominum difficillimè tolerantur, præſumptio priuſquam veritas pateat, & cum iam patuerit, præſumpta defenſio falſitatis. Sequitur tom. 10. de verbis Apoſtoli ſerm. 14.

Suſtineat eos mater (Eccleſia) pijs viſceribus ſanandos, portet docēdos, ne plangat mortuos: nimium eſt quo progrediuntur, multum eſt, vix ferendum eſt, magnæ patientiæ adhuc ferri; non abutantur hac patientia Eccleſiæ, corrigantur bonum eſt: vt amici exhortamur, non vt inimici litigamus; detrahūt nobis, ferimus; canoni detrahunt, non detrahant veritati Eccleſiæ ſanctæ, pro remiſſione Originalis peccati paruulorum (eadem eſt ratio in cæteris dogmatibus ab Eccleſia non definitis) quotidiè laboranti non contradicant. Fundata iſta res. Diſputator errans ferendus eſt in alijs quęſtionibus non diligenter digeſtis, nondum plena Eccleſiæ auctoritate firmatis; ibi ferendus eſt error, non tantum progredi debet, vt etiam fundamentum ipſum

Diſputator errans in ijs quæ nondum ab Eccleſia

Eccle-

Eccleſiæ quatere moliatur. Non expedit, adhuc fortè noſtra non eſt reprehendenda patientia; ſed debemus timere ne culpetur etiam negligentia. Sic eos (quos corrigere non valemus in iſto mundo) in quo Eccleſia Catholica per omnes gẽtes diffunditur, quem agrum ſuum Dominus dicit Math. 13. tanquam Zizania inter triticum, in hac vnitatis area, tanquam paleam permixtam frumento, vel intra retia verbi & Sacramenti tanquam malos piſces cum bonis incluſos vſq; ad tẽpus meſſis aut ventilationis aut littoris toleramus, ne propter illos eradicemus & triticũ aut grana nuda ante tempus de area ſeparata, non in horreũ mittenda purgemus, ſed volatilibus colligẽda proijciamus, aut diſruptis per ſciſmata retibus dum quaſi malos piſces cauemus, in mare perniſioſæ libertatis exeamus. Propter hoc enim his atque alijs ſimilitudinibus Dominus ſeruorum ſuorum tolerantiam confirmauit, ne dum ſe boni putant malorum permixtione culpari, per humanas & temerarias diſſenſiones aut paruulos perdant aut paruuli pereant.

diſcuſſa definita que ſunt, ferendus eſt.

Cur mali in Eccleſia tolerantur.

Quod vſque adeò cæleſtis Magiſter cauendum præmonuit Math. 23. vt etiam de præpoſitis malis plebem ſecuram faceret, ne propter illos doctrinæ ſalutaris cathedra deſereretur, in quâ coguntur etiam mali bona dicere.

Non deſerenda Eccleſia ob Præpoſitos malos

dicere. Neque enim ſua ſunt, quæ dicunt, ſed Dei, qui in cathedra vnitatis doctrinam poſuit veritatis.

Expergiſcimini aliquando, non vos tartareus obliget ſomnus, non in profundum ſacrilegi erroris adhuc impia conſuetudo demergat, iam conſonate paci, cohærete vnitati, acquieſcite caritati, cedite veritati, Eccleſiam Catholicam, incipientem ab Hieruſalem, cognoſcite vſquequaque diffundi.

D. Auguſt. admonitio breuis ac pia ad Eccleſiam, ne locum det ſectarijs.

In eandem quoque ſententiam, vniuerſam Chriſti Eccleſiam, pia ac humili exhortatione inuitat D. Auguſt. tom. 6. contra Fauſt. lib. 15. cap. Ne locum dent ſectarijs, cùm ait: Te ergo vera ſponſa veri Chriſti Eccleſia Catholica, alloquar, & ego te pro modulo meo, qualiſcumque filius & ſeruus tuus, poſitus in te diſpenſare cibaria conſeruis meis. Caue ſemper, vt caues, Manichæorum (& hæreticorum omnium) impiam vanitatem, iam tuorum periculo expertam, & liberatione conuictam. Illi me quondam de gremio tuo excuſſerant: expertus fugi, quod experiri non debui. Sed tibi profecerint etiam pericula mea, cui nunc ſeruit liberatio mea. Quia niſi mihi verus & verax ſponſus tuus, de cuius latere facta es, in vero ſanguine ſuo remiſſionem peccatorum poſuiſſet: abſorbuiſſet me vorago fallaciæ, & terram factum ſerpens irreparabiliter deuoraſſet.

Digitized by Google

uoraſſet. Noli decipi nomine veritatis, hanc ſola tu habes & in lacte tuo & in pane tuo: in hac autem tantum nomen eius eſt, ipſa non eſt. Et in tuis quidem grandibus ſecura es. Sed appello interim paruulos tuos fratres, filios, Dominos meos, quos vel tanquam oua ſollicitis alis foues, vel tanquam infantes lacte nutris, ſine corruptione fæcunda mater. Hos in te appello teneros fætus tuos, ne garrula curioſitate ſeducantur abs te: ſed potius anathematizent, ſi quis ei euangelizauerit præter id quod acceperint in te. Nec enim relinquant verum veracemque Chriſtum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi: & magnam multitudinem dulcedinis eius, quam abſcondit metuentibus ſe, perfecit autem ſperantibus in ſe. Ibi verò quomodo poſſunt eſſe verba veracis, in prædicatore Chriſti fallacis? Contemne inſultationes eorum, quia bene tibi es conſcia promiſſionem vitæ æternæ te adamaſſe in muneribus ſponſi tui, id eſt ipſum ſponſum tuum: quia ipſe eſt vita æterna. Dicit enim S. Ioannes cap. 17. Hęc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Fides Catholicæ diſciplinæ maieſtate inſtitutum eſt, vt accedentibus ad religionem fides perſuadeatur ante omnia. Arcana enim & ſecreta regni Dei prius quærunt credentes, quàm

Sola Eccleſia Catholica veritatem tenet.

Fides principiũ religionis

Fides intelligẽtia prior.

quàm faciant intelligentes (quo fit vt fides intelligentia ſit prior.) Fides enim gradus eſt intelligendi, intellectus autem meritum fidei. Apertè hoc propterea dicit omnibus præproperè & præpoſterè intelligentiam requirentibus, & fidem intelligentibus. Niſi credideritis, Iſaiæ 7. non intelligetis. Sed iam dicit Math. 7. & Luc. 11. Quærite & inuenietis.

Homini ratione vtenti planè ignotus eſſe non poteſt Deus.

Quod enim Deus dicitur vniuerſæ creaturæ, & omnibus gentibus, non omni modo eſſe potuit hoc nomen ignotum. Hæc eſt enim vis veræ diuinitatis, vt creaturę rationali iam ratione vtenti, non omnino ac penitus poſſit abſcondi, exceptis enim paucis in quibus nimium creatura deprauata eſt, vniuerſum genus humanum Deum mundi huius fatetur authorem. In hoc ergo quod fecit hunc mundū cęlo terraq; conſpicuum, & antequam imbuerentur in fide Chriſti, notus omnibus gentibus Deus. In hoc autem quod non eſt in iniurijs ſuis, & cum dijs falſis colendus, notus, vt Pſ. 75. in Iudęa Deus. In hoc verò quod veſter eſt, huius Chriſti, per quem tollit peccata mundi, Ioannis 1. hoc nomen eius prius occultum omnibus, nunc manifeſtauit eis, quos vt dicitur Ioannis 17. dedit ei Pater de mundo. Fides in Eccleſia breuiſſimè tradita.

Eſt autem fides Catholica in ſymbolo nota fide-

ta fidelibus, memoriæque mandata quantùm res paſſa eſt breuitate ſermonis, vt incipientibus atque lactantibus, qui in Christo renati ſunt (vt ſcribit Aug. tom. 3. de Agone Chriſti cap. 13.) nondum ſcripturarum diuinarum diligentiſſima & ſpirituali tractatione, atque cognitione roboratis, paucis verbis credendum conſtitueretur, proficientibus, & ad diuinam doctrinam certa humilitatis, atque charitatis firmitate ſurgentibus, quod multis verbis exponendo eſſet perficiendum. Sjmbolum regula eſt fidei.

Boni autē Catholici ſunt qui & fidē habent integram & bonos mores. Homo ducens vitam ſine homicidio, ſine furto, ſine falſo teſtimonio, ſine appetitu rei vllius alienæ; parentibus debitum honorem reddens, caſtus vſque ad continentiam ab omni concubitu, etiā coniugali, eleemoſynarū largiſſimus, iniuriarum patientiſſimus, qui non ſolum non auferat aliena, ſed nec ſua repoſcat ablata, vel & venditis omnibus ſuis erogatiſque in pauperes nihil ſuum poſſideat, cum ſuis tamen iſtis veluti laudabilibus moribus, ſi non in Deum fidem rectam, & Catholicam teneat, de hac vita damnandus abſcedit. Boni autem Catholici ſunt, qui & fidem integram ſequuntur, & mores bonos. Deus verò templo, Sacerdote, Sacerdotio cùm colendus ſit, ſacrificijs quis eum neſcit

Quibus colendus Deus.

non egere? Sed nec laudibus noſtris eget. Verum ſicut nobis, non illi vtile eſt laudare Deum, ſic nobis non illi vtile eſt offerre ſacrificium. Quæ quidem vt Deo exhiberentur ſecundum eius inſpirationem ab antiquis ſumma religione cœpta ad nos peruenerũt.

Eccleſia, cur ab Abel & non ab Adamo dicitur incepiſſe.

Non immeritò quæritur quæ ſit ratio cur potius dicatur incæpiſſe ab Abel iuſto, quã ab Adamo qui prior fuit; Præter alias rationes, de quibus ſuo loco dicturi ſumus, non dubitamus quin Adamus habuerit fidem, imò & fidem Chriſti incarnationis, liquet his verbis, Gen. 2. hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam & adhærebit vxori ſuæ. Hoc Sacramentum magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia Epheſ. 5. licet etiam gratiam habuerit, quia creatus in gratia, & poſtea à peccato reſipuit, quem & in gratiam poſt lapſum rediiſſe, manifeſtum eſt, vt conſtat. 10. Sap. Vbi dicit ſcriptura Deum eduxiſſe primum parentem à delicto ſuo, id eſt, condonaſſe Adamo peccatum ſuum, neque tamen ſufficit vt dicatur cæpiſſe ab illo Eccleſia, oportuit enim vt fides illius à quo cæpit Eccleſia, aliquo ſigno externo declararetur, ſicut docet D. Aug. lib. 19. contra Fauſtum, vbi dicit nullam vnquam fuiſſe religionem quæ non haberet ſigna aliqua ſenſibilia & externa in

Adamus à dilecto ſuo eductus.

Digitized by Google

na in quibus fideles conuenirent, quare de Abele primum agimus quod ille Deo ſacrificium obtulerit, quo fidem ſuam proteſtatus eſt; Propterea dixerunt Eccleſiæ Doctores ab Abele potius Eccleſiam, quàm ab Adamo cœpiſſe.

Diuerſa verò ſacrificia pro temporum conditione, vt alia fierent ante manifeſtationem noui teſtamenti, quod ex ipſa vera & in vnius ſacerdotis victima hoc eſt effuſo Chriſti ſanguine miniſtratur, & aliud nunc, quod huic manifeſtationi eſt congruum, qui iam declarato nomine Chriſtiani appellamur, offeramus, non ſolum Euangelicis, verum etiam propheticis libris demonſtratur, mutatio quippe non Dei, non ipſius religionis, ſed ſacrificiorum & Sacramentorum, impudenter nunc videretur prædicata niſi fuiſſet ante prædicta. Quemadmodum enim vnus idemque homo, ſi Deo manè aliud offerat, aliud veſperè pro congruentia temporis, non Deum mutat, non religionem; ſicut nec ſalutem qui alio modo manè alio veſpere ſalutat, ita in vniuerſo tractu ſæculorum cum aliud oblatum eſt ab antiquis ſanctis, aliud nunc ab eis qui nunc ſunt offertur, non humana præſumptione, ſed auctoritate diuina temporibus congrua ſacra myſteria celebrantur, non Deus aut religio commutatur.

Demonſtratur cum Propheticis, tum Euangelicis litteris aliud nunc eſſe offerendum ſacrificiũ quà olim nẽpe huic tempori congruum, quod per manus ſacerdotis offertur in memoriam cruenti illius ſacrificii in cruce peracti.

Sacrificium quod vni & vero Deo iure debetur, etiam ſibi exigere à cultoribus ſuis non veretur dæmon.

Placuit vero & hoc intempeſtiuè & importunè nimis dæmoni impiiſſimo, vt ſacrificium ab inſipientibus, quod vni Deo iure debebatur, ipſi etiam deferretur, falſus enim Deus (auctor eſt Diu. Aug. tom. 6. contra aduerſarium legis, lib. 1. cap. 18. ſic ſcilicet vult honorari ab eis quos decipit, quomodo verus Deus honoratur ab ijs quibus conſulit, & maximè ſacrificium eſt, quod præcipuè debetur Deo.

Olim animalia in ſacrificio offerebantur.

Nam cætera officia quæ diuinitati exhibentur, auſi ſunt etiam ſibi ſuperbiæ faſtu homines arrogare, rariſſimi autem commemorantur, qui ſibi vt ſacrificaretur, cum regia poteſtate poſſent, auſi fuerint imperare. Quicunque tamen auſi ſunt, per hoc ſe Deos haberi voluerũt. Firmiſſimè verò cum Sancto Aug. tom. 8. in pſal. 33. teneamus, ipſum vnigenitum Deum verbum carnem factum, ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, cui cum Patre & Spiritu Sãcto à Patriarchis & Prophetis & Sacerdotibus tẽpore veteris teſtamenti animalia ſacrificabantur, & cui nunc, id eſt, tempore noui teſtamenti, cum Patre & Spiritu Sancto, cum quibus illi eſt vna diuinitas, ſacrificium panis & vini, in fide & & charitate Sancta Eccleſia Catholica per vniuerſum orbem terrarum offerre non ceſſat. In illis enim carnalibus victimis figuratio

guratio fuit carnis Chriſti, quam pro peccatis noſtris, ipſe ſine peccato fuerat oblaturus, & ſanguinis, quem erat effuſurus in remiſſionem peccatorum noſtrorum, in iſto ſacrificio, gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idem Deus obtulit. De quo B. Paulus: attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus Sāctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

In illis ergo ſacrificijs, quid nobis donandū eſſet figuratè ſignificabatur. In hoc autē ſacrificio, quid nobis iam donatum ſit, euidenter oſtenditur. In illis ſacrificijs prænunciabatur Filius Dei pro impijs occidendus, in hoc autem pro impijs annuntiatur occiſus. Per hoc & ſacerdos eſt offerēs, & ipſe oblatio, cū ipſe in forma ſerui mediator effectus eſt Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, cum in forma Dei ſacrificium cum Patre ſumat, cū quo & vnus eſt Deus, cuius rei Sacramentum quotidianū eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cum ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri.

Per vmbras ſacrificiorum veteris teſtamēti ſignificatur ſingulare ſacrificium, quod nunc offertur.

Hoc eſt iſtud ſacrificium, quod ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs veteris teſtamenti, quę immolabātur, in vmbra futuri, ſacrificium laudis quod nūc offertur Deo toto orbe

ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam: Ibi agnouimus & Eccleſiam, in eo quod paulò ſuperiùs dicitur, in omnem terram exiuit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Ipſa eſt Eccleſia in ſole poſita, hoc eſt in manifeſtatione omnibus nota vſque ad terminos terræ. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptum eſt Pſal. 21. Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi conſiderauerunt me & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: Ibi agnouimus & Eccleſiam, in eo quod paulò poſt in eo Pſal. dicitur: Commemorabũtur & conuertentur omnes fines terræ ad Dominum, & adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ patrię gentiũ, quoniã Domini eſt regnũ, & ipſe dominabitur gentiũ. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt, Pſal. 56. Exaltare ſuper cælos Deus. Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod ſequitur, & ſuper omnem terram gloria tua. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptum eſt Pſal. 71. Deus iudicium tuum Regi da & iuſtitiam tuam filio Regis: Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod de ipſa in Pſalmo ipſo dicitur, & dominabitur à mari vſque ad mare, & flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidẽt Æthio-

Digitized by Google

Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient illi. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptum eſt Danielis 2. Lapidem de monte ſine manibus præciſum, omnia regna terrarum fregiſſe, vtique illa quæ de culturis dæmonum præſumebant. Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod dictum eſt, lapidem ipſum creuiſſe, & factum montem magnum, & repleuiſſe omnem terram. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt Soph. 2. Præualebit Dominus aduerſus eos, & exterminabit omnes Deos gentium terrę. Ibi agnouimus & Eccleſiam in eo quod illic ſequitur, & adorabunt in conſpectu eius, vnuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. tom. 2. epiſt. 166.

Ecce ſcripturæ communes, ecce vbi nouimus Chriſtũ. ecce vbi nouimus Eccleſiam, ſi Chriſtum ipſum tenetis, ipſam Eccleſiam quare nõ & tenetis? Si in ipſum Chriſtum, quem legitis, & non videtis, tamen propter veritatem ſcripturatum creditis, quare Eccleſiam negatis, quã legitis & videtis Tom. 2. Epiſt. 166.

Et tom. 7. contra Creſc. grammat. li. 1. cap. 23. Scripturarum à nobis tenetur veritas cum hoc facimus, quod iam vniuerſæ

placuit

placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, vt quam ſancta ſcriptura fallere nō poteſt, quiſquis falli meruit obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quā ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat.

Duo hæreticorū præcipua mala, præſumptio & defenſio falſitatis.

Et tom. de Trin. lib. 2. in initio, ſed duo ſunt quæ in errore hominum difficillimè tolerantur, præſumptio priuſquam veritas pateat, & cum iam patuerit, præſumpta defenſio falſitatis. Sequitur tom. 10. de verbis Apoſtoli ſerm. 14.

Suſtineat eos mater (Eccleſia) pijs viſceribus ſanandos, portet docēdos, ne plangat mortuos: nimium eſt quo progrediuntur, multum eſt, vix ferendum eſt, magnæ patientiæ adhuc ferri; non abutantur hac patientia Eccleſiæ, corrigantur bonum eſt: vt amici exhortamur, non vt inimici litigamus; detrahūt nobis, ferimus; canoni detrahunt, non detrahant veritati Eccleſiæ ſanctæ, pro remiſſione Originalis peccati paruulorum (eadem eſt ratio in cæteris dogmatibus ab Eccleſia non definitis) quotidiè laboranti non contradicant. Fundata iſta res. Diſputator errans ferendus eſt in alijs quæſtionibus non diligenter digeſtis, nondum plena Eccleſiæ auctoritate firmatis; ibi ferendus eſt error, non tantum progredi debet, vt etiam fundamentum ipſum Eccle-

Diſputator errans in ijs quæ nondum ab Eccleſia

Eccleſiæ quatere moliatur. Non expedit, adhuc fortè noſtra non eſt reprehendenda patientia; ſed debemus timere ne culpetur etiam negligentia. Sic eos (quos corrigere non valemus in iſto mundo) in quo Eccleſia Catholica per omnes gẽtes diffunditur, quem agrum ſuum Dominus dicit Math. 13. tanquam Zizania inter triticum, in hac vnitatis area, tanquam paleam permixtam frumento, vel intra retia verbi & Sacramenti tanquam malos piſces cum bonis incluſos vſq; ad tẽpus meſſis aut ventilationis aut littoris toleramus, ne propter illos eradicemus & triticũ aut grana nuda ante tempus de area ſeparata, non in horreũ mittenda purgemus, ſed volatilibus colligẽda projiciamus, aut diſruptis per ſciſmata retibus dum quaſi malos piſces cauemus, in mare pernitioſæ libertatis exeamus. Propter hoc enim his atque alijs ſimilitudinibus Dominus ſeruorum ſuorum tolerantiam confirmauit, ne dum ſe boni putant malorum permixtione culpari, per humanas & temerarias diſſenſiones aut paruulos perdant aut paruuli pereant.

discuſſa definitaque ſunt, ferendus eſt.

Cur mali in Eccleſia tolerantur.

Quod vſque adeò cæleſtis Magiſter cauendum præmonuit Math. 23. vt etiam de præpoſitis malis plebem ſecuram faceret, ne propter illos doctrinæ ſalutaris cathedra deſereretur, in quâ coguntur etiam mali bona dicere.

Non deſerenda Eccleſia ob Præpoſitos malos

dicere. Neque enim ſua ſunt, quæ dicunt, ſed Dei, qui in cathedra vnitatis doctrinam poſuit veritatis.

Expergiſcimini aliquando, non vos tartareus obliget ſomnus, non in profundum ſacrilegi erroris adhuc impia conſuetudo demergat, iam conſonate paci, cohærete vnitati, acquieſcite caritati, cedite veritati, Eccleſiam Catholicam, incipientem ab Hieruſalem, cognoſcite vſquequaque diffundi.

D. Auguſt. admonitio breuis ac pia ad Eccleſiam, ne locum det ſectarijs.

In eandem quoque ſententiam, vniuerſam Chriſti Eccleſiam, pia ac humili exhortatione inuitat D. Auguſt. tom. 6. contra Fauſt. lib. 15. cap. Ne locum dent ſectarijs, cùm ait: Te ergo vera ſponſa veri Chriſti Eccleſia Catholica, alloquar, & ego te pro modulo meo, qualiſcumque filius & ſeruus tuus, poſitus in te diſpenſare cibaria conſeruis meis. Caue ſemper, vt caues, Manichæorum (& hæreticorum omnium) impiam vanitatem, iam tuorum periculo expertam, & liberatione conuictam. Illi me quondam de gremio tuo excuſſerant: expertus fugi, quod experiri non debui. Sed tibi profecerint etiam pericula mea, cui nunc ſeruit liberatio mea. Quia niſi mihi verus & verax ſponſus tuus, de cujus latere facta es, in vero ſanguine ſuo remiſſionem peccatorum poſuiſſet: abſorbuiſſet me vorago fallaciæ, & terram factum ſerpens irreparabiliter deuoraſſet.

uoraſſet. Noli decipi nomine veritatis,hanc ſola tu habes & in lacte tuo & in pane tuo: in hac autem tantum nomen eius eſt, ipſa non eſt. Et in tuis quidem grandibus ſecura es. Sed appello interim paruulos tuos fratres, filios, Dominos meos, quos vel tanquam oua ſollicitis alis foues, vel tanquam infantes lacte nutris, ſine corruptione fæcunda mater. Hos in te appello teneros fætus tuos, ne garrula curioſitate ſeducantur abs te: ſed potius anathematizent, ſi quis ei euangelizauerit præter id quod acceperint in te. Nec enim relinquant verum veracemque Chriſtum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi: & magnam multitudinem dulcedinis eius, quam abſcondit metuentibus ſe, perfecit autem ſperantibus in ſe. Ibi verò quomodo poſſunt eſſe verba veracis, in prædicatore Chriſti fallacis? Contemne inſultationes eorum, quia bene tibi es conſcia promiſſionem vitæ æternæ te adamaſſe in muneribus ſponſi tui, id eſt ipſum ſponſum tuum: quia ipſe eſt vita æterna. Dicit enim S. Ioannes cap. 17. Hęc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Fides Catholicæ diſciplinæ maieſtate inſtitutum eſt, vt accedentibus ad religionem fides perſuadeatur ante omnia. Arcana enim & ſecreta regni Dei prius quærunt credentes,

Sola Ecclesia Catholica veritatem tenet.

Fides principiū religionis

Fides intelligētia prior.

Digitized by Google

quàm faciant intelligentes (quo fit vt fides intelligentia ſit prior.) Fides enim gradus eſt intelligendi, intellectus autem meritum fidei. Apertè hoc propterea dicit omnibus præproperè & præpoſterè intelligentiam requirentibus, & fidem intelligentibus. Niſi credideritis, Iſaiæ 7. non intelligetis. Sed iam dicit Math. 7. & Luc. 11. Quærite & inuénietis.

Homini ratione vtenti planè ignotus eſſe non poteſt Deus.

Quod enim Deus dicitur vniuerſæ creaturæ, & omnibus gentibus, non omni modo eſſe potuit hoc nomen ignotum. Hæc eſt enim vis veræ diuinitatis, vt creaturę rationali iam ratione vtenti, non omnino ac penitus poſſit abſcondi, exceptis enim paucis in quibus nimium creatura deprauata eſt, vniuerſum genus humanum Deum mundi huius fatetur authorem. In hoc ergo quod fecit hunc mundũ cęlo terraq; conſpicuum, & antequam imbuerentur in fide Chriſti, notus omnibus gentibus Deus. In hoc autem quod non eſt in iniurijs ſuis, & cum dijs falſis colendus, notus, vt Pſ. 75. in Iudęa Deus. In hoc verò quod veſter eſt, huius Chriſti, per quem tollit peccata mundi, Ioannis 1. hoc nomen eius prius occultum omnibus, nunc manifeſtauit eis, quos vt dicitur Ioannis 17. dedit ei Pater de mundo.

Fides in Eccleſia breuiſſimè tradita.

Eſt autem fides Catholica in ſymbolo nota fide-

ta fidelibus, memoriæq́ue mandata quantùm res paſſa eſt breuitate ſermonis, vt incipientibus atque lactantibus, qui in Chriſto renati ſunt (vt ſcribit Aug. tom. 3. de Agone Chriſti cap. 13.) nondum ſcripturarum diuinarum diligentiſſima & ſpirituali tractatione, atque cognitione roboratis, paucis verbis credendum conſtitueretur, proficientibus, & ad diuinam doctrinam certa humilitatis, atque charitatis firmitate ſurgentibus, quod multis verbis exponendo eſſet perficiendum. Sjmbolum regula eſt fidei.

Boni autē Catholici ſunt qui & fidē habent integram & bonos mores. Homo ducens vitam ſine homicidio, ſine furto, ſine falſo teſtimonio, ſine appetitu rei vllius alienæ; parentibus debitum honorem reddens, caſtus vſque ad continentiam ab omni concubitu, etiā coniugali, eleemoſynarū largiſſimus, iniuriarum patientiſſimus, qui non ſolum non auferat aliena, ſed nec ſua repoſcat ablata, vel & venditis omnibus ſuis erogatiſq́ue in pauperes nihil ſuum poſſideat, cum ſuis tamen iſtis veluti laudabilibus moribus, ſi non in Deum fidem rectam, & Catholicam teneat, de hac vita damnandus abſcedit. Boni autem Catholici ſunt, qui & fidem integram ſequuntur, & mores bonos. Deus verò templo, Sacerdote, Sacerdotio cùm colendus ſit, ſacrificijs quis eum neſcit

Quibus colendus Deus.

non egere? Sed nec laudibus noſtris eget. Verum ſicut nobis, non illi vtile eſt laudare Deum, ſic nobis non illi vtile eſt offerre ſacrificium. Quæ quidem vt Deo exhiberentur ſecundum eius inſpirationem ab antiquis ſumma religione cœpta ad nos peruenerũt.

Eccleſia, cur ab Abel & non ab Adamo dicitur incepiſſe.

Non immeritò quæritur quæ ſit ratio cur potius dicatur incæpiſſe ab Abel iuſto, quã ab Adamo qui prior fuit; Præter alias rationes, de quibus ſuo loco dicturi ſumus, non dubitamus quin Adamus habuerit fidem, imò & fidem Chriſti incarnationis, liquet his verbis, Gen. 2. hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam & adhærebit vxori ſuæ. Hoc Sacramentum magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia Epheſ. 5. licet etiam gratiam habuerit, quia creatus in gratia, & poſtea à peccato reſipuit, quem & in gratiam poſt lapſum rediiſſe, manifeſtum eſt, vt conſtat. 10. Sap. Vbi dicit ſcriptura Deum eduxiſſe primum parentem à delicto ſuo, id eſt, condonaſſe Adamo peccatum ſuum, neque tamen ſufficit vt dicatur cæpiſſe ab illo Eccleſia, oportuit enim vt fides illius à quo cæpit Eccleſia, aliquo ſigno externo declararetur, ſicut docet D. Aug. lib. 19. contra Fauſtum, vbi dicit nullam vnquam fuiſſe religionem quæ non haberet ſigna aliqua ſenſibilia & exter-

Adamus à delicto ſuo eductus.

na in

na in quibus fideles conuenirent, quare de Abele primum agimus quod ille Deo ſacrificium obtulerit, quo fidem ſuam proteſtatus eſt; Propterea dixerunt Eccleſiæ Doctores ab Abele potius Eccleſiam, quàm ab Adamo cœpiſſe.

Diuerſa verò ſacrificia pro temporum conditione, vt alia fierent ante manifeſtationem noui teſtamenti, quod ex ipſa vera & in vnius ſacerdotis victima hoc eſt effuſo Chriſti ſanguine miniſtratur, & aliud nunc, quod huic manifeſtationi eſt congruum, qui iam declarato nomine Chriſtiani appellamur, offeramus, non ſolum Euangelicis, verum etiam propheticis libris demonſtratur, mutatio quippe non Dei, non ipſius religionis, ſed ſacrificiorum & Sacramentorum, impudenter nunc videretur prædicata niſi fuiſſet ante prædicta. Quemadmodum enim vnus idemque homo, ſi Deo manè aliud offerat, aliud veſperè pro congruentia temporis, non Deum mutat, non religionem; ſicut nec ſalutem qui alio modo manè alio veſpere ſalutat, ita in vniuerſo tractu ſæculorum cum aliud oblatum eſt ab antiquis ſanctis, aliud nunc ab eis qui nunc ſunt offertur, non humana pręſumptione, ſed auctoritate diuina temporibus congrua ſacra myſteria celebrantur, non Deus aut religio commutatur.

Demonſtratur cum Propheticis, tum Euangelicis litteris aliud nunc eſſe offerendum ſacrificiũ quàm olim népe huic tempori congruum, quod per manus ſacerdotis offertur in memoriam cruenti illius ſacrificii in cruce peracti.

guratio fuit carnis Chriſti, quam pro peccatis noſtris, ipſe ſine peccato fuerat oblaturus, & ſanguinis, quem erat effuſurus in remiſſionem peccatorum noſtrorum, in iſto ſacrificio, gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idem Deus obtulit. De quo B. Paulus: attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus Sãctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

In illis ergo ſacrificijs, quid nobis donandũ eſſet figuratè ſignificabatur. In hoc autẽ ſacrificio, quid nobis iam donatum ſit, euidenter oſtenditur. In illis ſacrificijs prænunciabatur Filius Dei pro impijs occidendus, in hoc autem pro impijs annuntiatur occiſus. Per hoc & ſacerdos eſt offerẽs, & ipſe oblatio, cũ ipſe in forma ſerui mediator effectus eſt Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, cum in forma Dei ſacrificium cum Patre ſumat, cũ quo & vnus eſt Deus, cuius rei Sacramentum quotidianũ eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cum ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri.

Per vmbras ſacrificiorum veteris teſtamẽti ſignificatur ſingulare ſacrificium, quod nunc offertur.

Hoc eſt iſtud ſacrificium, quod ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs veteris teſtamenti, quę immolabãtur, in vmbra futuri, ſacrificium laudis quod nũc offertur Deo toto orbe

terrarum, quod Deus nunquam eſt commutaturus. Dixit enim Pſalmo 109. Iurauit Dominus & non pænitebit eum: Tu es Sacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ergo nõ pænitebit eum, quia hoc Sacerdotium non mutabit: vnde & Malac. 1. dicit ad eum qui carne eſt Iſraël, nõ eſt mihi voluntas in vobis, id eſt, in ſacrificijs veſtris veteris teſtamenti. Et hoſtiam non accipiam de manibus veſtris. Quia ab ortu ſolis vſque ad occaſum glorificatum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & hoſtia pura, quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus, & placebit Deo ſacrificium Iuda & Hieruſalem ſicut dies ſæculi & ſicut dies antiqui. In hac Malach. ſentẽtia Eccleſiam ipſam Dei debemus accipere, non ex Hæbræis tantũ ſed ex alijs gentibus congregatam, nec talen qualis nunc eſt, vbi ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt, conſtat enim Eccleſia in hoc tempore ex bonis & malis, ſed qualis tunc erit, velut area per ventilationem purgata.

Omnes eandem tenuerunt fidem, qui poſt & ante

Ita & omnes qui ante Chriſti aduentum fuere iuſti ſic in eum credidere venturum, quomodo nos credimus in eum qui venit, tẽpora variata ſunt, nõ fides, quia & ipſa verba pro tempore variantur cum variè declinantur.

nantur. Alium ſonum habet, venturus eſt, alium ſonum habet, venit, vtroſque tamen fides eadem coniungit, & eos qui venturum eſſe. & eos qui veniſſe crediderunt, diuerſis quidem temporibus, ſed vtroſque per vnum fidei oſtium, hoc eſt per Chriſtum, videmus ingreſſos. Chriſti aduentum crediderunt.

Credimus nos Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex Virgine natum in carne veniſſe, paſſum, reſurrexiſſe, in cælum aſcendiſſe. In eius ſunt fidei ſocietate nobiſcum & illi Patres qui crediderunt de Virgine naſciturum, paſſurum, reſurrecturum, in cælum aſcenſurum. Illos enim oſtendit Apoſtolus, 1. Cor. 4. Habentes, inquit, eundem ſpiritum fidei. Eadem fides illorum & noſtra.

Et illi quidem à contagione mortis antiquæ, & obligatione peccati, quod prima natiuitate contraximus, per Dei & hominum mediatorem Dominum Chriſtum, cuius hominis, eiuſdemque Dei ſaluberrima fide etiam illi iuſti ſalui facti ſunt, qui priuſquã veniret in carnem, crediderunt in carne vẽturum. Eadem namque fides illorum & noſtra, quoniam illi crediderũt hoc futurum, quod nos credimus factum, & illi qui in eum crediderunt, eumque vtcumque intellexerunt (in quibuſdam enim fuit fides implicita,) & ſecundùm præcepta eius piè & iuſtè vixerunt, per eum ſalui facti ſunt. Et eadẽ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fides in illis qui nondum nomine, ſed reipſa fuerunt antea Chriſtiani, & in iſtis qui non ſolùm ſunt, verùm etiam vocantur, & in vtriſque eadem gratia, per Spiritum Sanctum. Sicut ait Apoſtolus Paul. 1. Cor. 4. Habentes eundem Spiritum fidei.

DE ECCLESIÆ NOTIS.

CAPVT II.

SI quis neceſſarij domū adire, aut cohabitare velit, magnopere intereſt noſſe, is vbi habitet, domuſque eius qualis & vbi ſit, quidque habeat proprium, ſtudioſiſſimè perquirere, maximè autem quia nec latrunculi deſint, eius vicinia exultantes, fallenteſque haud raro, affectata chriſtianæ domus imagine. Quorum inſidiæ vt faciliùs declinentur, eiuſque domus ſiue Eccleſiæ, quam quærit, plenior oſtenſio ſit, proprietates Eccleſiæ per quas ea magis conſpicua atque illuſtrior reddatur in orbe terrarum, proferre in medium, atque explicare ſtudebimus. Eſt enim oſtenſio perutilis. Omnes confitentur in ſola vera Eccleſia eſſe veram fidem, veram peccatorum remiſſionem, veram ſpem ſalutis æternæ, adeoq; vt D. Cyprianus, de Prælaturæ ſimplicitate dicat. Cum Deo manere non poſſunt, qui in Eccle-

Eccleſia Dei eſſe vnanimes noluerunt, ardeant licet flãmis & ignibus traditi, vel objecti beſtijs, animas ſuas ponant, non erit illa fidei corona, ſed pæna perfidię. In his Patres conſentiunt, hæretici non negant, nam idcirco omnis hæreſis ad ſe ſolã veram trahit Eccleſiam, & alios omnes extra Eccleſiã ponit, vt his verbis Lactantius li. 4. cap. vltimo diuin. inſtit. Sola catholica, inquit, Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet, hic autem eſt fons veritatis, hoc domicilium fidei, hoc Tẽplum Dei, quo ſi quis non intrauerit, vel à quo ſi quis exierit, à ſpe vitæ, ac ſalutis æternæ alienus eſt, ſed tamen ſinguli quique hæreticorum cætus, ſe potiſſimum chriſtianos, atque ſuã eſſe catholicam Eccleſiam putant. In qua cõtrouerſia ſi conueniremus, inquit Berllar. lib. 4 De notis Eccleſiæ, c. 1. reliquæ omnes facilè componerentur.

Hæc eſt Chriſti Eccleſia catholica non quæ hoc loco eſt, ſed quæ hoc loco, & per totum orbem terrarum, nec illa quæ hoc tempore, ſed ab ipſo Abel vſque ad eos qui naſcituri ſunt vſque in finem, & credituri ſunt in Chriſtum, totus populus Sanctorũ, ad vnam ciuitatem pertinentium, quæ ciuitas corpus eſt Chriſti, cui caput eſt Chriſt⁹, ibi ſunt & Angeli ciues noſtri, ſed quia nos peregrinamur, laboramus; illi autem in ciuitate expectant aduentum noſtrum.

Eccleſia Chriſti catholica ſiue vniuerſalis, & loco, & tempore.

Hic

Digitized by Google

Differentia Ecclesiæ Catholicę à Synagoga Iudæorum.

Hic conclude, vt Eccleſia ſit Catholica, non ſolùm requiri, vt non excludat vlla, vel loca, vel hominum genera, ſed neque vlla tempora, in quo diſtinguitur à Synagoga, quæ Eccleſia particularis, non Catholica, quia erat alligata vni tempori, id eſt, vſque ad aduentum Meſſiæ, item vni loco, id eſt, templo Salomonis, extra quod non poterãt ſacrificare, & vni familiæ, id eſt, filijs Iacob. Conuenticula autem hæreticorum sũt paucorum & hominum & temporum & locorum, ſunt rara, ſunt obſcura, ſunt ſcopæ diſſolutæ, ſunt hic & illic, in deſerto, in penetralibus, in partibus, in ſarmentis præciſis, neque hoc fortuitò aut per accidens in illis reperitur, ſed diuina prouidentia ſic diſponente, vt vera Eccleſia, corpus & ſponſa filij ſui Redemptoris noſtri huiuſmodi claris, perſpicuis notis ac ſignis ab adultera & fornicaria, ac ſciſmatica, & hæretica turba diſcerneretur, ac diſterminaretur.

Ac de hoc nomine quod catholicum dicitur, Græcam habens originem Κάθος quod eſt ſolum, & λυχος, quod eſt totum, vt ſit ſecundùm totum, ſeu per totum, vnde Eccleſia catholica nomen accèpit, reperire licet tum apud D. Auguſt. perplurimis locis, ita apud Venerabilem Bedam, in caput cantic. quartum lib. 4. & in expoſitione lib. I. in Samuëlem cap. II. *Quærat quò ſit referendum*

rendum illud, totum, ad locum, gentes, an tempus? Ac propriè quidem certum eſt ad loca, ſiue ad gentes, varijs ſitas locis referendum eſſe. Vnde B. Aug ſuper illud Act. 1. eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. *Ecce,* inquit, *vnde Catholica vocatur.* Et lib. de vera Relig. c. 7. dicit: *Eccleſiam vocari Catholicam ab vniuerſo orbe.* Idem lib. 4. c. 60. contra Creſcon. vt oſtendat Eccleſiam à loco eſſe catholicam D. Cypr. verba commemorat, ex lib. de vnitate Eccleſiæ, quibus ait, Eccleſiam catholicam, in modum arboris ampliſſimæ & maximæ, ramos ſuos per vniuerſam terram copia vbertatis extendere. Quo fit vt Optatus Mileuitanus lib. contra Parmenianum, *Eccleſiam Nationalem appellet.* Cur enim Nationalem, niſi quia per omnes ſit Nationes? Vnde ſubiungit vbique diffuſam, eamque aſſirmat eſſe proprietatem catholici nominis. Sed Patianus epiſt. 1. ad Symp. Optato vetuſtior, id à maioribus ſe accepiſſe dicit, *Catholicum nihil eſſe aliud quàm vbique vnum,* & hoc ipſum ſequentia verba declarant. Catholica ergo vocatur Eccleſia, quare vna ipſa per omnia loca, genteſque porrecta eſt, & ab ortu ſolis vſque ad occaſum, & Diuus Auguſt. ſerm. 131. De temp. ſcrib. vnius ſplendore fidei diffuſam.

Verùm

Verùm enimuerò non vno momento temporis hoc factum eſt, licet pro orbis immenſa vaſtitate, perurgentibuſque perſequutionibus mira & incredibili celeritate, Apoſtolis mundum percurrentibus; ſed ordine ſucceſſionis temporum ſua incrementa ſuſcepit, ſenſim proceſſura Eccleſia ad omnes gentes. Donec gens vlla non ſuperſit, quæ non Euangelio Chriſti imbuta ſit. Quæ Antichriſto regnante, ac vltimæ perſequutionis horrida prorſus perſequutionis tempeſtate, illuſtris appareat. Non obſcura, ſed aſpectabilis & conſpicua, vt quærenti Eccleſiã non difficile ſit, eã ſua ipſius luce radiantẽ inuenire. At ne id quidem fatendum de illa claritate quæ in externo quodam ac ſæculari ſplendore conſiſtit, & honoribus, cuiuſmodi ſunt, cum ſæculi Principibus adnitentibus, & pace externa fruitur, nullas ab inimicis inſidias metuit, magnificiſque paſſim templis, ſacrarũque rerũ ornamentis, & miniſteriorũ apparatibus, miniſtrorũque prouentibus atq; ædibus honeſtatur, ac augetur, cùm liberè litterarũ ſtudia coluntur, & maximè quæ ad Religionis propagationẽ pertinent ac defenſionem, vt turbante nemine, vbique locorum, ſacræ ſcholæ floreant, viriſque doctis abundent, cum denique & ſuos conuentus palam habere, ordinata exequi, ſuoſque omnes ordines conſeruare trãquillè,

quillè, & ſine metu Eccleſia poteſt. Et quidem quod ad hanc claritatem pertinet, obſcurari Eccleſiá poteſt. Vt enim aliquando mundo huic deſpecta fuit, & odio habita & abominabilis, ita etiam contingere poteſt, quod nonnullis etiam locis accidere videmus, vt qui eminent poteſtate & nobilitate ſæculari, hanc deſpuant, & conculcent. Hinc Venerabilis Beda in cap.cantic. 5. Eccleſiam dicit variante temporum ſtatu,nunc claram mündo, nunc deſpectam & oppreſſam eſſe: illa verò Eccleſiæ claritas, quæ in ſplendore ſpirituali eminet atque ſubſiſtit, in fidei,veræque religionis,& diuini cultus, doctrinæque & inſtructionis Apoſtolicæ profeſſione conſiſtit, atque in Eccleſiæ Sacramentis atque inſtitutis conſtanter retinendis atque ſeruandis, vbi veritatis ille ſplẽdor, atque virtutis fulget, atque emicare eminus videtur, cùm & aduerſus errorẽ pro veritate aſſerenda, & aduerſus iniquitatem pro iuſtitia,non ſolùm vſque ad temporaliũ rerum iacturam, carceres aut exilia, verùm etiam vſque ad ſanguinis profuſionem dimicatur. De qua proinde, idem ille Venerabilis Beda capite 5. canticorum ſcriptum reliquit, quod nullis aduerſitatum nebulis potuerit vnquam cohiberi, quin & Lunæ pulchritudinem in ſe præmonſtraret, & Solis; vtque

ſemper

ſemper ea claritas Eccleſiæ fuit, ita etiam in finem vſque perduraturam eſſe, cum ſcripturę diuinæ, tum etiam ſanctorum Patrum conſentione & auctoritate atteſtatum ſufficienter videmus.

Eccleſiam demonſtrari ex vniuerſitate locorum & temporum.

D. Aug. ſicuti & omnes Patres antiqui ex his proprietatibus locorum & temporum vniuerſitate contra omnes hæreſes preſcripſerunt, ſibique Eccleſiam glorioſè vindicarunt, cum enim Aug. de hoc argumento libellum conſcripſiſſet, non aliunde apud Orthodoxos eſſe Eccleſiam demonſtrauit, quā quod Eccleſiam tenerent illam, quę omniū gentium & locorum eſſet: quamobrem diſputationem initurus cap. 4. *Quicunque ab Eccleſia ita diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto, quantumcunque diffundatur, vel aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in Catholica Eccleſia.* Ad cuius probationis concluſionem, cum à cap. 6. vſque ad 9. lib. de vnit. Ecc. varias ſcripturas, ex lege. pſ. & Prophetis. Euang. & litteris Apoſtolicis congeſſiſſet; Habeo, inquit, manifeſtatiſſimam vocem Paſtoris mei, commēdantis mihi & ſine vllis ambagibus exprimentis Eccleſiam. Mihi imputabo, ſi ab ea aberrare voluero. Rurſus propter huius proprietatis certitudinē, Donatiſtas concludit eſſe extra Eccleſiam. Ita & contra Petilianum ſcribit. lib. 2. cap. 6. *Obijcio tibi ſchiſmatis crimen,*

Eccleſia abſcondi non poteſt.

crimen, quod tu negabis, ego autem ſtatim probabo, tu neque enim communicas omnibus gentibus, & illis Eccleſijs Apoſtolico labore fundatis. Et eodem lib. duplex facit Enthimema ſic. *Eccleſia eſt ſupra montem poſita, quæ certum ſignum hoc habet, quod abſcondi non poteſt; nota eſt ergo omnibus*, deinde ſubſumit. *Pars autem Donati (omnium hæreticorum) ignota eſt plurimis gentibus.*

Plura in hãc ſententiam Optatus Milleuitanus Epiſcopus, cum contra eoſdem Donatiſtas enumeraſſet in hunc modum concludit lib. contra Parmen. Cum manifeſtum ſit & ipſa luce clarius nos cum tot innumerabilibus populis eſſe, & tot prouincias nobiſcum eſſe, iam vos videtis in parte vnius, aut alterius poſitos, & ab Eccleſia veſtris erroribus ſeparatos, fruſtra vobis ſolis hoc nomen Eccleſiæ cum ſuis dotibus vindicare contenditis Quo argumento & ipſe Tertul. in aureo illo lib. de præſcrip. Quærendum (inquit) ante omnia quibus competat fides ipſa, & cuius ſunt ſcripturæ, id eſt, qui & penes quos ſit Eccleſia. Hoc vt oſtendat narrat de Apoſtolorum prima prædicatione. Illi (inquit) Eccleſias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei, & ſemina doctrinæ, cæteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, vt Eccleſiæ fiant.

Communio Apoſtolicarum Eccleſiarum teſtimonium veritatis.

Habes ptopagationem, ſobolem, & traducem Eccleſiæ perpetuam, & per vnaquæq; loca, tanquam veram Eccleſiæ formam, & vt ſe in Eccleſia eſſe oſtendat, adiungit poſtea; nos, inquit, communicamus cum Eccleſijs Apoſtolicis, quod nulla doctrina aduerſa, id eſt, hæreſis facit, & hoc eſt teſtimonium veritatis: Hæc ille. De quibus cùm locus erit dicendi, fuſiùs acturi in tractatu De vniuerſitate temporum & locorum.

Eccleſia, quia omnium locorum, temporum eſt, ideo Catholica.

Quamobrem vt veræ Eccleſiæ certam & propriam rationem ex ijs proprietatibus, de quibus ſuperiùs pauca iam digeſſimus, inueſtigemus. Hoc in primis ſtatuendum. Propter hanc proprietatem, quâ per omnes gentes diffundi, & creſcere veram Chriſti Eccleſiam hactenus diximus Eccleſiam Catholicam, idque quaſi proprio nomine eſſe atque ex vi nominis eſſe nuncupatam, neque abhorret ab ea ſignificatione nominis Diuus ipſe Auguſtinus Epiſt. 190. in Pſalm. 65. *Catholica*, *inquit*, *appellatur*, *eo quod per totum terrarum orbem diffunditur*, & iterum, *vt Catholica totum tenet*. Et rurſum Κάθολυχος *grecè*, *ſecundũ totum latinè dicitur. Vnde Catholica nomen accepit dicente Domino*, inquit, *eritis mihi teſtes in Hieruſalem*, *& in Samaria*, *& tota Iudæa*, *& vſque ad vltimum terræ*. Planè indicauit vnde catholica appellata eſt. Et cùm Gaudentius auſus

ſus eſſet dicere Eccleſiam catholicam, humanum eſſe figmentum, reſpondet D Aug. lib. 1. cap. 25. Addis furori tuo verba blaſphemiæ, & audes dicere Eccleſiam catholicam, humanum eſſe figmentum, cui Deus Eſa. 54. dicit: Dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituū nomen eius, & vt ſciamus eam, ſequitur & adiungit, & Redemptor tuus Sanctus Iſrael, Deus vniuerſæ terræ vocabitur. Tenentes ergo Eccleſiam, quæ dilatatur per omnes gentes, non figmentum ſequimur, ſed promiſſum, factumque diuinum. Ita & in collatione inter Orthodoxos & Donat. cùm hi ſe catholicos præſumerēt. Reſponderunt Orthodoxi, quia Eccleſiæ toto orbe diffuſæ ipſi communicarent, non autem Donatiſtæ, propterea ſe Catholicos, meritò & eſſe, & vocari. Sic autem dicta Catholica, ſeipſam omnibus notam, ac manifeſtam facit, vt eam ignorare nemini liceat. Probatur Daniëlis 2. *Lapis factus mons magnus*, & impleuiſſe dicitur vniuerſam terram, per propagationem videlicet doctrinę. Sic & Eſa. 8. dicitur Eccleſiæ corpus. *Mons Domini in vertice montium, ad quem fluent omnes gentes*, quo diſcipulos ſecuros faciens, Eccleſiam nunquam ignorari aut abſcondi poſſe, ait illis, Math. 5. *Vos eſtis lux mundi, non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita*, quaſi diceret: non ignorabitur mea

Nemini licet Eccleſiam ignorare.

Eccleſia, quæ per veſtram prædicationem, per omnes gentes vulganda eſt. Quo fit vt Eccleſia neminem lateat. Si cogitemus quæ de Apoſtolorum prædicatione dicta ſunt. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Ita ex verbis Saluatoris D. Aug li. 2. cap. 32. epiſt. 170. colligit: *Facile eſt, inquit, ibi attendere, & videre ciuitatem ſuper montem conſtitutam, de qua Dominus ait in Euangelio, quod abſcondi non poßit, ipſa eſt enim Catholica Eccleſia, ſic appellata, quod per totum orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideo ſecundum verbum Domini noſtri Ieſu Chriſti abſcondi non poteſt.* Deinde quia Eccleſia perpetua eſt & omnium temporum, dicta eſt etiam Eccleſia Catholica, ſic rem explicans D. Aug. de vtil. credendi. *Sequere*, inquit, *viam Catholicæ diſciplinæ, quæ ab ipſo Chriſto per Apoſtolos ad nos vſque manauit, & adhuc ad poſteros vſque manatura eſt.* Sic antiquiſſimus & æquè doctiſſimus ſcriptor Vincentius Lirinen. *In Eccleſià*, inquit, *Catholica id teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc eſt enim verè propriéq́ Catholicum, quod ipſa vis nominis ratioq́ declarat, quæ omnia verè vniuerſaliter comprehendit.*

Eccleſia eſt Catholica, quia perpetua.

Cur in Simbolo Catholica vocatur?

Præterea Apoſtoli vocem Catholicam in ſuo Symbolo poſuerunt, vt vera Dei Eccleſia perſpicuè à falſis conuenticulis diſcerneretur, & quemadmodum propter locorum

vniuerſitatem, ita & propter temporum durationem Auguſt. lib. 7 de Symb. cap. 4. & contra hæreſes certam ſemper victoriam, Catholicam dictam voluit: *Eccleſia, inquit, Catholica eſt, quæ contra omnes hæreſes expugnari non poteſt.* Hæreſes omnes de illa exierunt, ipſa autem manet in radice ſua.

Et licet diuerſæ hęreſes, vt cũ alias Eccleſię notas vindicare ſibi ſtuduerint, ſeq́; & Eccleſiã, & Apoſtolicã & vnicam Dei Eccleſiã aſſererent, nam ſanctitatẽ pleriq; hęretici prę ſe tulerunt, vt Catiani, Manichęi, Catharri ſeu Nouatiani, Meletiani, Apoſtolorum ſeſe inhærere veſtigijs clamitãt, propter Apoſtolicas ſcripturas, quas omnes hęretici ebuccinãt. Tamen hanc propter rei euidentiã, cùm cuiuis clarũ eſſet nullã hæreſim, aut vbique diffundi, aut creſcere, aut perpetuã fuiſſe, partim cõmuni orbis iudicio; Catholicã eſſe nũcupatam, adeoq́; illi propriũ cognomen fuit, vt qui aliter loqui, & vocitare eã vellent, ne intelligi quidẽ poſſent. Teſtatur id D. Aug. l. de vera relig. c. 7. *Chriſtiana. inquit, Religio, Catholica nominatur non ſolũ à ſuis, verùm etiã ab omnibus inimicis, velint enim nolintve, ipſi quoq; heretici & ſchiſmatũ alumni, quando non cũ ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quàm Catholicam vocant, non enim poßunt intelligi, niſi hoc etiam nomine diſcernant, quo ab vniuerſo orbe nuncupatur.* Sed & Pacianus Barcinonenſis Epiſcop. ante annos

Paciani de Eccleſiæ Catholicæ nomine.

mille & ducentos Vir eruditiſſimus annotauit propter varias ſectas, ſtatim ſub Apoſtolorum temporibus exortas; Quemadmodũ Fideles à Iudæis, & Paganis vt diſcernerentur, vocabantur proprio nomine Chriſtiani, ita vt ab hæreticis diſcernerentur omnibus, additum eſt nomen catholicum. Sic enim ibidem ſcribit: *Cùm poſt Apoſtolos hæreſes eſſent, diuerſiſq́ nominibus columbam Dei, atque reginam lacerare, & per partes ſcindere niterentur. Cognomen ſuum plebs Apoſtolica poſtulabat, quo incorrupti populi diſtingueret vnitatem.* Hæc ille epiſt. 1. ad Sympronium nouat. Et paulò poſt: *Ne æſtues frater, Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen, illud me nuncupat, iſtud oſtendit, hoc probor, inde ſignificor.*

Porrò ex ipſa ſola vocis catholicæ ſignificatione, ac nuncupatione, veram Chriſti Eccleſiam à falſis hæreticorum conuenticulis ſemper diſcretam, atque diſtinctam fuiſſe communis ac perpetua rerum praxis, tam in ſuperioribus, quàm in ſubſequentibus, ac præſentibus hæreſibus confirmat. Cùm enim omnes hæreſes, quia aut certos & nouos auctores habuerunt, non in recepta omnium conſenſu doctrina permanſerunt, aut certis in locis tantùm, non vbique viguerũt, aut circa certam doctrinæ partem verſabantur, non omnem, & ideò vel ab auctoribus

ſuis

ſuis nomina propria ſinguli acceperunt. Vt Valentini, Arriani, quales ſunt hodie in Germania aut Gallia, Anglia, Caluini, Lutherani, Anabaptiſtæ, plerique à locis nomina ſortiti ſunt, vt Cataphryges, quia in ſola Phrygia, Pepuſiani à ciuitate deſerta eius nominis, Albigenſes à comitatu Albigenſi prope Toloſam in Gallia, vel à doctrina quam oppugnabant: Vt Antropomorphitæ, Iconomachi, Monotelitæ qua ex re factum, vt hæreſes omnes ſuis appellationibus, deſignatæ, etiam ex hac ipſa nuncupatione, oſtéderent partes ſe eſſe ratione vel locorum, vel temporum, vel perſonarum, vel ipſius doctrinæ, vel perſonarum. Sola autem Orthodoxa, vera Eccleſia catholica vocaretur, vt quæ ſola nec noua vnquam eſſet, ſed perpetua, nec certis in locis, ſed vigeret vbique, nec ab aliquibus, certi nominis auctoribus, ſed à tota ſucceſſione Cathedræ Eccleſiaſticæ penderet, nec partem aliquam veritatis, ſed totam veritatem teneret.

De quibus pulchrè Lactantius lib. 4. cap. 30. *ratiocinatur; cùm Marcionitæ, Arriani, aut cuiuſlibet ſectæ hæretici nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt, qui Chriſti nomine amiſſo, humana & externa induerunt.*

De his quoque Athanaſius ſerm. contra Arrianos, nunquam (inquit) populus ab Epiſcopis ſuis, ſed à Domino in quem cre-

dictum fuit nomen accepit. Certe à beatis Apoſtolis præceptoribus appellationes adepti non ſumus, ſed à Christo Chriſtiani ſumus & nuncupamur: alij verò qui aliunde originem fidei ſuæ deducunt, merito auctorum ſuorum cognomenta præ ſe ferunt. Quapropter cum à Chriſto Chriſtiani omnes eſſemus, & diceremur, exploſus eſt Marcion inuentor hæreſeos, reliqui autem qui remanſerunt, Chriſtiani titulum retinuerunt, qui verò Marcionem ſequuti ſunt, non inde Chriſtiani, ſed Marcioniſtæ appellati ſunt. Ita quoque & reliqui ſectatoribus ſuis nomina ſua impertierunt vt Pytagorici, Platonici, Ariſtotelici, quorum omnium ſectę inter ſe inuicem pugnantes, vnà cum inuentoribus ſuis interierunt. Sicut ros mane pertranſiens perijt memoria eorum cum ſonitu. Mutuis diſſenſionibus inter ſe conſumpti, materiam abundè ad doctrinam ſuam euertendam præbuerunt. Sicut enim Concordia, & Pax, ſigna ſunt regni Dei, & Imperij eius, cuius Regni non erit finis. Ita & diſcordia regni Diaboli, quod ſtare non poſſit. ſed fūditus ruere neceſſe eſt, dicēte Domino Math. 12. Omne regnū in ſe ipſū diuiſū deſolabitur, & domus ſupra domū cadet.

hæreticorum cum Philoſophis cōparatio.

Attende tibi, ô frater, ne offeras holocauſtum in omni loco, quemcunque videris vt dicitur Deut. 12. ſed in loco quem ele-

elegerit Dominus Deus tuus in tribu tua, in hoc offeras holocauſtomata, & ibi facies omnia quæ præceperit tibi Dominus Deus. Audi quis ſit locus electus, & quæ tribus Domini prædicata in Pſal. 131. *Quoniam elegit Dominus Syon, elegit eam in habitationem ſibi, hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Et in Pſal. 121. *Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas: illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini, teſtimonium Iſrael.* Hic eſt locus electus, hic mons ſanctificatus; *hæc ciuitas ſupra montem poſita* (vt dicitur Math. 5.) *vt abſcondi non poſſit.* Hæc radix catholica, hæc vitis fructifera, lõgè latèque diffuſa, quę in Eccleſ. 24 clamat: *In Syon fundata ſum, & in Hieruſalem poteſtas mea.*

Etenim oportuit pati Chriſtum. Luc. 24. *& reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pænitentiam, & remiſsionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem.*

Attende ergo ne offeras in omni loco, id eſt. in omni hæreſi (vt ait Aug. tom. 6. contra Fulg. c. 14 & dicas:) Et hic eſt Deus, & ibi Deus eſt, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus in tribu tua, id eſt, in tribu eius. Ibi offeres holocauſtomata tua, & ibi facies omnia quæ præcepta ſunt tibi.

Non audias verba meretricis illius quæ in

hæc eſt recta via, vt dicitur Eſa. trigeſimo, vt etiam ſtultus non erret per viam, & quæ eſt illa recta via, & ecce, inquit

 pro-

idem Esa. 48. Dabo in Syon salutem, & in Hierusalem gloriam meam. De Sion exibit lex & verbum Domini de Hierusalem.

prouerbijs, cap. 9. inuitat ad se prætereuntes viam, qui dirigunt iter suum. *Quis eſt veſtrum* (dicens) *inſipientiſſimus, diuertat ad me.* Quis eſt paruulus? declinet ad me. *Et vecordi loquuta eſt, aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Hæc mulier illa ſtulta, & clamoſa, plenaq; illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedet in foribus domus ſuæ, ſuper ſellam ſuam in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam & pergentes itinere ſuo. Et ignorant quod ibi ſint Gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eorum. Qui enim applicabitur illi deſcendet ad inferos: Nam qui abſceſſerit ab ea, ſaluabitur.*

Huius prouerbij ſententiæ, audias non diſſimilem eorundem Prouerb. 7. *Conſidero vecordem iuuenem qui tranſit per plateas, iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obſcuro, adueſperaſcente die, in noctis tenebris, & ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo cõſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians, apprehenſumq; deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea, idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum & reperi, intexui funibus, lectulum ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto, aſperſi cubile meum myrrha & aloe & cinamomo. Veni inebriemus*

briemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, non eſt vir in domo ſua, abijt via longiſſima, irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditijs labiorum ſuorum protraxit illum, ſtatim ſequitur illam quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorat quod ad vincula ſtultus trahatur? donec transfigat ſagitta guttur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ eius agitur.

Tales ſunt Symiſtæ huius meretricis. Audias eos etenim dicere; Venite, audite inſipientes, & infælices ac miſeri, qui vulgo Catholici vocitamini, & accipite, & diſcite à nobis fidem veram, quam præter nos nullus intelligit, quæ multis ante ſæculis latuit, nuper verò reuelata & oſtenſa eſt, ſed diſcite furtim atque ſecretim, delectabit enim vos: & item, cùm didiceritis, latenter docete, ne mundus audiat, ne Eccleſia ſciat, paucis namque conceſſum eſt, tanti myſterij capere ſecretum.

Perpulchrè verò nauaſſe operã in fallẽdis præcipuè mulieribus Marcus hæreticus ab Irenęo l. 1. c. 8. 9 narratur. Maximè autem „ (ſcribit) circa mulieres vacat, & hoc circa „ eas, quæ ſunt honeſtæ, circũ purpuratæ & „ ditiſſimæ, quas ſæpe adducere tentans, di„ cit blandiens: Participare te volo ex gra„ tia mea, quoniam Pater omnem Angelum „ ſuum ſemper videt ante faciem ſuam, locus

Marcus hæreticus in fallendis mulieribus maximè operam dat.

autem

„autem tuæ magnitudinis in nobis eſt, opor-
„tet nos in vnum conuenire, ſume primum
„à me & per me gratiam, adaptare vt ſpon-
„ſa ſuſtinens ſponſum ſuum, vt ſis quod ego
„& ego quod tu, conſtitue in thalamo tuo
„ſemen luminis, ſume à me ſponſum & cape
„eum, & capere in eo. Ecce gratia aſcendit
„in te, & aperi os tuum, & Propheta. Cum
„autem mulier reſponderit, nunquam pro-
„phetaui, neſcio prophetare, inuocationes
„quaſdam faciens, denuo ad ſtuporem eius,
„quæ ſeducitur, dicit ei. Aperi os tuum, &
„loquere quæcunque, & prophetabis, illa
„autem ſeducta, & elata ab ijs, quæ prædicta
„ſunt, concalefaciens animum, à ſuſpicione
„quod incipiat prophetare, cum cor eius
„multo plus quam oporteat palpitet, audet
„& loquitur deliciosa, & quæcunque eue-
„nerint, omnia vacue & audacter, quippe
„calefacta ſpiritu, ſicut meliora nobis de ta-
„libus prophetis exequitur, eo quod audax
„& inuerecunda anima, quaſi vacuo ære ex-
„calefacta eſt, & proinde prophetidem ſe-
„ipſam putat, & gratias agit Marco, qui par-
„ticipauit ei ſuam gratiam, & remunerare
„eum geſtit, non ſolum ſecundum ſubſtan-
„tiæ ſuæ dationem vnde diuitiatum copiam
„magnam collegit, ſed & ſecundum corpo-
„ris copulationem, & ſecundum omnia vni-
„re ei cupit, vt cũ eo deſcendat in vnum &c.

Quàm fallax hæreticorum animus in mulieribus decipiendis.

Qualis

Qualis autem liber ille Thaliarum, ſiue crapularum Arrij fuerit, cuius exordium D. Athanaſius ille Magnus his verbis lib. 50. diſcip. cap. 7. & 8. reddit, quæ tantum non ad numeros metricos tranſlata eſſe reperiuntur: Ait ergo. *Tale igitur exordium crapularum Arrij, & vaniloquentiæ, moribus, numeriſq; effæminatum inuenias. Et ſecundum fidem electis Dei peritis Dei, pueris ſanctis, rectigradis, qui ſanctum Dei ſpiritum acceperunt. Iſta ego didici ex ſapientiæ conſortibus, ab hominibus Dei diſcipulis, per omnia ſapientibus, horum per veſtigia cum eadem dogmatum opinione inceſſi, ego ille perinclitus, multa paſſus, propter meam de Deo exiſtimationem, à Deo autem ſapientiam condidici, & cognitionem cognoui.*

Thaliarum Arrij liber.

Circum ducebat ille ſecum Virgines, quas (vt auctor eſt Epiphan. hære. 69.) Alexander Epiſcopus Alexandrinus tenellas Arrianorum meretriculas nominabat, hæ illę ſeptingentę profeſſæ, Virgines erant Eccleſiæ Alexandrinæ, quas Arrius ſeduxit. At quas non ſeduxiſſet hiſce deliciarum illecebris perditiſſimus hæreſiarcha, Virginum examina circumducens. Nam qui hactenus velut Protheus, iam à tempore Petri Martyris Epiſcopi Alexandrini, ſub diuerſis latuerat formis, modo inhærens Catholicis, modo verò ſciſmaticis, impius omnino detectus ab Alexandro Epiſcopo Alex. ſępe

hunc libellum Soſomenus canticis ſotadicis perſimilem dicit. lib. 1. cap. 20.

ſæpe monitus, ſed in ſententia pertinax ab eodem presbiterio exuitur. Idem Epiphanius eodem loco agens de ijs quos Arrius deceperat ſic ait, erat dulcis in colloquio, perſuadens ſemper animabus, ac blādiens, quapropter valde cito, ſeptingentas virginitatem profeſſas in vnum contraxit.

Magnum vero Anthonium eius ſectatores Arriani eadem de fide ſentire mentiri non ſunt veriti, vt ſcribit Athan. in vita S. Antho. adeo vt eam ob cauſam rogatus ab Epiſcopis, & vniuerſis fratribus Alexandriam deſcenderit, & de Catholica fide, quam coleret, ne populus laberetur, publico ſermone Arrianos condemnaret, Arriumque Antichriſti præcurſorem affirmaret. Ipſa inquit, mihi credite iraſcuntur elementa, & omnis contra Arrianorum furorem, ſecundum Apoſtoli dictum ingemiſcit creatura quod ſibi Dominum ſuum per quem omnia, & in quo omnia facta ſunt, videat coæquari, & aggregari. Hæc tanti viri prædicatio exprimi non poteſt, quantum ad fidem roborauerit populos, lætabantur quippe hoſtilem & inimicam Chriſto hæreſim anathematiſari ab Eccleſiæ columna. Tantum enim facere ſolebat populus, illuſtrium Monachorum de fide Catholica teſtimonium.

Quando autem Catholicam fidem, quam Alexandriæ prædicauit, ibidem quoque ſi-

gnis

gnis ſequentibus confirmauit idem S. Athan. docet cum ſubdit, nulla nunc ætas, nullus ſexus domi remanſit, taceo de Chriſtianis. Pagani quoque & ipſi Idolorum Sacerdores, ad Dominicum imperium conuolabant, dicentes, precamur vt videamus hominem Dei, quare hoc apud vniuerſos conſpicuum erat nomen Anthonij. Ambiebant quoque ſaltem fimbriam veſtimenti eius attingere, multum ſibi & tactum prodeſſe credentes. Quot tunc diaboli obſidione, & varijs infirmitatibus liberati? quot ſimulacris erepta ſunt ſpolia, quot etiam errore gentilium retracti, noſtro iuncti ſunt gregi, tot certè vt paucorum dierum ſpatio, ex Idolorum ſuperſtitione conuerſio, omnem per annum credentium vinceret turbam.

Hæreticorum fraudulentia.

Et hæc quidem propter eorum maxime fraudulentiam, qui cum ſuas hæreſes ſtabilire, ac concinnare moliuntur, captant plerumque doctiſſimorum ac ſanctiſſimorum virorum patrocinium, vt illud, neſcio quid, quodcunque poterunt, neque primi, neque ſoli ſentire videantur. Vindicant etiam & ſibi nonnunquam quorumpiam etiam veterum ſcripta paulò inuolutiùs edita; quę pro ipſa ſui obſcuritate dogmati ſuo congruant, illorum memoriam tanquam ſopitos iam cineres, prophana manu ventilantes, & quæ ſilentio oportebat ſepeliri rediuiua opinio-

Qui ſint hodie filij Cham.

ne

ne diffamantes, ſequentes omnino veſtigia auctoris ſui Cham, qui nuditatem venerandi Noe non modo operire neglexit, verum quoque cæteris irridendam enunciauit. Vnde tantam læſæ pietatis meruit offenſam, vt etiam poſteri ipſius, peccati ſui maledictis obligarentur, beatis illis fratribus longeq́ue diſſimilibus, qui nuditatem ipſam reuerendi patris, neque ſuis temerare oculis, neque alienis patere voluerunt, ſed auerſi vt ſcribitur Gen. 9. texerunt eum, quod eſt erratum ſancti viri nec approbaſſe, nec prodidiſſe, atque idcirco beata in poſteros benedictione donati ſunt.

Hæretici viros quoſque clariſsimos ſecū facere & ſentire traducere ſoliti.

Ea eſt ars Hęreticorum omnium, penes quos eſt veritas nundinaria, ad ſtabiliendum ſuum ipſorum dogma impietatis, vt & quos ſciuerint antiquos clariſſimos fuiſſe viros, eoſdem ſuæ ipſorum hæreſis falſò aſtruere conentur aſſertores, cum tamen conſtaret, eos tanti ſceleris fuiſſe refragatores, nam & magnum illum Lucianum martyrem, virum diuinum, & in ſacris litteris ſupra omnes ſui temporis eruditum, qui primus ſcholas publicas ſacræ Theologiæ aperuiſſe dicitur ab ipſo Niceph. lib. 9. Eccle. Hiſt. cap. 5.

Lucianus falſo inſimulatus hęreſeos Arrianæ.

Dioniſium eadē etiam ſecum ſētire falſo venditat.

Dioniſium etiam Epiſcopum Alexandrinum inſignem tum pietatis, tum etiam eruditionis virum, eadem cum ipſis ſenſiſſe Arriani turpiter mentiuntur. Ac ne Origeni qui-

quidem pepercerunt, quem hac ex parte Catholicum, in ſuam ipſorum ſententiam, repugnantem licet, adducere attentarunt, quem Athaſ. de Symonic. decret. contra hæreſ. Arrian. hæc ipſa ſcribens ab eorum calumnijs (ſicut etiam & Dioniſium Epiſcopum Alexandrinum ab eorum calumnijs vindicauit.)

Donatus vt ſuorum ſibi amorem & fidem conciliaret, homo callidiſſimus effinxit ſibi Deum è cœlo loquutum, quod ſanctus Aug. tractatu 13. in Ioannem, his verbis teſtatur. *Hæc quidem iactabantur à ſuis. Donatus orauit, & reſpondit ei Dominus de Cælo.*

Donatus Cartaginenſis Epiſcopus finxit Deum, ſibi locutū

Atque id obſeruatu prorſus dignum eam Arriannorum dicendi conſuetudinem & in adulando blaſphemiam eſſe, quæ cum hic tum in alijs pluribus locis ſępius demonſtrari continget: *dum qui negarent diuinitatem filij Dei, ijdem tamen, Imperatores diuinitatis conſortes, non erubeſcerent appellare*, vt cum habet Calluthus in hac Epiſtol. *Decreuit diuinitas illorum* (nempe Imperatorum) *Et diuinum diploma*, & alia id genus, quæ crebriùs etiam, impudentiuſque dicta reperiuntur.

Heretici Ariani cum diuinis honoribus Imperatores ornant, filium Dei ſpoliant diuinitate.

Sed expende quæſo diligenter Arriani hominis proculdubio hāc eſſe adulationem; Nam vnde precatur Conſtātino, vt in futura vita regnaret cū filio Dei, nihil eſt in his verbis

quod verti poſſit, cum omnes fideles id expectent & expectant, cuius gratia dicimus aduenit regnũ tuũ, ſecundũ illud Apoc. 22. de iuſtis. *Regnabunt in ſæcula ſæculorum vnà cum Deo*, & alia multa id genus in diuinis ſcripturis. Sed quod id reſpuerit Conſtantinus, & vt dictũ eſt nimis ſe indignũ exhorruerit, haud dubium adulantis hominis fuit illa laudatio, qua dignum diceret Conſtantium in terris omnium rerum ſumma potiri, & ęqualẽ cum filio Dei in cæleſti gloria corregnare. Etenim fuit hæc Arriani hominis precatio de filio Dei humiliter ſentientis, atque creaturam dicentis, conſueto Arrianorum more loquendi.

Conſtantinus Pater reſpuit talia epitheta

Sed & referentibus Zoſimo ac Arrriano, Marcellino, exdebellatis hoſtibus tãtus faſtus fuit oſtentui lib. 25. de quo ait. *Quo ille ſtudio blanditiarum exquiſito ſublatus, immunemq́; ſe deinde fore ab omni mortalitatis incommodo fidenter exiſtimans, confeſtim à iuſtitia declinauit, ita temperanter, vt per æternitatem meam, aliquoties ſubſcriberet ipſe dictando, ſcribendoq́; propria manu. Orbis ſe totius Dominum appellaret. Quod dicentibus alijs indignanter admodum ferret, qui ad ciuilium principum æmulationem vitam moreſq́; ſuos formaret. Ad propoſitum redeamus.*

Conſtantius ab Arrianis æternitatis titulo honeſtatur aut potius dehoneſtatur.

Execrandi prorſus errorum architecti, qui dum Chriſtum Dominum ac Deum ſua diui-

diuinitate ſpoliare contendunt, hominem mortalem, infimum diuinis ornant nominibus. *Quæ omnia mecum reputans, ſatis mirari nequeo*, ait Vincentius Lirinenſis, *tantam quorumdam hominum veſaniam, tantam excæcatæ mentis impietatem, tantam poſtremò errandi libidinem*, vt contenti non ſint tradita ſemel & accepta antiquitus credendi regula, ſed noua, ac noua in diem quærant, ſemper geſtiant aliquid religioni addere, mutare, detrahere.

Accepta ſemel antiquitatis regula contenti eſſe debemus.

Quaſi non cæleſte dogma ſit, quod ſemel reuelatum eſſe ſufficiat, ſed terrena inſtitutio, quæ aliter perfici, niſi aſſidua emẽdatione, imò potiùs reprehenſione non poſſet, cùm diuina clament oracula, Prouerb. 11. *Ne transferas terminos quos, poſuerunt Patres tui*. Et Eccleſ. 8. Super iudicantem ne iudices. Et Eccleſ. 10. *Scindentem ſepem mordebit eum ſerpens.*

Magno igitur metu nobis immutatæ fidei ac temeratæ religionis piaculum pertimeſcendum eſt, à quo nos non ſolum conſtitutionis Eccleſiaſticæ diſciplina, ſed etiam cẽſura deterret auctoritatis Apoſtolicæ: Scitum enim omnibus eſt, quàm grauiter, quàm vehementer inuehatur in quoſdam, Galat. 2 Beatus Apoſtolus Paulus, qui mira leuitate (verba ſunt Lirinenſis) nimiùm citò tranſlati fuerant ab eo, qui eos

vocauerat in gratiam Chriſti, in aliud Euãgelium quod non eſt aliud, (dicitur 2. ad Tim. 4) qui coaceruarant ſibi magiſtros ad ſua deſideria, à veritate quidem auditum auertentes, cõuerſi verò ad fabulas, habentes damnationem quod fidem primam irritam feciſſent, (1. Tim. 5.) quos deceperant ij de quibus ad Rom. 16. ſcribit idem Apoſtolus. Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam ipſi didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis, huiuſmodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium, qui intrant per domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & ad veritatis ſcientiam nunquam peruenientes. (2. Tim. 5.) Vaniloqui & ſeductores, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia, & plura ad hanc materiam pertinentia, qui bonam conſcientiam repellentes circa fidem naufragauerũt. Tim. 1. 1.

Sed licet aut nos (Galat. 1.) ait, aut Angelus de cælo, euangelizet vobis, præter quam, quod euangeliſauimus vobis, anathema ſit. Quid eſt quod ait. Sed licet nos? cur non potius, ſed licet ego? Hoc eſt etiam ſi Petrus, etiam ſi Andreas, etiam ſi Ioannes,

etiam

etiam ſi poſtremò omnis Apoſtolorum chorus euangelizet vobis, præterquam quod euangeliſauimus, anathema ſit. Tremenda districtio, propter aſſerendam primæ fidei tenacitatem, nec ſibi, nec coapoſtolis pepercisse parum eſt, etiam ſi Angelus, inquit, de cælo euangelizet vobis, præterquã quod euangeliſauimus, anathema ſit. Non ſuffecerat ad cuſtodiam traditam ſemel fidei, humanæ conditionis commemoraſſe naturam, niſi Angelicam comprehendiſſet, licet nos (inquit) aut Angelus de cælo. Non quod ſancti, cæleſteſque Angeli peccare iam poſſint, ſed hoc eſt quod dicit: Si etiam, inquit, fiat quod non poteſt fieri, quiſquis ille traditam ſemel fidem mutare tentauerit, anathema ſit, id eſt, ſeparatus, ſegregatus, excluſus, ne vnius ouis contagium, innoxium gregem Chriſti venenata permixtione contaminet.

Annunciare ergo aliquid Chriſtianis catholicis, præter id quod acceperunt, nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit, & anathematiſare eos, qui annuncient aliquid, præterquam quod ſemel acceptum eſt, nunquam non oportuit, nunquam non oportet, nunquam non oportebit. Quæ cũ ita ſint, eſtne aliquis tantæ audaciæ, vel tantæ leuitatis, qui præter id quod ab Eccleſia accepit, acceptum clamet, & repetendo cla-

met, & omnibus, & ſemper, & vbique per litteras ſuas clamet: Ille, ille vas electionis, ille Magiſter gentium, ille Apoſtolorum tuba, ille terrarum præco, ille cælorum conſcius, vt ſi quis nouum dogma annunciauerit, anathematiſetur, &c.

Et contrà reclamant Ranæ & Muſcæ morituræ, quales ſunt Lutherani, Caluiniſtæ &c. Et hoc Catholicis? Nobis, inquiũt, auctoribus, nobis principibus, nobis expoſitoribus damnate quæ tenebatis, tenete quæ damnabatis, reijcite antiquam fidem, paterna inſtituta, maiorum depoſita, & recipite, quænam illa tandem? Verba meretricis illius, quæ vecordi illi iuueni loquuta eſt, Salomonis prouerb. 9. Horreo, inquit Lyrin. dicere, ſunt enim tam ſuperba, vt mihi non modò affirmari, ſed ne refelli quidem, ſine aliquo piaculo poſſe videantur. Audiamus ergo ſanctũ Moyſem, ſcribit enim in Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, id eſt, Magiſter in Eccleſia conſtitutus, quem diſcipuli, vel auditores ſui, ex aliqua reuelatione, docere arbitrentur. Quid deinde, & prædixit, inquit ſignum ſiue portentum, & euenerit quod loquutus eſt, magnus profectò neſcio quis ſignificatur Magiſter, & tantæ ſcientiæ, qui ſectatoribus proprijs, non ſolùm quæ humana ſunt noſſe, verùm etiam quæ ſuper homi-

hominem ſunt, prænoſcere poſſe videatur: Quales fere diſcipuli ſui iactitant fuiſſe Lutherum, qui eum Eliæ nomine ac Ioannis Baptiſtæ nomine prædicant, eius effigiatas imagines ſanctitatis nomine cohoneſtant. Et Caluini imagines in Gallia depingentes, Solem Galliæ appellant, cæteroſque huiuſmodi. Quid poſtea, & dixerit, inquit tibi, eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignorat, & ſeruiamus eis. Qui ſunt Dij alieni, niſi errores extranei, ſeu noua dogmata, quæ vetus teſtamentum allegorico ſermone Deos alienos appellare conſueuerit, eo ſcilicet, quod ita ab hæreticis ipſorum opiniones ſicut à Gentilibus Dij ſui obſeruantur. Noui inquam ſunt errores & inauditi. Et ſeruiamus eis, id eſt, credamus eis, ſequamur eos. Quid ad extremum? Non audies, inquit, verba Prophetæ illius, aut ſomniatoris. Verùm ad propoſitum reuertamur. Hæretici dicunt Eccleſiam toto orbe diffuſam defeciſſe.

Quæ in Eſaia cap. 49. clamat: Dixit Syon, dereliquit me Dominus, Dominus oblitus eſt mei, & ſubiungit: Nunquid mulier obliuiſci poteſt infantem vteri ſui: vt non miſereatur filio ſuo, & ſi illa oblita fuerit. Ego tamen dicit Dominus, non obliuiſcar tui. Et in Oſea cap. 2. Sponſabo te mihi in ſempiternum, in iuſtitia & iudicio ſponſabo te.

Eccleſiam eſſe permanſuram vſque ad conſummationem ſæculi.

Digitized by Google

Matrimonium verò ſicut eſt indiſſolubile inter coniuges, ita & vinculum quo Chriſtus adhæret Eccleſiæ, indiſſolubile & perpetuũ eſt. Sponſus non deſerit ſponſam ſuam, neque Eccleſia ſponſum ſuum Chriſtum. Cuius Eccleſiæ perpetuitas multis locis declarata eſt, in primis Pſal. 88. Ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronus eius ſicut dies cæli, & eodem pſal. Semen eius in æternum manebit. Extra quam nulla fides, nullum ſacrificium, in qua vna & ſola Agni hoſtiam præcepit Dñs immolari. Exodi 12. In vna domo Agnũ comedetis, nec efferetis de carnibus eius foras. In vna namque domo Agnus comeditur, quia in vna Eccleſia catholica, vera hoſtia Redemptoris immolatur. De cuius carnibus, diuina iuſſio efferri foras prohibet, quia dari ſanctum canibus vetat. Sola enim Catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum Dei retinet. Hic eſt fons veritatis, hic eſt domicilium fidei, hoc templum Dei, quo ſi quis non intrauerit, vel à quo ſi quis exierit, à ſpe vitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt. Neque habebit Deum Patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem. Sed tamen ſinguli quique hæreticorũ cætus ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant. In qua cõtrouerſia, ſi conueniremus, reliquæ omnes facilè componerentur.

Extra catholiam Eccleſiam nulla ſalus.

Quid

Quid autem tractatibus tuis Parmenia-ne ad tuæ hæreſis defenſionē probare conatus ſis, ipſe Optatus hiſce verbis ſcribit. Ego, inquit, intelligo & tu non, & quiuis Sapiens præuidet, te nulla alia ratione tam prolixè tractaſſe, niſi vt Eccleſiam catholicam tractatibus tuis indignè pulſares. Sed vt intelligi datur, aliud habet animus, aliud ſermo ſonat, denique omnia te video ſcribere contra Catholicam fidem, imò multa pro Catholica, cùm Catholicus non ſis.

Vnam tantum catholicam Eccleſiam eſſe idque ab abſurdo Parmenianus hæret, ſignificat.

Hæc idcirco quod Donatiſt. cũ arguerentur eſſe Schiſmatici, catholicam Eccleſiam penes ſe tantum eſſe probare niterentur. Qui verò ab illis ſeparati eſſent, extra Eccleſiam vagari dicerent, hocque probare ſcriptis Parmenianus ſatagebat in parte Donati eſſe catholicam. Reliquas verò toto orbe terrarum diffuſas eſſe Schiſmaticas, cùm illud inter hæc, quod verum eſt, aſtrueret, Eccleſiam catholicam nonniſi vnam eſſe. Quamobrem in eo potiſſimum totius quæſtionis cardo verſari videbatur, vt certis notis conſignaretur, diſtinctis differentijs diffiniretur, atque expreſſis proprietatibus mõſtraretur quæ verè eſſet Eccleſia catholica, vt ſic apud quos eſſet, pariter intelligi poſſet.

Nobilis certè fuit hæc tractatio argumẽti, quam & Optatus dignè eſt perſequutus, ad

quem prouocandi eſſent omnes hæretici, illos dico, quibus ineſt aliqua veritatem indagandi voluntas, nec obſtinato animo per quam ſemel ingreſſi ſunt erroris viam obfirmato vultu ſecuri percurrunt.

Acceptam antiquitus formam ſequitur Optatus. Vbi non eſt Eccleſia Catholica, nec veritas eſſe poteſt, at contrà.

Videas Optatum more maiorum aſſeueranter definire à Catholico nomine eos prorſus excludi, (cum argumentis ſuis conuicto Parmeniano, idem quod verum eſt hęreticus aſſereret, Eccleſiam Catholicam non niſi vnam eſſe poſſe) quibus Romana Eccleſia non communicat; eoſque tantum eo nomine gloriari, quibus Romanus Epiſcopus coniungitur, commercio formatarum. Porrò quod & illud aduerſariorum affirmatione certum haberetur, vbi non eſſet Catholica, nec ibi eſſe veritatem poſſe, & contra vbi probaretur Catholica, ibi reperiri neceſſario veritatem.

Parmenianum ita delirantem non modo Optatus ita redarguit, ſed & ipſius communionis Donatiſtarum Ticonius impugnauit, exhoreſcebant planè aures blaſphemiam illam audire, Catholicam Chriſti Eccleſiam, toto orbe diffuſam perijſſe, & ad eos qui partis eſſent Donati, tanquam Noe diluuio pereunte orbe, integram eſſe relictam.

Ticonius iſte aduerſarius Parmeniano, ſectę ſuę quam profitebatur Epiſcopo illud ſcrip-

ſcriptis confirmauit atque defendit, Eccleſiam Dei Catholicam nequaquam coanguſtari, atque coarctari anguſtis Donatiſtarum terminis, ſed longè latèque per orbem terrarum, vbique perſeuerare diffuſam. Nec peccatis hominum tolli, euacuarique hominum exceſſibus Dei promiſſiones. Hæc ita ſentientem Ticonium, Parmenianus admonuit, ſcriptaque ad eum Epiſtola, cum nihilominus in eadem perſeueraret ſententia, eundem Parmenianus anathemate perculit. Ticonij quamquam Donatiſtæ. Catholica de Eccleſia ſententia.

„Teſtatur idem D. Aug. (lib. cont. „Parme. lib. 1. cap. 1.) Ticonius inquit, „omnium ſanctarum ſcripturarum vocibus „circumfuſus euigilauit, & vidit Eccleſiam „toto orbe diffuſam, ſicut de illa tanto ante „tempore per corda & ora ſanctorum, præ„uiſum & prædictum eſt, quo percepto ſuſ„cepit aduerſus ipſos ſuos, demonſtrare, & „aſſerere, nullius hominis tam ſceleratum, „& immane peccatum præſcribere promiſ„ſis Dei, nec id agere quorumlibet intra „Eccleſiam conſtitutorum quamlibet im„pietatem, vt fides Dei de Eccleſia futura, „& diffundenda vſque ad terminos orbis „terræ, quæ in promiſſis patrum retenta & „nunc exhibita eſt, euacuaretur. Hoc ergo „Ticonius cũ vehementer copioſeque, & ora contradicentiũ multis, & magnis manifeſtis

ſan-

ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs oppilaret, non vidit ille quod conſequenter videndum fuit, illos videlicet in Africa Chriſtianos, pertinere ad Eccleſiam toto orbe diffuſam, quæ vtique non iſtis, ab eiuſdem orbis communione, atque vnitate ſeiunctis ſed ipſi orbi terrarum, per communionem connecterentur. Parmenianus autem & cæteri Donatiſtæ viderunt hoc eſſe conſequens, & maluerunt ſuſcipere maligniſſimum animum atque obſtinatiſſimum aduerſus apertiſſimam veritatem, quam Ticonius aſſerebat, quam ea conceſſa ſuperari, ac ſeparari ab Africanis Eccleſijs, quę illius vnitatis, quam Ticonius aſſerebat communione gauderent, vnde iſti ſe ſeparaſſent.

Sanctum Cyprianum hæretici traducere conantur ſecum idem ſentire.

Sed & præclariſſimum ac beatiſſimum illud ſanctorum Epiſcoporum & martyrum lumen Cyprianum ſecum ſentire, ac ſeipſos potius Catholicos eiuſdem teſtimonio affirmare conati ſunt. Attende potius quã Eccleſiam dixerit Cypr. eſſe Catholicam, cum eius defenderet vnitatem. Eccleſia (inquit) Do-
„mini luce perfuſa, per totum orbem radios
„ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt, quod
„vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſe-
„paratur. Ramos ſuos in vniuerſam terram
copia vbertatis extendit, profluentes lar-
„giter riuos largiùs expãdit, vnũ tamẽ caput
„eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatis
ſuc-

S. Cyp. defendit Eccleſiæ vnitatem ipſamque ſolam eſſe Catholicam.

ſucceſſibus copioſa. Quid igitur & vos iſtos fallitis, & alios fallere mendacijs impudentibus vultis? Si huius martyris teſtimonio, veſtra eſt Eccleſia catholica, oſtendite illam per orbem totum radios ſuos porrigere, oſtendite illam per vniuerſam terram ramos ſuos copia vbertatis extendere. Hinc enim & græco vocabulo, Catholica nominatur. Quod enim græcè ὅλον dicitur, latinè totũ vel vniuerſum interpretatur, per totum ergo ſiue ſecundùm totum eſt Καθόλου, vnde Catholica nuncupatur. Si hoc noſti, inquit D. Auguſt. ad Gaud. lib. 3. cap. 1. Quare te noſſe diſſimulas? Si autem ignoras, quare nõ priùs quàm loquaris quod neſcis, eos qui id norunt interrogas. Quod ſi diſplicet tibi, nõ græcam, ſed aliam linguam inueni, quâ doceas Καθόλου, non per totum, ſiue ſecundum totum, vel ſecundum vniuerſum ſignificare, & recede à teſtimonio Cypriani. Ille namq́ue contra te loquitur, qui videt quid dicat. Per orbem totum dicit & per vniuerſam terram porrigi extendiq́ue Eccleſiam catholicam, græco eius nomini ac definitioni conſentiens. Ethimologia dictionis catholicæ.

De hoc nomine Catholico Patianus Epiſtola ad Sympronianum ſic inquit: Certè ,,non eſt ab homine mutuatum, quod per ,,ſæcula tanta non cecidit. Catholicũ iſtud, ,,nec Martionem, neç Apellem (nec hæreſeos quemuis

„quemuis inuentorem) ſonat. Et paulò „poſt Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen. Illud me nuncupat, iſtud oſtendit. Propterea idem ipſe auctor ſcribit nomen Catholicum capiti principali quadrare (& quidem pulchrè & eleganter) & trunco illius arboris, vnde multi rami varijs temporibus excinduntur. Sectas enim hæreticas Ramos appellat, id eſt, partes quaſdam ab arbore Eccleſiæ præciſas, ipſam autem arborem, quæ ſua radice nititur, & ſemper eadem manet, & eſt quid totum, Catholicam Eccleſiam dicit. Pauca verò de Eccleſiæ notis pro clariori intelligentia annotanda. Plures ſunt notæ: ſiue teſtimonia, ſiue ſigna, quibus Eccleſia ab omni falſa religione Paganorum, Iudæorum, & hæreticorum diſcernatur, & non quidem efficiunt euidenter verum, ipſam eſſe Dei Eccleſiam. (Ita habet Bellar. lib. 4. de notis Eccleſiæ cap. 4.) ſed tamen id efficiunt euidẽter credibile, neque enim eſt idem euidẽter verum; & euidenter credibile, nam euidẽter verum dicitur, quod vel in ſe, vel ſuis principijs videtur. Euidenter credibile illud dicitur, quod non videtur, nec in ſe, nec in ſuis principijs, habet tamen tot, & tam grauia teſtimonia vt quilibet vir ſapiens meritò id credere debeat. Dicimus ergo notas Eccleſiæ non facere euidentiam veritatis

ſim-

ſimpliciter, quia alioquin non eſſet articulus fidei hanc Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam, neque vlli inuenirentur qui id negarent, ſicut nemò inuenitur, qui neget ſententias quas Mathematici demonſtrant, ſed tamen efficiunt euidentiam credibilitatis, apud eos autem qui admittunt ſcripturas diuinas, hiſtorias, ac patrum veterum ſcripta, faciunt etiam euidentiam veritatis, tametſi enim articulorum fidei veritas, non poteſt nobis euidens eſſe abſolutè, tamen poteſt eſſe euidens ex hipoteſi, id eſt, ſuppoſita veritate ſcripturarũ, quod enim ex ſcriptura euidenter deducitur, eſt euidẽter verũ, ſuppoſitis ſcripturis.

Quoniam ergo Eccleſiam Dei, quæ Catholica dicitur, ſicut de illa prophetatum eſt, per orbem terrarum diffuſam videmus, arbitremur nos non debere dubitare, de tam euidentiſſima completione Prophetiæ, quam Dominus in Euangelio confirmauit, & Apoſtoli per quos eadem Eccleſia dilatata eſt ſicut de illa prędictum erat, um pſalm. 2 de filio Dei dictum eſt. *ominus dixit ad me, filius meus es tu, ego odie genui te, poſtula à me, & dabo tibi gentes ereditatem tuam, & poſſeſſionẽ terminos terræ.* t ipſe dominus Ieſus Chriſtus dicit Euanliũ ſuũ in omnibus gẽtibus futurũ Math. .. Luc. 24 & Apoſtolus Paulus antequam

ſermo.

„quemuis inuentorem) ſonat. Et paulò „poſt Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen. Illud me nuncupat, iſtud oſtendit. Propterea idem ipſe auctor ſcribit nomen Catholicum capiti principali quadrare (& quidem pulchrè & eleganter) & trunco illius arboris, vnde multi rami varijs temporibus excinduntur. Sectas enim hæreticas Ramos appellat, id eſt, partes quaſdam ab arbore Eccleſiæ præciſas, ipſam autem arborem, quæ ſua radice nititur, & ſemper eadem manet, & eſt quid totum, Catholicam Eccleſiam dicit. Pauca verò de Eccleſiæ notis pro clariori intelligentia annotanda. Plures ſunt notæ: ſiue teſtimonia, ſiue ſigna, quibus Eccleſia ab omni falſa religione Paganorum, Iudæorum, & hæreticorum diſcernatur, & non quidem efficiunt euidenter verum, ipſam eſſe Dei Eccleſiam. (Ita habet Bellar. lib. 4. de notis Eccleſiæ cap. 4.) ſed tamen id efficiunt euidēter credibile, neque enim eſt idem euidēter verum; & euidenter credibile, nam euidēter verum dicitur, quod vel in ſe, vel ſuis principijs videtur. Euidenter credibile illud dicitur, quod non videtur, nec in ſe, nec in ſuis principijs, habet tamen tot, & tam grauia teſtimonia vt quilibet vir ſapiens meritò id credere debeat. Dicimus ergo notas Eccleſiæ non facere euidentiam veritatis ſim-

ſimpliciter, quia alioquin non eſſet articulus fidei hanc Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam, neque vlli inuenirentur qui id negarent, ſicut nemò inuenitur, qui neget ſententias quas Mathematici demonſtrant, ſed tamen efficiunt euidentiam credibilitatis, apud eos autem qui admittunt ſcripturas diuinas, hiſtorias, ac patrum veterum ſcripta, faciunt etiam euidentiam veritatis, tametſi enim articulorum fidei veritas, non poteſt nobis euidens eſſe abſolutè, tamen poteſt eſſe euidens ex hipoteſi, id eſt, ſuppoſita veritate ſcripturarũ, quod enim ex ſcriptura euidenter deducitur, eſt euidẽter verũ, ſuppoſitis ſcripturis.

Quoniam ergo Eccleſiam Dei, quæ Catholica dicitur, ſicut de illa prophetatum eſt, per orbem terrarum diffuſam videmus, arbitremur nos non debere dubitare, de tam euidentiſſima completione Prophetiæ, quam Dominus in Euangelio confirmauit, & Apoſtoli per quos eadem Eccleſia dilatata eſt ſicut de illa prędictum erat, cum pſalm. 2 de filio Dei dictum eſt. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionẽ terminos terræ.* Et ipſe dominus Ieſus Chriſtus dicit Euangeliũ ſuũ in omnibus gẽtibus futurũ Math. 24. Luc. 24 & Apoſtolus Paulus antequam

ſermo.

ſermo Dei in Africam perueniſſet, in ipſo capite Epiſtolæ, quam ſcribit ad Rom. 1. *Per quem accepimus* (inquit) *gratiam & Apoſtolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.*

Deinde ipſe ab Hieruſalem & in circuitu eius vt dicitur Rom. 15. per totam Aſiam, vſque in Illiricum Euangelium prædicauit. Eccleſias conſtituit atque fundauit, non ipſe (vt de ſeipſo loquitur. 1. Cor. 15.) ſed gratia Dei cum eo. Quid vero euidentius apparere poteſt, quàm cum in Epiſtolis eius, nomina etiam regionum, vel ciuitatum inuenimus. Ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Theſſalonicenſes, ad Coloſſenſes ſcribit.

Ioannes etiam. Apoc. 1. 2. ſcribit ad ſeptem Eccleſias, quas commemorat in illis partibus conſtitutas in quibus etiam vniuerſas Eccleſias, ſeptenario numero intelligimus commendatas. Epheſum, Smirnam, Sardos, Philadelphiam, Laodiceam, Pergamum, Thiatiram, quibus Eccleſijs ſcribit D. Aug. ad Honora. tom. 2. Epiſt. 16. nos hodiè communicare manifeſtum eſt, vos iſtis Eccleſijs non communicare.

Propter quod Marth. 24. dicitur *Chriſtus miſſurus Angelos ſuos, vt colligant electos eius à quatuor vẽtis, quod quid eſt, niſi à quatuor partibus mundi, Oriẽte, Occidẽte, Aquilone, Meridie.*

Qua-

Quadripartita verò veſtis, de qua D. Ioannes in ſuo Euangelio cap. 19 ſcribit, quadripartitam eius figurauit Eccleſiam, toto ſcilicet orbe terrarum, qui quatuor partibus conſtat, diffuſam, & omnibus eiuſdem partibus æqualiter, id eſt, concorditer diſtributam.

Tunica verò illa ſortita, omniũ partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur.

Contra hanc euidentiſſimam veritatem argumentari inaniter conãtur hæretici, ideo quod totus orbis nobis non communicat, quia vel adhuc multi ſunt gentium barbarorum, qui in Chriſtum nondum crediderunt, vel ſub nomine Chriſti multæ hęreſes à communione noſtræ ſocietatis alienæ ſunt, non attendentes, nec ſalutem à ſcientibus quærentes, quàm multi barbararum gentium, quas commemorant, Chriſti nomini mancipati ſunt, & quemadmodum in cæteras, ſiue in Indicas, aut eas quæ in America, Braſilia, Peruſio, & cæteras numero plurimas auſpicijs Hiſpanorum Regum, Deo auxiliante, creſcendo fructificare non ceſſet, donec in omnibus cùm fuerit prędicatũ, venerit finis.

Attẽde poſtremò, vt ſit Eccleſia Catholica non requiri, vt ſit in omnibus locis toti⁹ mũdi, ſed tantũ vt innoteſcat in omnibus Prouincijs, & in omnibus fructificet, ita vt in omnibus Prouincijs ſint aliqui de Eccleſia,

donec enim hoc fiat, non veniet dies Domini. Matth. 24.

Non requiritur etiam vt fiat hoc ſimul, ita vt vno tempore in omnibus prouincijs neceſſariò oporteat eſſe aliquos fideles, ſatis eſt enim ſi fiat ſucceſſiuè, ex quo ſequitur, ſi ſola vna prouincia retineret veram fidem, adhuc verè & propriè diceretur Eccleſia Catholica, dummodò clarè oſtenderetur, eam eſſe vnam, & eandem cum illa quæ fuit aliquo tempore quemadmodum nunc Diœceſis quælibet dicitur Catholica, quia eſt continuata cum alijs, quæ faciunt vnam Eccleſiam Catholicam.

Concluſio pro Eccleſiæ Catholicę defēſione

Sed operę pretium eſt illud Apoſtoli Pauli 1. ad Tim. 6. pertractare: O Timothee (inquit) depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates. Quis eſt hodie Timotheus, niſi vniuerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totum corpus præpoſitorũ, qui integrã diuini cultus ſcientiã, vel habere ipſi debent, vel alijs infundere. Quid eſt depoſitum cuſtodi? Cuſtodi, inquit Vincentius Lirinenſis, propter fures, propter inimicos, ne dormiẽtibus hominibus ſuperſeminent ſiſania, ſuper illud tritici bonũ ſemẽ, quod ſeminauerat filius hominis in agro ſuo. Quid eſt Depoſitũ? Id eſt quod tibi creditũ eſt, nõ quod à te inuentum, quod accepiſti, nõ quod excogitaſti,

gitaſti, rem non ingenij ſed doctrinæ, non vſurpationis priuatę ſed publicę traditionis, rem ad te perductã, non à te probatã, in qua auctor non debes eſſe, ſed cuſtos, non inſtitutor, ſed ſectator, non docens, ſed ſequens. Depoſitum, inquit cuſtodi, Catholicæ fidei talentum inuiolatũ illibatũmq; conſerua. Quod tibi creditũ eſt, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepiſti, aurum redde, nolo mihi pro alijs, alia ſubijcias, nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas, nolo auri ſpeciẽ, ſed naturã planè. O Thimothee! ô Sacerdos! ô Doctor! ſi te diuinum munus idoneum fecerit ingenio, exerce te in doctrina, eſto ſpiritualis tabernaculi Beſeleel, precioſas diuini dogmatis gemmas exſculpe, fideliter coapta, adorna ſapienter, adijce ſplendorem, gratiam, venuſtatem: Intelligatur te exponere illuſtrius, quod ante obſcurius credebatur, per te poſteritas intellectum gratuletur, quod ante vetuſtas, non intellectũ venerabatur, eadẽ tamen quæ didiciſti, ita doce, vt cum dicas nouè, non dicas noua.

Sed forſitan dicit aliquis: Nullus ergo in Eccleſia Chriſti profectus habebitur religionis? Habeatur planè maximus. Nam quis ille eſt tam inuidus hominibus, tam exoſus Deo, qui iſtud prohibere conetur. Sed ita

tamen, vt verè profectus ille ſit, fidei non perturbatio: Si quidem ad profectum pertinet, vt in ſemetipſa, vna quæque res amplificetur, ad perturbationem autem, vt aliquid ex alio, in aliud tranſuertatur. Creſcat igitur oportet, & multum vehementerque proficiàt, tam ſingulorum quam omnium, tám vnius hominis, quàm totius Eccleſiæ ætatum, ac ſæculorum gradibus intelligentia, ſcientia, ſapientia: Sed in ſuo dumtaxat genere, in eodem ſcilicet dogmate, eodem ſenſu, eademque ſententia. Imitetur animarum religio rationem corporum, quæ licet annorum proceſſu numeros ſuos euoluant, & explicent, eadem tamen quæ erant permanent. Multum intereſt inter pueritiæ florem, & ſenectutis maturitatem, ſed ijdem tamen ipſi ſunt ſenes, qui fuerant adoleſcentes, vt quamuis vnius eiuſdemque hominis ſtatus, habituſque mutetur, vna tamen nihilominus eademque natura, vna eademque perſona ſit. Parua lactantium membra, magna iuuenum, eadem ipſa ſunt tamen. Quot paruulorum artus, tot virorum, & ſi qua illa ſunt, quæ æui maturioris ætate pariuntur, iam in ſeminis ratione proiecta ſunt, vt nihil nouum poſtea proferatur in ſenibus, quod non in pueris iam antea latituerit &c.

Comparatio.

Vnde non dubium eſt, hanc eſſe legitimam, & rectam proficiendi regulam, hunc

ratum,

ratum, atque pulcherrimum creſcendi ordinem, ſi eas ſemper in grandioribus partes, ac formas numerus detexat ætatis, quas in paruulis, Creatoris ſapientia præformauerat. Quod ſi humana ſpecies, in aliquam deinceps, non ſui generis vertatur effigiem, aut certè addatur quippiam membrorum numero, vel detrahatur, neceſſe eſt, vt totum corpus, vel intercidat, vel prodigioſum fiat, vel certè debilitetur.

Ita etiam Chriſtianę religionis dogma ſequatur has decet profectuum leges, vt annis ſcilicet conſolidetur, dilatetur tempore, ſublimetur ætate, incorruptum tamen, illibatumq́ue permaneat, & vniuerſis partium ſuarum menſuris, cunctis quaſi membris, ac ſenſibus proprijs plenum, atque perfectum ſit, quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis diſpendia, nullam ſuſtineat definitionis varietatem.

Exempli gratia, ſeuerunt maiores noſtri antiquitus in hac Eccleſiaſtica ſegete triticeæ fidei ſemina, iniquum valde, & incongruum eſt, vt nos eorum poſteri pro germana veritate frumenti, ſubdititium ſiſaniæ eligamus errorem. Quin potiùs hoc rectum, & conſequens eſt, vt primis atque extremis ſibimet non diſcrepantibus, de incrementis triticeæ inſtitutionis, triticei quoque dogmatis frugem demetamus, vt cùm aliquid

ex illis ſeminum primordijs acceſſu temporis euoluatur, enucleetur, & excolatur. nihil tamen de germinis proprietate mutetur. Addatur licet forma, ſpecies, diſtinctio, eadem tamen cuiuſque generis natura permaneat.

Abſit etenim, vt roſea illa Catholici ſenſus plantaria, in carduos ſpinaſq; ſe vertantur; Abſit inquam, vt in iſto ſpirituali Paradiſo, de cinnamomi, & balſami ſurculis, lolium repente, atque aconita proueniant. Quodcumque igitur in hac Eccleſia, Dei agricultura, fide patrum ſatum eſt, hoc idem filiorum induſtria decet vt excolatur, & obſeruetur, hoc idem floreat, & matureſcat, hoc idem proficiat, & perficiatur, fas eſt etenim, vt priſca illa cæleſtis Phyloſophiæ dogmata, proceſſu temporis diſcutiantur, limentur, poliantur, ſed nefas eſt, vt commutentur, nefas vt deſtruantur, vt mutilentur. Accipiant licet euidentiam, lucẽ, diſtinctionem, ſed retineant neceſſe eſt plenitudinem, integritatem, proprietatem.

Eccleſia catholica Paradiſo cõparatur cuius plãtaria ſunt roſea. Hæretico rum plantaria ſunt aconita.

Nam ſi ſemel admiſſa fuerit hæc piæ fraudis licentia, horreo dicere quãtum excidendæ atque abolendæ religionis periculum conſequatur: Abdicata enim qualibet parte Catholici dogmatis, alia quoque, atque item alia, ac deinceps alia, & alia quaſi ex more, & licito abdicabuntur. Porrò autem ſingu-

ſingulatim partibus repudiatis, quid aliud ad extremum ſequetur, niſi vt totum pariter repudietur? Sed è contra ſi nouitia veteribus, extranea domeſticis, & profana ſacratis, admiſceri cæperint, proſerpat hic mos in vniuerſum neceſſe eſt, vt nihil poſthac apud Eccleſiam relinquatur intactum, nihil illibatum, nihil integrum, nihil immaculatum, ſed ſit ibidem deinceps impiorum ac turpium errorum lupanar, vbi erat ante caſtæ & incorruptæ ſacrarium veritatis. Sed auertat hoc à ſuorum mentibus nefas diuina pietas, ſitque hic potiùs impiorum furor, Chriſti verò Eccleſia ſedula, & cauta depoſitorum apud ſe dogmatum cuſtos, nihil in ijs vnquam permutat, nihil minuit, nihil addit, non amputat neceſſaria, non apponit ſuperflua, non amittit ſua, non vſurpat aliena, ſed omni induſtria hoc vnum ſtudet, vt vetera fideliter, ſapienterque tractando, ſi qua ſint illa antiquitus informia & inchoata, acuat, & poliat, ſi qua iam expreſſa & enucleata, conſolidet & firmet, ſi qua iam confirmata & definita cuſtodiat.

Denique conſiliorum decretis, quid aliud vnquam determinatũ, niſi vt quod ante ſimpliciter credebatur, hoc idem poſtea diligẽtiùs crederetur? quod antea lẽtiùs prędicabatur, hoc idem poſtea inſtãtiùs prædicaretur, quod antea ſecuriùs colebatur, hoc idẽ poſtea

ſolicitiùs excoleretur? Hoc inquam ſemper, neq;quidquã prȩterea, hæreticorũ nouitatibus excitata, conciliorum ſuorũ decretis Catholica perfecit Eccleſia, niſi vt quod priùs à maioribus ſola traditione ſuſceperat, hoc deinde poſteris, etiã per ſcripturȩ chirographum conſignaret, magnã rerum ſummam paucis litteris comprehendendo, plerumque propter intelligentiæ lucem, non nouum fidei ſenſum, nouæ appellationis proprietate ſignando.

Supereſt vt ad primam lineam retrahamus ſerram. Audiamus Apoſtolorum tubam, præconem veritatis, conſcium ſecretorum cæleſtium, depoſitum cuſtodi deuitans, &c. Quid eſt deuita ſi quis venit ad vos (inquit Ioannes 2. 1. cap.) & hanc doctrinam non affert. Quam doctrinam niſi Catholicam, & vniuerſalem, & vnam eandemque per ſingulas ætatum ſucceſſiones, incorrupta veritatis traditione manentẽ, & vſque in ſæcula ſine fine manſuram?

Coniecturis hæreticorum dicẽtium Eccleſiam defeciſſe à fide, reſpondetur.

Sed de coniecturis huius defectionis à fide in Eccleſia, etiam ſtatim poſt Apoſtolos factæ lubet paucis dicere. Si enim ſtatim poſt Apoſtolorum tempora, defecit Eccleſia, imò ſi altero, tertio, aut quarto, aut quinto, etiam poſt ſæculo defecit, ſequentur non ex coniecturis humanis, ſed ex diuinis litteris, atque documẽtis abſurda longè grauiſſima.

Secus

Secus enim quàm Chriſtus ipſe futurum dixit, bonū ſemen non creſcet in agro Dominico vſque ad meſſem, id eſt. Sana doctrina non propagabitur in Eccleſia vſque ad finem ſæculi, vt illa verba Math. 13. ipſemet Chriſtus expoſuit. Secus quoque quam Chriſtus prædixit futurum, Portæ inferi, vt dicitur Math. 16. modico poſt tempore præualuerunt contra Eccleſiam eius. Neque etiam ſicut Chriſtus ipſe prędixit futurum, fuit cum diſcipulis ſuis, omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, ſed à multis iam ſæculis non diebus & annis tantum, à ſuis quam diutiſſimè abſuit, ſuamque Eccleſiam deſeruit, aut potiùs nullam in terris eſſe permiſit. Tunc quoque ſecus quam Apoſtolus Tim. 3. cap. 1. Epiſt. definiuit, non veritatis columna, & firmamentum, Eccleſia fuit, ſed falſitatis, errorum, & ſuperſtitionum ſentina, & receptaculum, à ſua propagatione prima extitit. Quæ omnia ſi Chriſtianis auribus plus quam abſurdiſſima ſunt, profectò & auribus & cordibus chriſtianorum omnium deteſtabilis & execranda, ſed toto pectore anathematiſanda eſt hæc blaſphemia, non doctrina, & inſania, nō coniectura, quam pro Eccleſiæ deiectione nouatores planè vt impudentes, ita & impudenter afferunt.

DE ECCLESIÆ VNITATE.

CAPVT III.

CONSTITVTA ergo maieſtate Eccleſiæ per orbem terrarum clara atque manifeſta, conſequenter Dominus Ieſus Chriſtus Math. 26 diſcipulos admonet atque omnes Fideles, & qui in eum credere voluerint, ne ſchiſmaticis atque hæreticis credant. Vnumquodque enim ſchiſma,& vnaquæque hæreſis,vt ſcribit Auguſt. Tom.4 lib. 1. quæſt. 28. aut locum ſuum habet in orbe terrarum, partem aliquam tenens, aut obſcuris atque occultis conuenticulis curioſitatem hominũ decipit. Ad quod pertinet quod ait Marci 13. Si quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, quod ſignificat terrarũ partes & prouinciarũ, aut in penetralibus, aut in deſerto, quod ſignificat obſcura & occulta conuenticula hæreticorum, ne crediderítis. Ipſum audiamus Aug. lib. de Paſtor. c. 28. docentem Eccleſiam eſſe vbique, & hæreſim vbique, ſed Eccleſiam eſſe vnam & eandem vbique. Hæreſes autem non eaſdem ſed diuerſiſſimas, quæ ſe inuicem non nouerunt, & proinde

nullam

nullam earum eſſe catholicam. Quocirca rectè eas comparat ſarmentis præciſis, quæ vbi cadunt, cùm præciduntur, ibi manent; cùm interim Eccleſia tanquam vitis viua, vbique palmites ſuos extendat. Qualem veſaniam patiuntur hæretici, quæſo vt attendatis (ſcribit D. Aug. tom. 1. de vera relig. c. 7.) Illi præciſi à compagine Eccleſię Chriſti, & partem tenentes, & totum amittentes, nolunt communicare orbi terrarum quo diffuſa eſt Eccleſia & gloria Chriſti: Nos autem Catholici in omni terra ſumus, quia omni terrę communicamus quacunque gloria Chriſti diffuſa eſt. Hac communicatione vnitati Eccleſiæ iungimur, quæ catholica dicitur tum propter locorum vniuerſitatem, tum propter temporum perpetuitatem. Propter has enim proprietates dicitur in Symbolo, Eccleſia vna, nempè; Quia illa eſt vera Eccleſia, quæ per vniuerſum orbem diffuſa eſt, & catholica. nec aliter tenetur iſta omnium gentium communio, quàm quia vna eſt per vniuerſum orbem Chriſtianorum fides, & in vnitate fidei omnes communicant. Profectò quia catholica eſt, vna eſt, & propter vniuerſitatem quam habet, tenet vnitatem. Quare fit vt Eccleſia Dei his denominationibus, Regni, Ciuitatis, Familiæ, Domus, Ouilis, corporis appellatur. Quæ ſine concordię vnitate eſſe nō poſſunt,

nam

nam quod de Regni, ciuitatis, domus gubernatione Math. 11. dicitur à Christo. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & omnis ciuitas vel domus contra ſe inuicem ſtabit. Hæc tam perpulchrè quàm eleganter à Cypriano varijs à rerum natura peritis exemplis, pertrectantur in libro de ſimp. Prælaturæ, ſiue de vnitate Eccleſiæ. Quomodò, inquit, ſolis multi radij, ſed lumen vnum, rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice firmatum, & cùm de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exvndantis copiæ largitate; vnitas tamen ſeruatur in origine: ſic & Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem terrarum radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur, ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis expandit, profluentes riuos latiùs extendit, vnum tamen caput eſt & origo vna, & vna mater fæcunditatis ſucceſſibus copioſa. Vnde non à loco aliquo nomen accepit Eccleſia, vt vel Hyeroſolimitana, vel Corinthiaca appellaretur, ſed etſi interdum à loco denominetur, additur tamen Dei aut Chriſti, vt ad Corinthios Eccleſia Dei, quæ eſt Corinth. 1. & 2. epiſt. cap. 1. Quæ expendens Diuus Chryſoſt. hom. 1 1 1. 1. ad Corinth. Eccleſiam, inquit, Dei appellat, vt oſtendat eam in vnum redigi oportere,

Non accipit Eccleſia nomen à certo loco.

tere, nam ſi Dei eſt, vna eſt, non Corinthij ſolum, ſed vniuerſi orbis Eccleſia. Nomen enim Eccleſiæ non ſeparationem ſed vnitatem & collectionem ſignificat. Confirmatque dictum exemplo Apoſtoli. Cum omnibus qui inuocant nomen Domini in omni loco ipſorum & noſtro, vt oſtenderet in vniuerſo orbe, vnam oportere eſſe Eccleſiam, quamquam locis diuiſam pluribus; Deus enim eam coniungit, qui omnibus eſt communis. Quibus verbis planè oſtendit ex collectione ac omnium gentium in vnam fidem communione, vnitatem Eccleſiæ. Vnde & D. Auguſt. cap. 11. de vnit. Eccleſiæ, cùm varias Apoſtolicas Eccleſias enumeraſſet, Romanam, Corinthiacam, & alias, ecce, inquit, ſunt in Eccleſia Eccleſiæ, & vniuerſalis totius nomine & nominatim deſignatæ & expreſſæ, & ſunt hæ omnes membra vnius Eccleſiæ toto orbe diffuſæ. Iſtæ ergo nominatim deſignatę paucorum eſſe poſſunt. Sed illa vna Catholica nonniſi multorum, in qua omnes illæ vna ſunt Eccleſia, & ſic pauci faciunt quidem Eccleſiam, non autem Catholicam, niſi Catholicæ vnitate & communione. Eſt enim Eccleſia (vt eſt perpulchrè notatum à Thoma Waldenſi, lib. 2. cap. 15.) doctrinalis fidei, corpus homogeneum, cuius ſingulæ partes denominationem ſeruant. Quod quidem propter admirabilem vnionem

Eccleſiæ Dei corpus homogeneum.

vnionem partium ſingularum cum toto fit, maiorem ſcilicet magiſque arctam, quàm quæ in corporum membris cernitur.

Propter perpetuitatem verò adeo vna eſt Eccleſia, vt maxima vnitatis ratio ex illa dependeat, cùm enim dupliciter aliquod vnũ eſſe poſſit, vel in eſſe etiam re permanente, vt corpus & omne totum continuum vel in fieri & re ſucceſſiua, vt dies, annus, flumen, ciuitas, quæ ſucceſſione & continuatione vnum ſunt: Eccleſia ſicuti propter ſuam vniuerſitatem locorum & hominum, id eſt, propter omnium gentium fidelium communionem vna eſt vt corpus, vt arbor, vt regnum, vt ouile, vt totum quiddam exiſtens & permanens, ita propter ſuam perpetuitatem & continuationem, vna eſt vt dies, vt annus, vt flumen, & ſimilia. Hæc enim omnia vnum ſunt, quia vnam originem habuerunt. Vna & interrupta ſucceſſione fluxerũt, & in ipſo fluxu prioris cum poſteriore perpetuam vnionem retinent, neque enim (verbi gratia) flumen vnum erit quod diuerſas origines habuit, poſteaq́ue coaluit, ſed duorum fluminum erit concurſus: nec eodem nomine cenſebitur, ſi poſtea vel fluere deſiſtat, & in ſtagnum deſinere, vel alijs ſe aquis immiſceat, vt cùm flumina in mare decurrunt.

Vnitatis Eccleſiæ ratio ex perpetuitate dependet. Vna eſt Eccleſia in eſſe & in fieri.

Sic Eccleſia ideo continuatione vna eſt, primùm,

primùm, quia vnica eius origo fuit illa Eccleſia Spiritu Sanctò perfuſa in die Pentecoſtes, de qua origine Saluator dixit Lucæ 24. Incipientibus ab Hieruſalem. Deinde quia ab illa origine ſic per omnes gentes vſque ad vltimum terræ vt Saluator prædixit, propagata eſt, vt ab eo tempore numquam fluere & creſcere deſierit, iuxta Chriſti promiſſum, Act. 1. Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Poſtremò, quia in hoc toto fluxu & continuatione ſibi ſemper ſimilis fuerit, ſcilicet eodem Spiritu in æternum edocta, eadem fide & religione à maioribus accepta, ad poſteros per manus tradita, & deinceps ſemper tradenda. Hæc eſt Eccleſiæ perpetuitas, & propterea vnitas & identitas, quam à Cypriano propter primi generis vnitatem comparatam ſuperiùs diximus lumini ſolari & arbori, quæ in eſſe & re permanenti vna ſunt, propter poſterioris generis vnitatem flumini comparauit, cuius origo eſt vna, ſed fæcunditatis ſucceſſibus copioſa.

Sic ex oppoſito S. Athan ſerm. contra hæreſes, decumanos fluctus appellat hæreſes, quæ varijs ventis agitatæ, in ſeſe tandem reuolutæ deſpumantes euaneſcunt. Ipſa interim Eccleſia conſtanter & ſolidè gubernaculum tenente rectæ & piæ fidei in cymba Apoſtolica: Et S. Baſilius epiſt. 73. ex hac

hac perpetuitate eiuſdem doctrinæ, vnitatem fidei volens aſſerere, ſic ait: Si alias licet atque alias fidei confeſſiones ſcribere, & pro temporum varietate mutare, falſa eſt ſententia eius. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Itaque eorum qui ſunt in tanta multitudine hominū conſtituunt vnitatem Eccleſiæ. Primum & præcipuum eſt vnitas fidei quod ſit vna fides; quo quidem ſignificatur eos qui ad Eccleſiam pertinent debere idem omnino credere, vt idem dicant omnes, 1. Corinth. 1. & vt dicit Hil. l. 8. de Trin. vnam & eandem fidei regulam ſequi & amplecti, & ſicut bene figura oſtendit Gen. 11. Terra ſit vnius labij, & Gal. 3. Vnum omnes eſtis in Chriſto Ieſu.

Veniamus nunc ad membrorum inter ſe conſenſionem, nullum verò vnitatis argumentum certiùs eſt quàm conſenſio noſtræ Eccleſiæ cum Eccleſia illa Apoſtolorum prima, perpetuo & conſtanti quodam ordine ſupremorum Epiſcoporum, in eodem munere & eadem doctrinæ profeſſione ſuccedentium. Breuem, ait D. Hier. ſuper his contra Luciferianos, oportunamque animi mei ſententiam proferam, in illa Eccleſia eſſe permanendum, quę ab Apoſtolis fundata vſque ad diem hanc perdurat. Et Aug. lib. de vtil. cred. cap. 17. Dubitabimus nos illius Eccleſiæ condere gremio quæ ab Apo-

ſtolica

ſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſc oporum fruſtrà hæreticis circumoblatrantib us, culmen auctoritatis obtinuit.

Porro S. Auguſt. contra epiſt. Manich. cap. 4. Sanctæ Eccleſiæ auctoritate nitens vno vſus argumento, omnes Manichęorum ante compoſitas molitiones diſijcit, cùm ait: vt ergo omittam hanc ſapientiam, quam in Eccleſia eſſe Catholica non creditis, multa ſunt alia quæ in eius gremio me iuſtiſſimè teneant. Tenet conſenſio populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata, tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, (cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionẽ Dominus commendauit) vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum, tenet poſtremò, ipſum Catholicæ nomen quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic ſancta iſta ſola Eccleſia obtinuit, vt cùm omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere.

Ea enim fuit communicatio Symboli Apoſtolorum ad vnam Eccleſiam demonſtrandam, cùm dicit, Credo Sanctam Eccleſiam in ſingulari numero, vt ſatis conſtaret Eccleſiam eſſe vnam, de qua dicitur in

F Apoç.

Apoc. 21. Vidi Hieruſalem ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, non eſt Chriſtus bigamus, vna eſt columba mea, perfecta mea Cant. 4. vna arca Noé, vt dicitur Petri 1. c. 3. extra quam, hoc eſt, ijs qui foris ſunt, nulla eſt ſalus, ſed deluuij aquis peribunt.

Eccleſiæ ſuę Chriſtus, ſponſę ſuę ait Aug. tale dedit regnum quod per totũ mundum diffunditur, totum poſſidet quod à viro ſuo accepit in dote.

Quæ totũ à ſponſo ſuo accepit regnũ, vna eſt Domina.

Eadem quoque ratio Conſilij Conſtantinop. fuit, vt vnam crederemus Eccleſiam; videbant enim Patres SS. plures excitari hęreſes, qui dicerent, penes ſe eſſe Eccleſiam, & propterea vnumquemque in ſua fide poſſe ſalutem conſequi.

Cauſa autem vnitatis Eccleſiæ, eſt vnitas fidei, cauſa autem vnitatis fidei, eſt vnitas ſpei, ſicut ipſe Apoſtolus ad Epheſ. 5. Ipſe Spiritus docet omnem veritatem, cuius gratia omnes ſcriptores ſacri inter ſe conſentire probantur, licet diuerſi homines fuerint, diuerſis temporibus, locis, ac linguis ſcripſerint. Omnium deinde conſiliorũ legitimorum ac Pontificum decreta, & in omnibus ſententijs ac dogmatibus inter ſe pulchrè conueniunt, licet à diuerſis hominibus, diuerſis locis, temporibus, occaſionibus edita fuerint, quod indubitatum planè eſt

Sym-

Symbolum Spiritus Sancti Eccleſiam ſuam omnem veritatem docentis, atque etiam gubernantis.

Hanc vnitatem Eccleſiæ exponit S. Apoſtolus epiſt. ad Epheſ. 4. vbi dicit vnum corpus, vnus ſpiritus &c. Deinde ſubiungit, vnus Dominus, vnus Deus: Hic cùm nō dicatur vna voluntas, vna ſententia, ſic capere debemus non lædi vnitatem fidei & Eccleſiæ, ſi aliquando in rebus arbitrarijs etiam Theologicis diuerſæ ſint ſententiæ & opiniones, tales enim medicorum & opificum ſunt, quales ſunt inter ſcholaſticos, quę tuta fide negari&affirmari poſſunt. Neq; læditur Eccleſiæ vnitas, cùm ſint in eadem Eccleſia Religioſorum multi ordines, multa clericorum & diuerſa officia, ſicut in vno corpore multa membra ſunt, & diuerſa officia ad vnum caput concurrentia.

Neque vnitas Eccleſiæ aut integritas ſeparatur, ſi contingat in Eccleſia vt ſint voluntates diuerſę, modò ſupremi Paſtoris voluntati ac ſententię acquieſcamus.

Neque verò huic vnitati fidei obſtare poteſt, quod aliquando in lege naturæ & Moſaica fuit alia forma colendi Deum, alia Sacramenta & ſacrificia, quàm in lege euangelica, quia non mutat fidem,

ſed ſolùm oſtendit illa varietas diuerſum ſtatum fidei & religionis, pro diuerſitate temporum & ætatum. Sicut (verbi gratia) pro diuerſitate temporum incrementorum eadem eſt ſubſtantia hominis, infantis, pueri, adoleſcentis,& viri;ita etiam & fides eadem eſt ſemper, licet fidei ratio diuerſa. Nam veteres crediderunt futurum, quod iam nos credimus factum, vnde pro illa diuerſitate ſtatus fidei, debuerũt diuerſa eſſe Sacramenta, diuerſa ratio fidei,non diuerſa fides, de quibus ſuperiùs.

Sed & de vna Eccleſia & eius certitudine vbi ſit, pauca hæc ſatis ſit hic deſcribere. Ac primùm de ſchiſmatum atque hæreſum omnium cauſa. Hoc eo fit dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magiſtri cœleſtis doctrina ſeruatur,quæ ſi quis conſideret,& examinet, tractatu longo & argumentis opus non eſt, probatio ad fidem facilis,compendio veritatis.

DE-

DE NOTA ANTIQVITATIS.

CAPVT IV.

CHRISTI Eccleſiam omnium antiquiſſimam ſuperioribus paginis eſſe diximus, quod adeò verum eſt, vt ſine fidei iactura, id negari nequeat, cum & Hebræi, populus Dei ab iuſto Abel edocti, in victimis pecorum, quas offerebāt Deo, multis & varijs modis, ſicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ quam Chriſtus obtulit, vnde iam Chriſtiani, peracti eius ſacrificij memoriam celebrāt ſacroſancta oblatione, & participatione corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti. Ipſe enim verus eſt Agnus, qui ab origine mundi occiſus vt dicitur Apoc. 13. ſui ſanguinis effuſione, & qui ante fuerunt homines, & qui poſtea futuri erant, ablueret, atque in cæleſtem ſecum transferret gloriam, vt meritò Apoſtol. dicat Hebr. 13. *Chriſtus heri, & hodie, & ipſe in ſæcula.* Quotquot enim fuerunt ab exordio mūdi homines, non niſi à Chriſto, & per Chriſtum ſalutem ſunt conſequuti. Qui & ideo poſſunt nominari Chriſtiani, licet Chriſti aduentum præceſ-

ſerint, quoniam etiam per eandem fidem liberati ſunt, per quam & nos liberamur, fide, ſcilicet Chriſti Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, quæ illis prænunciabatur, ſicut nobis facta prædicatur, annunciatur.

Vel ſi de ſtatu noui teſtamenti quæſtio eſt, continuaſſe à Domino Ieſu Chriſto conſtat atque ipſis Apoſtolis, illi enim (ait Tertull. lib. illo aureo de præſcript. *Eccleſias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei, & ſemina doctrinæ, cæteræ inde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur vt Eccleſiæ fiant, ac per hoc ipſæ Eccleſiæ deputantur vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum*, hæc ille. Habemus propagationem ab illo veluti digito demonſtratam, ſobolem, & traducem Eccleſiæ perpetuam, & per vna quæque loca tanquam veram & vnicam Eccleſiæ formam. Atque vt ſeipſum in Eccleſiæ gremio eſſe oſtendat. *Nos (inquit) communicamus cum Eccleſijs Apoſtolicis, quod nulla doctrina aduerſa (id eſt hæreſis) facit. Et hoc eſt teſtimonium veritatis.* Ex qua re inuictum quendam quaſi ferri mucronem putat vibratum, dum ſubdit *ſed quoniam tam expedita probatio hæc eſt, vt ſi ſtatim proferatur, nihil iam ſit amplius retractandum, locum demus interim alteri parti aduerſæ ſcilicet, ac ſi probatum nõ eſſet*. Propterea ſubſequitur. *Solemus, inquit, compendij gratia hæ-*

reti-

reticis de poſteritate præſcribere, veritatis enim regula prior. His enim proprietatibus, locorum videlicet & temporum vniuerſitate, Antiqui Patres, contra hæreſes omnes præſcripſerunt, ſibique Eccleſiam vindicarunt. Quare D. Auguſtinus pro hoc argumento contra Donat. initurus certamen lib. de vnit. Eccleſ. cap. 4. *Quicumque (ait)* ab Eccleſia ita diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto, quantumcumque diffundatur, vel in aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in Eccleſia Catholica; ſic ille & infinitis alijs locis. Sed & vehementiùs ille Tertull. eodem lib. de præſcript. vrget hanc locorum & temporum vniuerſalitatem. Quid (*inquit*) veriſimile eſt, vt tot & tãtæ Eccleſiæ in vnam fidem errauerint. Scilicet aliquos Marcionitas, Valentinianos liberanda veritas expectabat: Interea perperam euangelizabatur? tot millia millium baptizata perperam? tot opera fidei perperam miniſtrata? tot virtutes, tot chariſmata perperam operata? tot ſacerdotia, tot miniſteria perperam, tot denique martyria perperam & in vacuum, fortiter perfuncta? Sed & D. Hiero. epiſt. ad Rom. & de erro. orig. tom. 2. Cur, inquit, poſtquam quadringentos annos docere nos niteris quod ante nō ſciuimus vſque ad hũc

 diem

diem ſine iſta doctrina mundus Chriſtianus fuit. Similiter cōtra Luciferianos. Poterā *inquit*, propoſitionū tuarū riuulos, vno Eccleſiæ ſole ſiccare, ſed breuem tibi apertamque animi mei ſententiam proferam, in illa Eccleſia eſſe permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, vſque ad diem hanc durat. Sicuti audietis eos qui dicuntur Chriſtiani, non à Chriſto, ſed alio quodam nuncupari, puta Marcionitas, Valentinianos, Montenſes &c. Scito non eſſe Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti Sinagogam, ex hoc enim ipſo quod inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos Apoſtolus futuros eſſe prænunciauit. Scilicet in hac origine perpetuitas temporum ſucceſſionis veritatem oſtendit. Hæc enim (*inquit*) Irẹneus, ordinatione, & ſucceſſione temporum, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio, ad nos vſque peruenit, & eſt pleniſſima oſtenſio, vnam & eandem fidem eſſe, quæ ab Apoſtolis vſque nunc ſit confirmata. Hic veram doctrinam apud illam Eccleſiam eſſe docet, quæ ſucceſſionis perpetuitatem vſque nunc tenet. Hæreſis autem quia ſucceſſione caret, quia ſuper exorta eſt, extra Eccleſiam eſſe oſtenditur. Idq́; à nouitate, & poſterioritate probauit D. Cyp. & ad Eccleſiam nō pertinere ſui tēporis hæreticos Nouatianos (*non enim nos ab illis*) ſed illi à nobis receſſerunt, & cum hæreſes, & ſchiſmata

poſtmo-

poſtmodum nata ſint, dum conuenticula ſibi aduerſa conſtituunt, veritatis caput, atque originem reliquerunt. Hæc ille in lib. de vnitate Eccl. Idem ſentit D. Aug. ad Cathecumen. cap. 1. *Hæreſes inquit omnes*, de Eccleſia Catholica exierunt, tanquam ſarmenta inutilia de vite præciſa, ipſa autem manet in radice ſua. Et epiſt. 42. Videtis *(inquit)* multos prę ciſos à radice Chriſtianæ ſocietatis, quę quidem ſocietas per ſedes Apoſtolorum, & ſucceſſiones Epiſcoporum, certa per orbem propagatione diffunditur. Hos autem pręciſos de ſola figura originis ſub chriſtiano nomine, quaſi areſcentia ſarmenta gloriari, quas hæreſes & ſchiſmata nominamus.

Beatus. Ioannes 1. cap. 2. Qui de Eccleſia exierunt, & ab vnitate Eccleſiæ præciduntur Antichriſtos nominat, cum enim in templo Dei vbi filium interitus, hominem peccati extollentem ſe ſupra omne quod dicitur Deus, ſeſſurum eſſe prædixit 2. Theſſal. 2. Paul. Deus enim verus eſt, in cuius templo falſus ille ſeſſurus eſt, ad quem pertinent & iſti qui ſub nomine Chriſti, hoc eſt Chriſtianos ſe videri volentes ſuper extolluntur ſupra Chriſtum, ſeque oſtendũt Antichriſtos, de quibus Ioãnes, vt ſuprà diximus. Nunc Antichriſti, inquit, multi facti ſunt.

Eos enim dicebat hęreticos qui tẽporibus

Digitized by Google

Apoſtolorum eſſe iam cœperant, ecce quia exierũt à nobis, in vnitate Eccleſiæ non ſunt, nam ſi in vnitate nobiſcum ſunt: quia Chriſtianos ſe nominant, & ſub nomine Chriſtiano, doctrinæ reſiſtunt Chriſtianæ, quaſi poſſint indifferenter, ſine vlla conſenſione haberi in ciuitate Domini Dei, ſicut ciuitas confuſionis indifferẽter habuit Philoſophos, inter ſe diuerſa & aduerſa ſentientes? ſi in vnitate ſumus, quid faciũt in hac vnitate duo altaria? Quid faciunt diuerſæ domus? diuerſa coniugia? Quid facit communis lectus & diuerſus Chriſtus? Admonet nos, vult nos fateri quod verum eſt. An ipſi à nobis exierunt? An nos ab ipſis. Sed abſit vt nos ab ipſis, habemus enim teſtamentum Dominicæ hæreditatis.

Recitamus & vbi nos inuenimus. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, tenemus hæreditatem Chriſti, illi non tenent, communicant orbi terrarum, non communicãt vniuerſitati redemptę ſanguine Domini.

In ipſa Domini Eccleſia Vniuerſitatis pariter & Antiquitatis conſenſionem ſpectari oportere ſcribit Vincen. Lirin. ne aut ab vnitatis integritate in partem ſchiſmatis abrumpamur, aut è vetuſtatis religione in hæreſis nouitatem præcipitemur. In ipſa autem

tem Eccleſiæ vetuſtate, duo quædam ſtudioſè obſeruanda ſunt, quibus penitùs inhærere deberent quicumque hæretici eſſe nolunt. Primùm ſi quid antiquitus, ab omnibus Eccleſiæ Catholicæ ſacerdotibus, vniuerſalis conſilij auctoritate decretum. Deinde ſi qua noua exurgeret quæſtio, vbi id minimè reperiretur, recurrẽdum ad ſanctorum patrum ſententias eorum dumtaxat, qui ſuis quique temporibus & locis in vnitate communionis, & fidei permanentes, magiſtri probabiles extitiſſent, & quidquid vno ſenſu atque conſenſu renuiſſe inuenirentur, id Eccleſiæ verum Catholicum, abſque vllo ſcrupulo iudicaretur, quod ne præſumptione magis noſtra, quàm auctoritate Eccleſiaſtica promere videremur, exemplum adhibuimus ſancti conſilij, quod apud Epheſum celebratum eſt. Vbi cum de faciendis fidei regulis diſceptaretur, ne qua illic forſitan prophana nouitas in modum perfidię Ariminẽſis obreperet, vniuerſis ſacerdotibus, qui illò ducenti ferè numero conuenerant, hoc Cathociliſſimũ, feliciſſimum, atque optimum factu viſum eſt, vt in medium ſanctorum patrum ſententiæ proferrenur, quorum alios martyres, alios confeſſores, omnes verò Catholicos Sacerdotes fuiſſe, & permanſiſſe conſtaret, vt ſcilicet ritè, atque ſolemniter,

exeo-

ex eorum conſenſu atque decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, & prophanæ nouitatis blaſphemia condemnaretur. Quod cùm ita factum foret, iure meritoq́; ille Neſtorius Catholicę vetuſtati contrarius, Beatus verò Cyrillus ſacroſanctæ Antiquitati conſentaneus iudicatus eſt, & vt ad fidem rerum nihil deeſſet, etiam nomina & numerum eorum Patrum addidimus: Sunt ergo ij Viri quorum in illo concilio, vel tanquam Iudicum, vel teſtium ſcripta recitata ſunt. Sanctus Petrus Alexandrinus Epiſcopus Doctor præſtantiſſimus & Martyr. S. Athanaſius eiuſdem ciuitatis Epiſcopus. Theophilus Alex. Epiſcopus, cui ſucceſſit Cyrillus, quibus & additi ſunt magna illa Capadociæ luminaria. S. Gregorius Nazanſi Epiſcopus. S. Baſilius ille magnus Cęſareæ Capadociæ Epiſcopus. Et alter Gregorius itidem ſanctus Confeſſor & Epiſcopus, Fratre Baſilio digniſſimus.

Sed ne ſola Græcia aut Oriens tantùm, verùm etiam Occidentalis, & Latinus orbis ita ſemper ſenſiſſe approbaretur; lectæ ſunt quoque ibi quædam ad quoſdam epiſtolæ Sancti Fælicis Martyris, & Sancti Iulij, vrbis Romæ Epiſcoporum, quibus additus eſt & ſanctus Cypriauus Epiſcopus Carthaginenſis & Martyr, & ſanctus Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, ij ſunt omnes apud

Epheſum

Digitized by Google

aphesum ſacrato Decalogi numero, Magiſtri, conſiliarij, teſtes, Iudiceſque producti, quorum beata illa Synodus doctrinam tenens, conſilium ſequens, credens teſtimonio, obediens iudicio, abſque odio, præſũptione, & gratia, de fidei regulis pronunciauit. Quamquam multo amplior numerus adhiberi potuerit, ſed neceſſe non fuit, quia neque multitudine teſtium, negotij tempora occupari oportebat, & decem illos non aliud fere ſenſiſſe, quàm cæteros omnes collegas ſuos, nemo dubitabat.

Poſt hæc omnia, adiecta eſt ſententia Cyrilli, quæ geſtis ipſis Eccleſiaſticis continetur; nam cùm lecta eſſet S. Capreoli Carthaginenſis Epiſcopi epiſtola, qui nihil aliud intendebat, niſi vt expugnata nouitate, antiquitas defenderetur, ita Epiſc. Cyrillus proloquutus eſt, & definiuit: ait enim in fine geſtorum, & hæc (inquit) quæ lecta eſt epiſtola Venerandi & multũ religioſi Epiſcopi Carthaginenſis Capreoli, fidei geſtorũ inſeretur, cuius aperta ſententia eſt: *Vult enim antiquæ fidei dogmata confirmari.* Omnes Epiſcopi adclamauerunt: *Ita omnium voces ſunt, hæc omnes dicimus, hoc omnium eſt votũ.* Quæ tandem omnium voces, atque omniũ vota, niſi vt quod erat antiquitus traditum, teneretur, quod nuper adinuentum, exploderetur. Quid autem ad hæc qui Romæ cõ-

Antiquæ fidei dogmata confirmari his vocibus Patres volunt.

uene-

uenerant ad Hilarij natalem? erant verò 48. Epiſcopi.

In acclamationibus verò inter alia quoque id repetitum, vt ſeruetur antiquitas, rogamus. Digna planè tanto conſenſu ſententia, quâ tanquam valido mucrone confoditur, quidquid vnquam, vel contra fidem, vel contra Eccleſiaſticam diſciplinam fuerit præſumptum.

Noua enim vox ab Eccleſia, quantumlibet pia nonniſi ex Patrum conſulto in rebus fidei vtenda proponi conſueuit.

Intelligebant enim ſanctiſſimi Viri atque eruditiſſimi, nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi vt omnia qua fide à Patribus ſuſcepta forent, eadem fide filijs conſignarentur, noſque religionem non qua vellemus ducere, ſed potius qua illa duceret ſequi oportere. Idque eſſe proprium chriſtianæ modeſtiæ, non ſua poſteris tradere, ſed à maioribus accepta ſeruare. Sed forſitan odio nouitatis & amore vetuſtatis, à nobis (inquit idem Lirinenſis) hæc fingimus. Quiſquam hoc exiſtimat, Beato ſaltem credat Ambroſio qui in 3. ad Imperatorem Orationum lib. Seruemus, inquit, præcepta maiorum. Librum ſignatum illum propheticũ non Seniores, non Poteſtates, non Angeli, non Archangeli aperire auſi ſunt. Soli Chriſto explanandi eius prærogatiua ſeruata.

Librum

Librum Sacerdotalem quis noſtrum reſignare audeat, ſignatum à Confeſſoribus, & multornm iam martyrio conſecratum, quē qui reſignare coacti ſunt, poſtea tamen dānata fraude ſignarunt: qui violare non auſi ſunt, confeſſores & Martyres extiterunt. Quomodò fidem eorum poſſumus denegare, quorum victoriam prædicamus? Prædicamus, inquam, ô Venerande Ambroſi, prædicamus planè laudanteſque miramur; Nam quis ille tam demens eſt, qui eos & ſi aſſequi non valeat, non optet ſequi, quos à defenſione fidei maiorum nulla vis depulit? Non minæ, non blandimenta, non vita, neque mors, non palatium, non ſatellites, non Imperator, non imperium, non homines, non dæmones, quos, inquam, pro religioſæ vetuſtatis tenacitate, tanto Deus munere dignos iudicauit, vt per eos proſtratas repararet Eccleſias, extinctos ſpirituales populos viuificaret, dejectas Sacerdotum coronas reponeret, nefarias illas nouellæ impietatis nō litteras, ſed lituras infuſo cælitus Epiſcopis Fidelium lachrymarum fonte deleret, vniuerſum iam penè mundum, ſæua repentinæ hæreſeos tempeſtate perculſum, ad antiquā fidem à nouella perfidia, ad antiquam ſanitatem à nouitatis veſania, ad antiquam lucem à nouitatis cæcitate reuocaret.

Quantum verò calamitatis, nouelli dogmatis indu-

tis inductio inuexerit noſtri temporis periculo ſatis ſuperq́ue monſtratum eſt: Proſequitur idem Auctor, tunc ſi quidem non ſolum paruæ res, ſed etiam maximæ labefactatæ ſunt, nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitiæ, domus, verùm etiam vrbes, populi, prouinciæ, nationes, vniuerſum poſtremò Romanum Imperium funditùs cōcuſſum & emotum eſt. Nempe cum prophana ipſa Arrianorum nouitas velut quędam Bellona & furia capto priùs omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis ſubiugaſſet, nequaquam deinceps ſubſtitit, vniuerſa miſcere atque vexare, priuata ac publica, ſacra, prophanaq́ue omnia, nullũ boni & veri gerere diſcrimen, ſed quoſque collibuiſſet tanquam de loco ſuperiore percutere. Tunc temeratæ coniuges, depopulatę viduę, prophanatæ virgines, Monaſteria demolita, diſturbati Clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium ſacerdotes, oppleta ſanctis ergaſtula, carceres, metalla, quorum pars interdictis vrbibus, protruſi atque extorres, inter deſerta, ſpeluncas, feras, ſaxa, nuditate, fame, ſiti affecti & tabefacti ſunt. Atque hæc omnia nunquid vllam ob aliam cauſam, niſi vtique dum pro cæleſti dignitate, humanæ ſuperſtitiones introducũtur, dum bene fundata antiquitas, ſceleſta nouitate ſubruit, dum ſuperiorum inſtituta

violantur,

violantur, dum reſcinduntur ſcita Patrum, dum conuelluntur definita maiorum, dum ſeſe intra ſacratæ atque incorruptæ vetuſtatis caſtiſſimos limites, prophanæ ac nouellæ curioſitatis libido non continet?

Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Vrbanus ſedet, vel Eccleſiæ Mechlinienſis, in qua Iacobus ſedet, Germaniæ inferioris primas, quibus nos catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore ſeparaſtis? Quare appellas cathedram peſtilentiæ, cathedram Apoſtolicam? Si propterea grauiùs nos odiſtis, quia errare vos & perire non permittimus, hoc Deo dicite, quem timemus malis Paſtoribus minantem, & dicentem Ezech. 34. Quod errauerat nō reuocaſtis, & quod perierat non requiſiſtis. Hoc vobis per nos Deus ipſe facit, ſiue obſecrando, ſiue minando, ſiue corripiendo, ſiue damnis, ſiue laboribus, ſiue per ſuas occultas admonitiones, viſitationes, ſiue per poteſtatum temporalium leges. Intelligite quid potiſſimum vobiſcum agatur; perire vos non vult Deus in ſacrilega diſcordia, alienatos à matre veſtra catholica.

Sed quid nouatores iſti, licet hoc negent, per Babylonem, Romanam vrbem intelligi, tamen quod in Apocalypſi multa nefanda prodantur, de Babylone, eoq́ue nomine Hæretici Babylonis nomine, non vrbē Romanā,

ſed Eccleſiam Romanam intelligi volunt.

Romanam vrbem ſignificari certiſſimum ſit, cunctas illas blaſphemias, in Romanam tunc vrbem congeſtas, quod in ea idololatria & impietatis cultus præ cæteris orbis locis vigeret, in Romanam conuertunt Eccleſiam, calumnioſiſſimè ſimul & imperitiſſimè, nullam temporum nec rerum rationē habentes. Sanè quidem dum Petrus ait: Eccleſia quæ eſt in Babylone, Eccleſiam ibi poſitam non eſſe Babylonem ipſam, planè declarat diuerſa ratione cenſeri ipſam Eccleſiam à loco vbi dicitur eſſe collecta, nec per ſomnium quidem quis vnquam inuenit Romanam Eccleſiam eſſe Babylonis nomine nuncupatam, ſed ipſam tantummodò ciuitatem, ac id non quidem ſemper, ſed cum impietate referta aduerſus ipſam Eccleſiam bellum gereret.

Verùm D. Hieronymus aduerſus Iouinian. lib. 2. de his agens, hiſce verbis Romam cōpellat: Sed vt ad te loquar, quæ ſcriptam in fronte blaſphemiam Chriſti confeſſione deleuiſti, vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs Apoſtoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen eſt apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebręos; ſerua quod diceris, virtus te excelſam facit, nam voluptas humilem, maledictionē quam tibi Saluator in Apoc. comminatus eſt, potes effugere per pænitentiā, habes exē-

pla

pla Niniuitarũ; caue Iouiniani nomen, quod de Idolo deriuatum eſt. Scimus eundẽ Hieronymum in præfatione de Spiritu S. in eãdem vrbem ſtomachatum Babylonem appellaſſe, cùm perſecutionem paſſus in ea, inde recedens Hyeroſolimam redijſſet, atque dixiſſe: Cùm in Babylone verſarer, & purpuratæ meretricis eſſem colonus, & iure Quiritum viuerem &c.

Sed quid poſtmodum alibi idem ille, cùm agit de Romanæ Eccleſiæ Fidelibus, Romanæ (inquit) plebis laudatur fides, teſtimonio videlicet Apoſtolico, vbi in præfatione libri 2. in epiſtolam ad Galatas, tanto ſtudio & frequentia ad Eccleſias, & Martyrum ſepulchra concurritur, vbi ſic ad ſimilitudinem cœleſtis Tonitrui Amen reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur, non quod habeant aliam Romani fidem niſi hanc, quàm omnes Chriſti Eccleſiæ, ſed quod deuotio in eis maior ſit & ſimplicitas ad credendum. Et ad Marcellam ſcribens vt Bethleem migret; explicatis ijs verbis Apoc. Cecidit enim, cecidit Babylon magna, eſt quidem (inquit) ibi ſancta Eccleſia, ſunt trophęa Apoſtolorum & Martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio, & ab Apoſtolo prædicata fides, & Gentilitate calcata, in ſublime ſe quotidie

erigens vocabulum chriſtianum. Hic & Tertull. aduerſus Iudęos cap. 9. & contra Marcionem; Babylon (inquit) apud Ioannem noſtrum Romanæ vrbis figurā portat, proinde & magnæ, & regno ſuperbæ, & Sanctorum debellatricis nomine Romam ſignificauit. Quin & etiam in ſcripturis per Babylonem Romanum advmbratum eſſe imperium eruditus Lector inueniet.

In hanc ſententiam D. Auguſtinus de ciuitate Dei libro 18. cap. 22. hæc ſcribit: Condita eſt Roma, ne multis morer, velut altera Babylon, & velut prioris filia Babylonis: docet enim pluribus, tunc conditam Romā eſſe, cùm intercidit regnū Aſſyriorū.

De his etiam cumulatè Oroſius: nec imprudenter me dicturum exiſtimo, ſi his addiderim Petrum non eſſe vſum proprio vrbis nomine, quod Hyeroſolimis fuga lapſus à carcere, vbi ageret non ab omnibus percipi vellet. Cùm alioqui mutuatis nominibus homines appellare vſitatum fuiſſe videatur apud Apoſtolos: nam Paulus 2. ad Timot. 4. cùm ait: Liberatus de ore Leonis, per Leonem ſignificaſſe Neronem Cęſarem, nullus dubitat.

Ad propoſitum verò redeamus. Antiquam planè æconomiam Eccleſiæ inſinuant, tum in ea Romani Pontificis poteſtatem atteſtatā reddunt, nimirum eius officij eſſe hære-

ſes,

ſes, emergentes, rectā fidem & diſciplinam eccleſiaſticam corrumpentes, edictis editis cohibere, legeſque pariter vniuerſæ Eccleſię præſcribere, titulumque illis præfigere, quem ipſe Tertul. recitat Pontifex maximus, Epiſcopus Epiſcoporum. Sequitur.

Propterea & Petrum Spiritus ſancti, cuius omnia prouidentia gubernantur, diuino conſilio Apoſtolici Senatus Principem miſſum in Samariam, vt primum nouatorem illum ac hæreſeon architectū Simonem Magum ipſo ſui ortus initio expugnaret, condemnaret. Nam etſi ad Petri officium ex Christi inſtituto pertinebat, vt nouitates errorum erumpentes gladio ſpiritus, tanquam mucrone valido perfoderet, exemplo tamē ſuo doctrinam à Domino conſignatam ſic confirmauit, vt & Petri & ſucceſſorum id officij eſſe non dubitaretur, quam & Apoſtolica recipit, & vſu comprobat Eccleſia.

Simonem Magum D. Petrus hæreſis primum nouatorē expugnat docens ſuo exemplo, ſucceſſorum id officij eſſe.

Dicebat hic ſe magnā Dei virtutē. Agit de iiſdem Simone & Selene, ſiue Helena ſcorto, à Tyro Phœnices ciuitate quæſtuaria muliere redempta, ac ſecū circumducta, D. Aug. lib. de hęr. c. 1. additque Simonis & Helenæ ſimulachra Romæ tanquā Deorum, auctoritate publica fuiſſe conſtituta. Aiebat verò ipſius gratia ſaluari homines, & non ſecundum opera iuſta, neque eſſe naturaliter operationes iuſtas, ſed ex accidenti. Verùm

Simonis Magi hæreſis & præſtigiæ.

& ipſorum Sacerdotes omne libidinum & ſpurcitiarum genus exercebant, magicis quoque artibus operam dabant: erat autem Simonis ſimulachrum ad imaginem Iouis factum, Helenæ verò ad Mineruæ figuram, quæ,& ipſi pro tempore Romani coluere. Quibus artibus ſuos Samaritanos (erat enim Samaritanus natus in vico cui nomen Gittoui) ipſe imprimis dementauerat.

Cuius patrocinio tanto ac præſtantiſſimo hodiernos nouatores gloriari condignum eſt, qui vnà cum ipſo dicunt, per gratiam tantùm ſaluari homines, & non ſecundùm opera iuſta; liberoſque eſſe ad ea quę velint agenda. Contra quos Apoſtolus Galat. 5. manifeſta (inquit) ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum ſeruitus, diſſenſiones, hæreſes, quæ prędico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt: ergò Deus fruſtra Decalogi pręcepta dedit, fruſtra lex Moyſis, fruſtra circumciſio, Baptiſmus, & cætera cùm veteris tum nouæ legis Sacramenta inſtituta, & perperam euangeliſatur, tot millia millium perperam baptizantur, tot opera fidei perperam miniſtrata, virtutes, tot chariſmata perperā operata, tot ſacerdotia, tot miniſteria perperā fūcta, tot denique martyria perperā & in vanū perfūcta.

Hic

Hic videre lubet antiquam atque inueteratam dæmonis in Chriſtum atque ſuam Eccleſiam, inuidiam; nam cùm videret tam creſcentem, efflorefcentem, ac fęliciter fructificantem, hæreticos mouit, qui ſub nomine Chriſtiano, doctrinæ reſiſterent chriſtianæ: nam cùm ſuper Simonem Petrum ædificatam à Chriſto firmiter vidiſſet Eccleſiam, neque ipſe dæmon ſuo Simone carere voluit, ſuper quem omnis impietatis fundamenta jacta conſurgerent.

Quod verò ad Simonem hunc ſpectat, haud arbitror alium ab eo fuiſſe impoſtorē illum, quem (vt Ioſephus 18. antiq. cap. 5. ſcribit) Samaritanos ſeducentem, Pilatus paulò ante ſuam à Magiſtratu diſceſſionem commiſſo milite cum ſuis copijs fudit.

Ijs ita tranſactis, agnoſcant iſti Nouatores, ſi quod in eis rationis lumen eſt. Primū à Domino vt dicitur Math. 23. ſeminatum bonum ſemen, poſtea ab aduerſario zizania immiſſa, quæ primò à Simone hæreſeon primario architecto alijs transfuſa, cæco quodam furore, Menandrum, Saturnianum, Baſilidem, Carpocratem, Cherinthum, Ebionem, Cerdonem genuere. Cętera quæ ad Symonis diſcipulos alioſque ſpectant, ſuis locis dicturi ſumus, hęc modò quæ ad praua dogmata facere videntur, ne pro germana veritate frumenti ſubdititium

titium zizaniæ eligamus errorem, & de ſpinis ficus vuaſq́ue colligamus.

Hoc enim tantummodo tutum eſt nobis aſſerere, quod vniuerſalis Eccleſiæ conſenſione firmatum eſt, in eaq́ue non progredi aliqua temeritate, quę nullo plenario Conſilio terminatæ ſunt.

Hac igitur ſtabilita concluſione Chriſti Eccleſiam longè omniū eſſe antiquiſſimam, eorum videlicet hominum qui ante Chriſti aduentum fuere & poſtea futuri erant; ipſa tamen Chriſti Eccleſia, noua Eccleſia non fuit, ſed ſolùm mutatio quædam noui ſtatus Eccleſiæ: cuius auctor Chriſtus eſt, à quo & Chriſtiani denominamur, à quo & dogmata Sanctę Trinitatis, tum Chriſti incarnationis, quæ paucis aperta, aut legis peritis, ſummo Sacerdoti, aut Prophetis, ac Patriarchis, aut ijs quibus Deus ſpeciali reuelatione voluit communicare, reliquo populo propter idololatriæ periculū clauſa erant, donec mediatore Chriſto apparente in carne, eorum fides quæ erat obſcurior, clariori lumine fidei illuminaretur, illuſtraretur.

Nec defuere piſcatoris Petri in ea re ęmulatores, qui magnū hoc eiuſdem apoſtolicę ſedis, planèque diuinum exemplum clariſſimam ſucceſſioribus ſuis formulā præmonſtrarūt, quonammodo deinceps per ſingula quæque errorum vaniloquia, ſacratæ vetu-

ſtatis

ſtatis auctoritate, profanæ nouitatis conteratur audacia. Neque hoc ſanè nouum, ſi quidem mos iſte ſemper in Eccleſia viguit, vt quo quiſque foret religioſior, eo promptiùs nouellis adinuentionibus contrairet. Exemplis ſimilibus plena ſunt omnia, ſed ne longiùs immòrer, vnum aliquod, & hoc ab Apoſtolica ſede ſumemus, vt omnes luce clariùs videant beatorum Apoſtolorum beata ſucceſſio, quanta vi ſemper, quanto ſtudio, quanta contentione defenderit ſuſceptæ ſemel religionis integritatem. Quondam igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginenſis, Epiſcopus priùs omnium mortalium contra diuinum canonem, contra vniuerſalis Eccleſiæ regulam, contra ſenſum omnium conſacerdotum, contra morem ac inſtituta maiorum rebaptizandum eſſe cenſebat: quę præſumptio tantum mali inuexit, vt non ſolum omnibus hęreticis formam ſacrilegij, ſed etiam quibuſdam Catholicis occaſionem præbuerit erroris. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes Sacerdotes quaquauerſum, pro ſuo quiſque ſtudio reniterentur. Tum beatæ memoriæ Papa Stephanus apoſtolicę ſedis Antiſtes, cum cæteris quidem collegis ſuis, ſed tamen præ cæteris reſtitit, dignum vt opinor exiſtimans, ſi reliquos omnes tantùm fidei deuotione vinceret, quantum ſedis

auctoritate eminebat. *Denique in epiſtola quæ ad Africam miſſa eſt. idem his verbis ſanxit nihil nouandum, niſi quod traditum eſt. Intelligebat enim vir ſanctus & prudens nihil aliud ratione pietatis admittere, niſi vt omnia, quæ ſi le à Patribus ſuſcepta forent, eadem fide filijs conſignarentur, noſq; religionem non qua vellemus ducere, ſed potius qua illa duceret, ſequi oportere. Idq; eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ & grauitatis, non ſua poſteris tradere, ſed à maioribus accepta ſeruare, ex Vincent. l.* Quis ergo exitus tunc vniuerſi negotij, quis vtique niſi vſitatatus & ſolitus? *Retenta eſt antiquitas, exploſa nouitas.*

Retenta antiquitas, exploſa nouitas. Fabianus Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus priuatum hæreticum damnauit.

Quod verò ſpectat ad res Eccleſiæ Africanæ & pacem, ſanctiſſimi Epiſcopi omnem nauarunt operam, vt hæreticos à Dominico grege arcerent. Quam ob rem congregatum in Africa conſilium nonaginta Epiſcoporum aduerſus Priuatum hæreticum, atque Epiſcoporum ſententia damnatum. Fabianus Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, impium hominem ſuis litteris infamia ſuggillatum, Eccleſiaſtica communicatione priuauit.

Valens & Vrſatius à conſilio Mediolanenſi ad Iulium Romanum Antiſtitem remittuntur.

Negotium verò tam graue, nempe duorum Epiſcoporum Valentis & Vrſatij, qui vt Athanaſ. oratione 1. contra Arrianos teſtatur, antiquiſſimi fuere Arrij diſcipuli, ab ipſo nimirum Arrio Alexandriæ olim catechiſati, haud eiuſmodi leue exiſtimarunt Patres,

qui in ea Mediolenſi Synodo conuenerunt, vt licet præſentibus Romanis præsbiteris, illos ipſi abſoluerēt, ſed miſerunt eos ad Romanum Pontificem Iulium, vt coram ipſo ſpectante Romana Eccleſia exomologeſim agerent: ex quibus videas lector veterem illum morem in Eccleſia Catholica coaluiſſe, nimirum hęreticos recātaturos palinodiam, Romam adire, & pœnitentiæ libellum ſcribere ad Romanum Pontificem conſueuiſſe; nam conſtat Marcionem, Praxeam, Origenem, Anatolium & alios olim id feciſſe, quomodò egerunt Vrſatius & Valens, vt ſupplices cum pænitentiæ libello adirent Romanum Pontificem, cuius muneris erat de ipſorum fide cognoſcere, & communicationem ſi videretur Catholicam impertiri, haud enim ſibi ſatis factum penitus videbatur, ſi in ſynodo coram Apoſtolicæ ſedis Legatis ijdem deteſtati eſſent, quod docuiſſent, atque geſſiſſent, niſi ſpeciatim libellum pœnitentiæ offerrent Eccleſiæ Romanę Epiſcopo.

At de eorumdem pœnitentiæ libellis Iulio Papæ oblatis S. Epiphanius hæreſi 68. meminit atque Seuerus lib. 2. & alij.

Et hic finis proteruiæ hæreticorū procaciſſimę, vt exomologeſim Romę, palinodiam hęreſeon ſuarum ac nouitatum coram ſummo in terris à Deo iudice conſtituto recitarent, ac ne paruam tanti Pontificis

vni-

vniuerſalis auctoritatem atque prerogatiuam putes, vide Turriani de hoc argumento libellum.

Romani Pontificis ſuper concilia authoritas

Vide fruſtrà conatum ſexcentorum Epiſcoporum ſuffragijs Anatolium, dum vnus ei reſiſtit Romanus Pontifex, ſuper omnes & in omnibus arbiter, & aduerſus omnes legitimus legum Eccleſiaſticarum vindex & cuſtos, qui ſolus irritum reddit quod concilium 600. Patrum ſententijs comprobaſſet.

Apud Hiſpanos & Gallos tempore Leonis III. anno 809 additum fuit Symbolo illud, *Filioq;*. Inde oborta controuerſia, liceretne illo in Eccleſia vti: abnuit Pontifex, ſicque eorum interrogationi reſpondet. *Si prius quàm ita caneretur, interrogatus eſſem, ne insereretur vtique reſpondiſſem*. D. poſt hęc Leo Papa cuſtos antiquitatis, licentiæ præſumptæ abſque conſenſu Apoſtolicæ ſedis, vindex aſſurgens, non ſolum verbis differendo & præcipiendo quod fieri vellet patefecit, ſed indelebile monumentum erigendum putauit, quo poſteris innoteſceret, in ſacro Symbolo nihil eſſe addendum. Siquidem in Baſilica ſancti Petri duas tabulas argenteas ad confeſſionem eiuſdem ſancti Petri affigendas curauit, in quarum altera Symbolum latinè ſcriptum legeretur, in altera verò gręcè exaratum abſq; aliquo quatuor illarum ſylla-

ſyllabarum additamento, *Filioque:* cum alioqui ipſa proceſſio Spiritus ſancti in controuerſiam minimè adduci debuerit.

Hæc via Catholicæ diſciplinæ, quæ ab ipſo Chriſto per Apoſtolos ad nos vſque deriuata manauit, & abhinc ad poſteros manatura eſt, veſtrę cathedræ originem (ait Optatus lib. 2. contra Parmenum) oſtendite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare: Qui eſtis vos (inquit Tertull. l. de præſcrip.) vnde & quando veniſtis? vbi latuiſtis? de quibus S. Hilarius lib. 6 de Trinitate. Hos piiſſimos Doctores ætas noſtra protulit, ſerò (inquit) vos habuit fides mea, S. Hieronymus ad Pammachium & Oceanum. Quiſquis (ait) aſſertor es nouorum dogmatum, quæſo te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ ore Apoſtolico laudata eſt. Cur poſt annos (vt cum D. Hieronymo dicere fas ſit) 1627. docere nos niteris, quod ante neſcimus vſque in hanc diem, ſine veſtra hac doctrina Chriſtianus mundus fuit.

Sed ita hoc remanſit, vt antiquitatem ſequamini ſic, vt ab his nullatenus ſenſibus recedatis, quos ſanctos maiores ac patres noſtros tenuiſſe manifeſtum eſt, quod Eccleſiæ conſuetudo ſemper tenuit, & quod plenarium conſilium confirmauit. Idem ſapite, idem ſentite, quod qui Romæ ad Hilarij

larij Papæ natalem (ita enim mos ferebat) conuenirent Patres vt de ijs quæ contra canones præſumpta eſſent, conſulta auctoritate Apoſtolica cognoſcere poſſent, quid autem ad hæc qui Romæ conuenerant, primò quidem publicis acclamationibus, inde verò ſingulorum ſententijs, quæ ab illis Epiſcopis, probata fuerant ſunt exploſa. In exclamationibus verò, inter alia illud quinquies dictum. *Vt ſeruetur antiquitas rogamus.* Digna ſanè tanto conſenſu ſententia, qua tanquam valido mucrone cõfoditur, quidquid vnquam vel contra fidem vel contra Eccleſiaſticam diſciplinam fuerit præſumptum. *Noua enim vox ab Eccleſia, quantumlibet pia, non niſi ex patrum conſulto, in rebus fidei vtenda, proponi conſueuit.*

Et rurſum quod ad rem pertinere videtur, D. Ignatius vbi de Eccleſiæ eius temporis ritibus, ac moribus, vt de ieiunio quadrageſimæ, nec non & quartæ & quintæ feriæ, idem ſcribit ad Magneſios, paucis nec admodũ prolixis Epiſt. quales oſtẽdit eſſent Eccleſiæ ab Apoſtolis inſtitutæ, quibuſue ritibus, moribus, & inſtitutis compoſitæ. Is dum in ijſdem eas confirmare & ſtabilire ſtudet, dum primitiuæ Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ faciem archetipumque repræſentat, ad cuius antiquitatis exemplar Eccleſiam, eandemque Apoſtolicam, quænam

ſit

ſit, & penes quos habeatur perfacile eſt demonſtrare. Ac proinde liceat iudicare, non Eccleſiam, ſed ſynagogam Satanæ eſſe dicendam, quæ talibus lineamentis à B. Ignatio ſic deductis in omnibus ſic determinatis inuenitur, nam quod hactenus à nobis iterum dictum eſt, non aliter Ignatium quàm Apoſtolos, nec aliud Apoſtolos eaſdem Aſiæ Eccleſias quàm Sanctũ Ignatium docuiſſe: certum & exploratum omnibus eſſe debet.

Eodem argumento vtitur Heſegippus qui Aniceti Papæ 1. Mar. Aurellij, & L. Veri Imp. anno, vt auctor eſt Euſeb. lib. 4. Eccle. hiſtoriæ cap. 8. Cum eſſem Romæ (inquit) manſi ibi vſque ad Aniceti tempora, cuius tum quidem Eleutherius munus Epiſcopale capeſcit, nulla Epiſcoporum ſedes, ſucceſſione ab Apoſtolis ducta, nulla ciuitas, in qua non ita ſeruata eſſent omnia vt lex præſcripſerat, docuerant Prophetæ, & Dominus ipſe prædicauerat. Hęc de ſtatu (vt ait) omnium Eccleſiarum, cum Heſegippus vigeret, magnum planè extat teſtimonium, ad declarandam atque inſinuandam Catholicam veritatem, nam ſi illa legitima erat Chriſti doctrina, certaq́ue traditio Apoſtolorum, quas in hanc diem vbique omnes ſeruaſſet Eccleſiæ, planè conuincitur, à Catholica veritate illos omnes deſci-

deſciuiſſe qui aliam ab his diuerſam reperiuntur docuiſſe fidei normam, vel mores aliter inſtituiſſe, ac proinde qui virginitatem damnant, ieiunia contemnunt. Sanctorum cultum reijciunt, hierarchicum in Eccleſia ordinem confundunt, Sacramenta Eccleſiæ reſpuunt, rituſque Eccleſiaſticos contemnunt, Deum & Sanctos omnes cæleſtes blaſphemant, Sacerdotes & Religioſos quoſque ſubſannant, & alia id genus multa agunt contra ea quæ in Eccleſia obſeruata ſunt, vt legimus, vſque ad Eleutherum Papam, ſub quo Heſegippum ea ſcripſiſſe apparet, manifeſtiſſimi erroris redargui & deſertores veritatis eſſe conuinci.

DE

DE DVRATIONE ECCLESIÆ, quæ deficere no poteſt.

CAPVT V.

CHRISTI Eccleſiam ab exordio mundi, nec interruptam vnquam fuiſſe conſtat, ſi verò de ſtatu noui teſtamenti agitur, eam itidem continuaſſe à Domino Ieſu Chriſto, huc vſque per annos 1618. numquam verò interrumpendam, aut deſituram D. Aug. tom. 5. in Pſal. 47. & tom. 9. de Symb. l. 1. cap. 5. ita inquit: *Sed fortè illa ciuitas ſcilicet Eccleſia quæ mundum tenuit, aliquando euertetur, abſit, Deus fundauit eam in æternum, Pſal. 47. Ecce ergo Deus fundauit eam in æternum, quid times ne cadat firmamentum?* enimuerò ab Abel continua ſerie ad nos vſque deducta & deriuata, & poſt nos ſemper duratura eſt, hoc eſt fundamentum, quod Deus fundauit æternũ, fundamentum quod cadere non poteſt. Ipſe Daniel cap. 9. vocat Regnum, quod non diſſipabitur.

Nam eccleſiæ ruinam & defectum ponere, nihil aliud eſt, ſcribit D. Hieronymus dial. aduer. Lucif. quàm filium ſubiugare

diabolo? & crucem Christi euacuare. Dicimus ergo idem eſſe Eccleſiæ caſum ſtatuere, & Christi Incarnationem irritam facere, vt planè illi Christum ſoluant, & in carne veniſſe negent, qui Christi Eccleſiam à prima ſua propagatione, aliquando deſiiſſe aſſeuerant, quod quidem ex Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis confirmatur. Nempe quoties venturus de ſemine Dauid prædicatur, quoties eius pro humano genere Incarnatio prænunciatur, quoties noui teſtamenti, ſeu fœderis gratia deſcribitur, toties Christi Regnum æternum, & teſtamenti perpetuitas docetur: oportet enim (1. Corinth. 5) *eũ regnare donec ponat Pater omnes inimicos ſuos ſub pedibus eius, & donec nouiſſima deſtruatur mors*, id eſt, vſque in finem ſæculi. & in Pſal. 71. *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis donec auferatur Luna*, & Pſalm. 47. *Deus fundauit eam in æternum.* Accedunt & clariſſima Eſayæ 9. de Christi incarnatione, pariterque de Eccleſiæ perpetuitate vaticinia. cum enim dixiſſet: *Paruulus natus eſt nobis adiecit, multiplicabitur imperium, & pacis non erit finis. ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum Dauid ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret illud in iudicio & iuſtitia, amodo & vſque in ſempiternum*: id eſt, ab incarnationis

tem-

tempore vſque ad finem ſæculi. Ait ibidem Hieron. in comment. c. 51. cum dixiſſet: *Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt Saluator meus,* quę de naſcituro Chriſto nemo dici Chriſtianus ambigit. *Cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt: Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet: & erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.* Et Daniel cap. 7. *Dedit ei antiquus dierum poteſtatem, & honorem, & regnum:* de quo regno Michęas cap. 4. *In nouiſſimo dierum erit mons domus Domini, & fluent ad eũ omnes populi: & regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion ex hoc nunc & vſque in ſæculum.* Et Gabriel Angelus eaſdem confirmans Luc. 1. loquens ad Mariam: *Hic erit magnus &c. & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Intelligamus verò Ghriſtum vt hominem non ſolum in cœlo, ſed etiam in terris Regnum ſuum habere, vnde aſcenſurus ad Patrem, & vtrique regno quaſi inaugurandus. Tunc enim ſedere cæpit tanquam homo ad dexteram Patris, & tunc incipiendo ab Hieruſalem, prædicari voluit Euangelium: *Omnis* (inquit) *poteſtas data eſt mihi in cœlo & in terra.* Math. vltimo. Et Apoſtolus Epheſ. 1. cũ de cæleſti regno

 dixiſſet:

dixiſſet: *Conſtituit eum ad dexteram in cæleſtibus ſupra omnem poteſtatem & principatum, & virtutem & dominationem.* De terreſtri regno ſubiunxit: *Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius.* De his duobus Regnis D. Auguſtinus plenè edoctus ſuper illa verba pſalmi 109. *Virgam virtutis tuæ.* & alterum ſempiternum regnum dicit, & alterum vſque in finem ſæculi perduraturum. Temporale autem eſſe Eccleſiæ fidem, regimen, & ordinem docet Epiph. hæreſi 29. *Thronus*, inquit, *Dauid & regia ſedes, eſt ſacerdotium in Eccleſia ſancta; quam dignitatem regiam ſimulq́ pontificiam coniunctim largitus eſt Dominus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, tranſlato in ipſam throno Dauid non deficiente in æternum: illic enim per ſucceſſionem durauit thronus Dauid vſque ad Chriſtum, non deficientibus principibus ex Iuda, donec veniret expectatio gentium, Deinceps verò alienigena Herodes, & non amplius ſucceſſores Dauid regnabāt, tranſlata regia ſede in Chriſto ad Eccleſiam.* Hæc Epiphanius.

Epiphanij de duobus his regnis ſententia.

Quomodo Eccleſia & Synagoga ſint æternæ, reſponſio in promptu eſt: ideo videlicet, quia Chriſti regnum, id eſt, Eccleſia Chriſti militans, etſi in fine ſæculi non amplius ſit militaturum; & promiſſiones illę veteres æternæ vocantur, etſi Chriſto ad-

ſto adueniente finem acceperint, quia horum omnium non tam ſublatio eſt facta, quàm in melius ac perfectius tranſmutatio, atque ita continuo quodam ſucceſſu æterna fuerūt. Etenim populus Iſraëliticus non interijt, quia carnalis domus Iacob in ſpiritualem tranſijt, & creuit in gentem magnam, de qua re Eſaias cap. 1. & Apoſtolus Rom 11. repetit: *Niſi reliquiſſet nobis Dominus ſemen, & Deus non repulit plebem ſuam quam præſciuit: facta ſunt enim vtraque vnum in vno angulari lapide Chriſto, & inſertæ ſunt gentes oliuæ veteri, factiq́ſ ſocij pinguedinis & radicis.* Non penitus ſublatus eſt vnus populus, vt alter exoriretur, aut eradicata vetus oliua, vt noua plantaretur. Ideò Saluator ait ſe vineam aliis agricolis locaturum, Math. 21. *Sic & vineam ex Ægypto tranſlatam*, dicit Propheta Pſal 79. *& in terra Chanaam plantatam, eſſe à Criſto perficiendam, non extirpandam, qui vtique non venit legem ſoluere, ſed adimplere.*

Atq; ita propter hanc perfectionem, & in melius tranſmutationē, non deſeritur, neque derelinquitur populus electus, populus Iſrael, nec magis interijt Synagoga tota, quàm puer vir factus, aut virgultum tenerū in vitem amplam creſcens interijſſe dicendū eſt. Sic & ſpiritualis, quæ Chriſti eſt Eccleſia propriè dicta, etſi ad finem ſæculi tantùm

duratura dicitur, tamen æterna vocatur quia migratura eſt ad Chriſtum, tunc ſanè cum tradiderit regnum Deo Patri.

Eccleſia quomodo æterna.

Neque enim duæ ſunt Eccleſiæ Dei (vt controuertunt Hęretici) quia hic maculam, & permixtos populos habet malos, de populo Dei illic ſine macula bonos ſolos habebit. Sed vna & eadem eſt Eccleſia, hic aliter, ibi aliter futura. Sicut vnus eſt Chriſtus non duo, prior mortalis, poſtea non moriturus, & vnus homo non duo, exterior atque interior puer, atque adultus, perfectus, & imperfectus.

Sic & Apoſtolus præſentem ſtatum, quo videmus per ſpeciem, & in ęnigmate, paruuli ſtatum vocat; Alterum autem illum, quo videbimus facie ad faciem, viri ſtatum numcupat, euacuantis ea quæ ſunt paruuli; Vnus tamen hic vir eſt, non duo, æternus quoque, licet ſecundum diuerſos ſtatus mutandus.

Quod autem ad cultus, & promiſſiones, ad ritus, & cęremonias veteres ipſamque terram Chanaam attinet, cuius poſſeſſio æterna, cum eam iam ad alios defeciſſe videamus: Reſponſio vna eſt, quę Chriſti Eccleſiæ, & Sacerdotij Chriſti. Nam & hæc æterna ſunt, licet poſt finem ſęculi non amplius, vel militantis Eccleſiæ, vel ipſius Sacerdotij forma & ratio locum ſit habitura, nempe

nempe propter res ipſas, quarum illa vetera vmbræ erant. Quẽadmodũ enim vmbrę illę veteres æternæ dicebantur, quia illa præſignabant, quæ per omne ſæculum hic duratura, ſed in fine ſęculi deſitura, æterna tum nuncupantur, quia ipſius æternitatis olim futuræ imagines ſunt, & illuſtres quædam repræſentationes.

De Heli verò ſacerdotis ſecundum ordinem Aaron domo dicitur. *Domus tua & domus patris tui non tranſibunt coram me in æternum*, quę tamen domus & Sacerdotium ſublatum eſt. Hoc qui mouet (inquit Aug. de ciuitate Dei, lib. 17. cap. 6.) *nondum intelligit ſacerdotium ſecundum ordinem Aaron tanquam vmbram æterni Sacerdotij conſtitutum eſſe ac per hoc quando ei æternitas promiſſa eſt, non ipſi vmbræ, ac figuræ, ſed ei quod per ipſam adumbratur, figurabaturq́ue, promiſſum eſt.*

Ita & idem D. Aug. eodem in loco in Pſal. 104 de regno Saulis quod æternum fore promiſſum erat, diſputat.

Et de terra Chanaan non alia de cauſa datam eſſe Iſraëli in teſtamentum æternum, quàm vt æternum aliquid ſignificet, ſic de omnibus alijs Sacramentis & cæteris cęremonijs veteribus intelligit. Dicta enim ſunt omnia illa æterna, quia vmbræ erant æternorum, id eſt eorum quæ in Eccleſia noui

teſtamenti ſuccederent perpetuò permanſura.

Iam verò quod ad alteram partem attinet, dicuntur hæc vera æterna, quorum ipſas imagines habemus rerum æternarum, Apoſtolo ad Heb. confirmante. *Vmbram habens lex futurorum, non autem imaginem ipſam rerum.* Quam rem copiosè in Pſal. 38. explanans B. Ambroſius, dicit *Vmbram in lege, imaginem in Euangelio, veritatem in cæleſtibus eſſe.* Et quemadmodum vmbræ non ceſſarunt, donec imagines ipſæ exhiberentur, ſed perſtitit lex vſque ad Euangelij promulgationem, ſic imagines ipſæ ceſſaturæ non ſunt donec veritas in cæleſtibus appareat, id eſt, Euangelij propagatio, & adminiſtratio non ceſſabit vſque ad finem, & alterum Chriſti aduentum, cùm traditurus eſt regnum Deo Patri.

Enimuerò ex ſuperioribus conſtat Eccleſiam hanc noſtram exordia ſua ab initio mundi per omnes ætates, vſque ad hanc diem numquam interruptam, & numquam interrumpendam propagaſſe. Fruſtrà obnitentibus Ethnicis, Hæreticis. Nec ſolùm perſeueraſſe, ſed ex perſecutionibus creuiſſe. Sicut enim Arcam Noé magis ac magis aquæ diluuij attollebant, montes verò ſuperabant atque obruebant, ita & perſecutiones regna quidem temporalia paruo ſubuer-

tunt

tunt negotio, atque in ſeipſis diuiſa deſolantur, Chriſti verò regnum quod eſt Eccleſia, non modò nō deſtruunt, ſed etiā illuſtrant. Ita in primis illud admirari eſt omnium rerum adminiſtratorem Deum, tantam feritatem tyrannorum toleraſſe. Quotquot enim Imperatores ante Conſtantini magni imperium regnarunt, contra veritatis profeſſionem inſana rabie furere non deſierunt, de quibus Hilarius lib. 6 de Trinitate. Tardè mihi, inquit, hos pijſſimos Doctores ætas nunc huius ſæculi protulit, ſerò hos habuit fides mea, quam tu erudiſti, magiſtros, inauditis ego his omnibus in te credidi.

Hieronymus verò ad Pamm. & Ocean. Quiſquis aſſertor es, ait, nouorū dogmatum, quæſo te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei quæ Apoſtolico ore laudata eſt, cur poſt 1627. annos, vt cum Hieronymo nobis dicere fas ſit; docere nos niteris quod ante neſciuimus? vſq; in hanc diem ſine veſtra hac doctrina Chriſtianus mundus fuit.

Conſtat & ante Lutheri in Saxonia apoſtaſiam, quæ anno 1517. cæpit, controuerſiam fuiſſe nullam de religione, ſed credentium omnium cor vnum & anima erat. Cui ab omnibus contradictum tanquam nouatori. Leo in primis Romanæ Eccleſiæ Antiſtes nomine decimus, imò & vniuerſa Eccleſia comitijs habitis, primū Auguſtæ Vin-

delicorum, per Caietanum legatum ſuum, deinde Wormatiæ de eo corrigendo, quibus fruſtrà tentatis articulos eius quadraginta & vnum edita bulla damnauit. Imperatoris quoque Caroli Quinti edicto exilio damnatus, Academiæ non ſolùm Heidelbergenſis, Moguntina, & Colonienſis in Germania, ſed & Pariſienſis in Gallia, & Louuanienſis in Belgio, editis articulis hominis doctrinam damnarunt. Libelli eius paſſim in Germania comburebantur publicitus, Imperatore id ſtatuente. Omnium ad quos Lutheri fama peruenire potuit, Docti viri ſcriptis libris nouam doctrinam confutarũt. In ipſa Germania Eckius, Pighius, Cocleus, Grepperus, Eraſmus, aliíque plurimi, in Belgio Latomus, Tapperus, Driedon & alij in Gallia Ioannes Faber. In Hiſpania Soto & Alphonſus. In Italia Sadoletus & Contarenus. IN Anglia Roffenſis, Thomas Morus. Itaque vndequaque voce Eccleſiæ proſcriptus, & pro hæretico damnatur, non inuentus eſt in orbe Epiſcopus aut Apoſtolorum ſucceſſor qui Lutheri dogma ſequutus ab Eccleſiæ gremio deficeret, ſed qui ſe illi iungebant, erant Apoſtatæ infames, petulcoſi, & qui exierunt ex nobis, ſed ex nobis non erant. Quod ſpectat ad Hæreſiarchas Eccleſiæ ab Abel iuſto ad nos vſque deductæ, Philo ad laudem ſuæ gentis deſcrip-

ſit Eſſenorum vitam talem, qualis eſt vita perfectiſſima Cœnobitarum. Phariſęorum verò hæreſis quę à Phares, id eſt diuiſio, dicitur, habitu, victu, veſtitu diſtinguitur, in ſignum maioris religionis. Saducęorum quę à Sadoch; hi quinque libros Moyſis, Spiritum S. Prophetas, reſurrectionem & Angelos negant, hi omnium ſcriptis damnantur. Simon verò Magus ſub nouo teſtamento à Petro damnatus multos ſuæ hæreſis ſectatores habet. Cherinthus primus à Simone Mago, Menander, Baſilides, Carpocrates Gnoſticorum auctor, ex quibus quaſi porcorum pulchra propago, enati ſunt, huius temporis Anabaptiſtæ, Cerdo, Valentinus, Marcion, Apelles, Collutus cum cęteris condemnatus cùm Prębiter tantùm eſſet, ſe pro pro Epiſcopo venditans, Pręsbiteros ordinabat. Arrius negans filium cum Patre conſubſtātialē in Conſilio Nicęno dānatus, medius crepuit. Ætius negans itidē in filio diuinam cum Patre ſubſtantiā in Conſilio Sirmienſi dānatur.

Ad hunc modum hęreticis omnibus ſtatim initio à pręcipuis totius orbis Epiſcopis & Magiſtris contradictum eſt, partim decretis, partim ſcriptis & diſputationibus. Teſtatur id Proſper de Pelagiana hęreſi. Anno verò 1370. Huſitarum quædam ſecta à VVicleffo exorta, in Bohemia, Lutheranæ proxima & affinis. Cæterū incendiū

hoc ab

Digitized by Google

hoc ab Eccleſia Catholica citiùs extinctum eſt conſilio generali Conſtantienſi, ſublatis ducibus, poſteaquam 40. annis Bohemiam peſtis illa vexaſſet. Vide Æneam Siluium de origine Bohem. cap. 36. Ante VViclefſum totis ducentis annis nihil præſentibus hæreſibus ſimile additum eſt, ſed circa annum milleſimum ducenteſimum Albigenſes in Gallia, & Almaricus quidam ſimilia quædam dogmata ſparſerunt. Sancti verò Dominici, & ordinis Prædicatorum hac occaſione inſtituti ſingulari diligētia repreſſi ſunt. Sic Paulus Æmilianus. Præceſſerū: hos Albigenſes 60. plus minus annis Waldenſes ſiue pauperes de Lugduno, & eodem tempore Henriciani & Petrus Abailardus ſimilia noſtris proteſtantibus docentes. Sed omnes partim Romanorum Pontificum diligentia repreſſi, coacto contra Walden. conſilio generali, Lateranēſi per Alexandrum tertium. Contra Albigen. per Innocentium ſecundum, altero quoque conſilio generali Lateranen. Diui Bernardi aliorumque ſcriptis doctiſſimis confutati citò omnes ſicut vmbra euanuerunt. Ante hos plus minus annis centum, vnus Berengarius, vnica tamen in re circa Euchariſtiæ veritatem litem mouit, quā hodie Lutherus ex parte, ſed Zuinglius ex toto refricauit; atqui nec ſectatores demētiæ ſuæ habuit, nec ipſe in hac ſententia mori

voluit.

voluit. Ante horum quos diximus tempora, nihil Lutheraniſmo ſimile in Occidẽtali Eccleſia per multa ſæcula auditum eſt. Ante Lutherum verò, totis centum & amplius annis, Romanæ Eccleſiæ, id eſt Catholicæ, nulla omnino ex parte contradictum eſt. In Oriente Iconomachi noſtris proteſtantibus ſimiles fuerant, annis 60. & amplius Eccleſiam turbantes, nempe anno 715. Philippicus primus imaginum hoſtis Sabellico auctore Æneid. 8. lib. 5. quem Conſtantinus Papa, habitâ Romæ Synodo, damnauit. Leo Iſauricus in Philippici inſania pergens, etſi multos Orientis in ſuam ſententiam pellexerit, permultos tamen recuſantes martyrio affecit: Plures verò ſub filio eius Conſtantino Copronymo martyrium paſſi ſunt, quàm ſub Decio Imperat. aut alio quouis Ethnico perſequutore. Sub Adriano Papa hæc hæreſis extincta eſt, ſed & in Gallia Vigilantius, in Italia Iouinianus, in Oriente Ærius, qui Martyrum & Reliquiarum honorem, virginitatis votum, & priuilegium, orationes pro defunctis cum noſtris hodie proteſtantibus negarunt. Et hi omnes in catalogo hæreticorum, ab Auguſtino, Epiphanio ponuntur, & pro hæreticis ab Eccleſia reprobantur, tales fuere præcedentibus ſæculis Pelagiani, Manichæi, Donatiſtæ, Nouatiani, Eunomiani, Vadiani, Pepuſiani,

quo-

quorum varias ſententias noſtri hodie Proteſtantes Nouatores reſuſcitarunt. Nam Pelagiani infantibus Chriſtianorum abſque Baptiſmo promittunt vitam æternam, cum Manichæis liberum arbitrium tollunt, & Deum authorem mali faciunt. Cum Eunomio ſolius fidei ſalutis ſufficientiam aſſerũt. Cum Vadianis poſſeſſiones eccleſiaſticas, regnum ſatanæ appellant. Cum Pepuſianis ſacros ordines in Eccleſia confundũt. Cum Donatiſtis in ſolis bonis & electis Eccleſiam ſtatuunt. Cum Nouiatianis ſoluendi peccatum veram & plenam proprietatem ab Eccleſia tollunt.

Et hæc eſt Nouatorum eccleſia in nullis ſancta, in nullis fidelis, cùm totus interea mundus in eorum mendacijs & errore fluctuarit, ſubdititium pro germana frumenti veritate; zizaniæ eligens errorem.

De huiuſmodi hæreſibus D. Auguſt. in Pſal. 57. *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens. Non vos terreant, inquit, fratres quidam fluuij qui dicuntur torrentes, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit, diu ſtare non poſſunt multæ hæreſes, emortuæ ſunt, cucurrerunt in riuis ſuis, quantum potuerunt decurrerunt, ſiccati ſunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint: nam quia ex hominibus hoc conſilium eorum eſt, neceſſe eſt & opus diſſoluatur: Conſilium autem & omne*

opus

opus Eccleſiæ, quia ex Deo eſt, & quia æternum eſt, non poteritis diſſoluere.

Diuerſæ verò hæreſes proſtratæ & extinctæ quid aliud ſunt, quàm trophęa Eccleſiæ, victoria ex hoſtium ſpolijs comparata, vexilia belli ſurſum erigere, & in ſingulis veluti quibuſdam notis inſculptis, & præfixis, Dei gloria de Eccleſiæ patrocinio prædicare? Inter initia perſtrepunt, ſicut ranæ coaxantes, ſed ſtatim iniecto lapillo conticeſcunt. Homines ſeipſos amantes, blaſphemi, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, voluptatis amatores non Dei, habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem pietatis abnegantes, captiuas ducentes mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs doctrinis & deſiderijs, nunquam ad doctrinæ veritatem peruenientes. Quemadmodum Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, & hi reſiſtunt veritati, homines conſtricti mente, reprobi circa fidem, ſed vltrà non proficient, inſipientia enim eorum manifeſta eſt omnibus, ſicut & illorum fuit.

Neque id prætermittere fas eſt, veteres ac doctiſſimos quoſque hac durationis nota ac ſymbolo, ad demonſtrandam contra hęreticos Eccleſiam, vti ſolitos. Piè etiam Tertull. lib. de præſcrip. *Qui enim vos eſtis (ſcribit) vnde & quando veniſtis vbi tamdiu latuiſtis:*

Opta-

Optatus verò contra Parmenianum. *Veſtræ, inquit, Cathedræ originem oſtendite, qui vobis vultis Eccleſiam vindicare.*

Noſtram autem Eccleſiam ab initio mundi, ad nos vſque duraſſe vti ſuperiùs deduximus, vel ſi de noui teſtamenti ſtatu loqui fas eſt, duraſſe à Chriſto quis inficiabitur? Atque in primis admirari operæ pretium eſt, omnium adminiſtratorem Deum, tantam Tyranorum feritatem, impietatémque toleraſſe, etenim quotquot Imperatores, ante Conſtantini magni Imperium regnauere, contra veritatis profeſſionem; inſana rabie furere non deſierunt.

Nam & Diocletianus Imp. ipſo Paſſionis Dominicæ die vt ſcribit Nichephorus hiſt. Eccl. cunctas Eccleſias, quæ in toto Rom. Imp. erant, euertit; verùm vix nouem anni interceſſerant cum & ipſæ denuò florere, atque multò maiore amplitudine, & ſplendore quam antea enitere ceperant, & tyrannus cum impietate ſua extinctus eſt.

Enimuerò tantum abfuit vt Plinius fuerit aſſequutus, quod ſpe conceperat fieri poſſe, vt ſi Chriſtianis, (quod ait) pœnitẽtiæ tempus daretur, quod profitebantur eſſe deſinerent, ac proinde Chriſtiana Religio eſſe deſineret, quin potiùs in immenſum excreuerit multitudo Chriſtianorum in Aſia, in qua & Bithinia erat, vt vnius tantùm ciuitatis populus

pulus frequens, conferto agmine, vt pro Chriſto mortem oppeteret, liberaliter ſe offerret. Quod Antonium tunc in Aſia Proconſulem (quod ſcribit Tertullianus ad Scapu. cap. 5.) in ſtuporem magnum adduxerit. Qui autem fuerint martyres, quos fortes in confeſſione perſiſtentes Plinius ipſe dicit, nullam apud Græcos vel Latinos mentionem inuenimus, vt vel hoc vno exẽplo planè intelligas, innumeros propemodum eſſe martyres, quorum non tantum acta obliuioni data ſunt; ſed omnis memoria ab eccleſiaſticis tabulis penitus exciderit.

Porro ex ijſdem Plinij litteris obſeruandum, Proconſules ſic animaduertere ſolitos in Chriſtianos, vt tamen quos nouiſſent Romana ciuitate donatos, Romam more maiorum tranſmitterent iudicandos, ex quibus poſſumus intelligere immenſum planè fuiſſe numerum martyrum, qui Romæ ſunt paſſi, quippe quoniam ex ijs qui Romæ tantùm agerent Chriſtiani, quorum innumera erat propemodum multitudo, ob confeſſionem nominis Chriſti vltimo ſupplicio afficiebantur, ſed nobiliores qui eſſent toto orbe Romano Chriſtiani, ad ſubeundum Romæ ſupplicium capitis amendari ſolerent, vt factum legimus Traiani temporibus de S. Ignatio Anthiocheno, Oneſimo Epiſcopo Epheſino, & alijs.

Sed & cùm Imperatores præter expectationem accidere viderent quo magis exciderentur Christiani nominis palmites, eo fœcundiori germine propagari, ac longè lateq; amplius maiori gloria dilatari, mœrore confecti, desperatione deuicti, rubore suffusi, mente turbati, iam regni pertæsi, ſeſe honeſto quouis titulo, ne faterentur quod erat, eſſe victos, imperio abdicarunt, illique vindictam in ſeipſos intulerunt, quam indigniſſimè à victoribus hoſtibus illatam accepiſſent, ſed ſatis hæc eſſe videri poterant, ad vltionem effuſi ſanguinis chriſtiani, horum prior velut Cain tremens ac pauens miſerrimè viuens diem extremum infæliciſſimè clauſit. Poſterior verò ſpontaneo laqueo ſe præfocans, vitam abrupit. Hunc eundem finem tandem accepit impietas, hunc exitũ ſortiti ſunt Principes (Diocletianus & Maximianus) diuinitatis hoſtes, & Chriſtiani nominis perduelles.

Pulchrè itaque Iuſtinus in Triphone, perſequutionem id eſſe Eccleſiæ, quod eſt in vineis putatio, vt enim vineæ putatione, ad vbertatem prouocantur, ita quoque Eccleſia perſequutionibus creſcit.

Atqui Dominus tum hæc bella contra Chriſtianos excitanda fore, tum Eccleſiam inuictam iri, prædixerat, quin etiam rerum euentus nos docent. Et conferto agmine, & furore

furore aperto Eccleſiam Catholicam in dies inſectari ab hæreticis, bellum verò illatum plus commodi, quàm pacem diſponente Deo ſolere nobis afferre, hæc enim molles, moroſos & timidos nos reddit, illud animoſos, fortes, & circumſpectos, & res præſentis vitæ tanquã fluxas nos contẽnere docet.

Antequam verò de ſingulis agamus, quæ præceſſerit cauſa, vt Deus tam immanem perſequutionem in Eccleſiam ſæuire permiſerit, quid in primis de ea re Sanctus Cypr. qui præſens hæc omnia exploratiſſima habuit, lib. de diſcipl. cap. 5. memoriæ commendauit, adducamus in medium; ipſe igitur in commentario quem ſcripſit de lapſis, hæc habet de huius temporis diſciplinæ vigore planè eneruato atque corrupto. *Si, inquit, cladis cauſa cognoſcitur, & medela vulneris inuenitur. Dominus probari familiam ſuam voluit; & quia traditam nobis dimittimus diſciplinam; pax longa corrumpit jacentem fidem, & penè dixerim dormientem, cenſura cæleſtis erexit, cumq; nos peccatis noſtris, amplius pati mereremur, clementiſſimus Dominus ſic cuncta moderatus eſt, vt hoc omne quod geſtum eſt, exploratio potius, quàm perſequutio videretur. Studebant augendo patrimonio ſinguli, & obliti quod credentes, aut ſub exemplis ante feciſſent, aut ſemper facere deberent, inſatiabili cupiditatis ardore, ampliandis facultatibus*

incubabant : nam in Sacerdotibus religio deuota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina, corrupta Barba in viris, in fæminis forma fucata, adulterati poſt Dei manus oculi, capilli mendacio colorati, ad decipiendum corda ſimplicium callidæ fraudes, circumueniendis ſubdolæ fraudes, iungere cum infidelibus matrimonij vinculum, proſtituere gentilibus membra Chriſti, non iurare tantum temere, ſed etiam peierare. Præpoſitos ſuperbo tumore contemnere, venenato ſibi ore maledicere, odijs pertinaciter inuicem diſſidere.

Copioſiùs verò cauſam, cur Deus Eccleſiã ſuam adeò afflictari permiſerit, ipſe Euſebius lib. 8. cap. 1. & 2. his verbis explicat. *Verùm, ait, cùm nos præ nimia quadam licentia in mollitiem delicatam, & diſſolutam ſegnitiem eſſemus prolapſi, cumq; alij alijs inuidere, maledictis inſerere, inſectare, & prope nos ipſi inter nos, petulantibus linguis tanquam armis mutuis, oppugnare, & in alterutrum verborum cõtumelias: velut haſtas vnus in alium extorquere, & populus in populum ſeditionem concitare inciperent, cumq; ficta & adumbrata ſanctitatis ſpecies, quæ oratione nequit exprimi, & ſimulatio fronte occultata, ad immenſam quandã prauitatem ſerpſiſſet, diuina vltio, dum permagna Chriſtianorum vbique verſaretur frequentia, parciùs, aliquando remiſſiùs & moderatiùs, vt ſolet primò, perſequutione ex fratribus inchoata.*

ata, cæpit in nos anim aduertere.

Sed vbi veluti ſenſibus orbati, & præſtricti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, vt diuinum numen in nos incẽſum, beneuolum, & placatũ efficeremus, ſed tanquam impij noſtras res, à Deo nec curari, nec animaduerti arbitrati, alia vitia alijs cateruatim adiecimus, & paſtores noſtri, depulſa, repudiataq́ue pietatis regula, diſſidio, & contentione inter ſe exarſerunt, quin etiam nullas alias res, præter diſcordias, minas, emulationes, inimicitias, & odium inter ſeipſos mutuo adaugere ſtuduerunt, & animis ambitionis æſtu incenſis, tyrannorum more principatum obtinere laborarunt. tunc demum iuxta Hieremiæ 2. ſententiam. *Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion, proiecit de cælo in terram inclitam Iſraël. & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui, & paulò poſt. Euſeb. l. 6. cap. 2.*

Verùm, non eſt noſtrum oratione exſoluere triſtes illas calamitates, quæ ad extremum inuectæ fuerunt, quandoquidem, neque diſcordias ante perſequutionẽ inter eos commotas, neque abſurdos, & importunos conatus noſtrarum partium eſſe putamus memoriæ commendare, quo circa neque amplius de illis ſcriptis prodere decreuimus, quàm vnde iuſtum Dei iudiciũ in illos

declaratum perſpicuè probare poſſumus, hæc Euſeb. omnem propemodum diuinæ commotionis & perſequutionis cauſam, reijciens in Christianos iam pridem moribus turpiter deprauatos.

Sed quo ſtatu aliquando res chriſtianæ fuerint, quo totus pene Romani imperij principatus velut caſu quodam inexplicabili depreſſus atque proſtratus videbatur, ſed maiori intelliges digna ploratu, ſi chriſtianæ religionis eius temporis damna perpendamus. Videre namque erat totum chriſtianum orbem ſub hæreticorum Principũ dominio conſtitutum, nullumque catholicũ Regem alicui ſaltem prouinciæ dominari, etenim Rex Arrianus Italiam dominio occupabat, Galliam Principes Burgundiones, & Gothi itidem Arriani, & Franci adhuc Gentiles partiti ſunt, Hiſpaniæ pariter Gothos Arrianos Dominos patiebantur, vniuerſa Africa Genſericum diu tyrannum, Arrianamque perſequutorem ſuſtinebat, vniuerſum verò Occidentale imperium Zenonem Imperatorem Eutichianum hæreticum ſimuulata perfidia bis iniquum experitur, quis hæc conſiderans animum non deſpondeat, ac penitus conſternatus, mœrorem lachrymis ac ſingultibus decoctum ſilentio deuoret, dum Eccleſiam vehementioribus vndique vndis propemodũ mersã intelligit.

Sed ma-

Sed manet cælo, terraque firmior diuina promiſſio qua portas inferi, vim omnem tyrannicam aduerſus eam minimè conualituram Dominus Ieſus Chriſtus pollicitus eſt, fremat igitur quantumuis pelagus, ſæuiant venti, grandines increbreſcant, explodantque nubes denſa fulgura, inſuper deorſum euomant ignes inferi portæ, omneſque in eam rugiant, vt feri leones ibi degentes dæmones, ſtabit tamen ſemper ouile Chriſti, & Petri nauicula incolumis apparebit, in qua licet obdormire qui regit eam Dominus noſter Ieſus Chriſtus videatur, in tuto tamen res eſt, quod ſciamus omnipotentem, ventos tandem fore increpaturum, & mare. Obnitentibus fruſtra Iudæis imprimis, poſtmodum Ethnicis, poſtremo hæreticis, nec ſolum perſeueraſſe, ſed etiam ex perſecutionibus creuiſſe. Quemadmodum enim arcam Noë, magis, ac magis aquæ diluuij attollebant, montes verò obruebant, ita & Eccleſiam non modò non ſubmergunt, ſed clariorem atque illuſtriorem ſuis perſequutionibus, atque oppreſſionibus hæretici & quilibet fidei aduerſarij oſtendunt.

Non eſt peritura Eccleſia.

Nam etſi contra Eccleſiam in nouiſſimis diebus exorituras hæreſes Spiritus Sanctus prædixit, prouidentiſſimè tamē etiā præmonuit haud diu duraturas Tim. 2, cap. 3. *Scit-*

Nullam habet hæreſis durationem.

ait Apoſtolus quod in nouiſsimis diebus, hoc eſt poſtrema mundi ætate, quę totum eſt Eccleſiæ tempus, *inſtabunt periculoſa tempora, & vti Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & iſti reſiſtent veritati*, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, & ſubiungit. *Sed vltra non proficient, inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus*. Et cum Petrus 2. c. 2. dixiſſet, *fuerũt Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erũt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, ſubiungit, omnibus iudiciũ iam olim non ceſſat & perditio eorum non dormitat*, Et rurſum Hierem. prædicens futuras hæreſes, (ſicuti interpretatur D. Aug. contra Fauſt. *Perdix fouit quæ non peperit* (*ſubiungit*) *in dimidio dierum ſuorum derelinquet eos, & in nouiſsimo ſuo erit inſipiens*. Hæc ille inſinuans hæreſes non habitaturas diuturnam ſtationem, Eccleſiam verò vbique & ſemper præualituram vti Pſal. 28. dicitur: *Sæpe me expugnauerunt à iuuentute mea, etenim non potuerunt*. In quam ſententiam ſcribit Theodoretus, *Sufficit inquit hæreticorum exitus*, ad eorum falſitatem conuincendam, quod enim falsũ eſt facile diſſoluitur, firmę autẽ & ſtabiles ſunt veritatis vires. Quocirca euanuerunt quidem diabolicæ operationis fabulæ. Valuerunt autem & germinauerunt Euangeliorum dogm[illegible] ulti ea oppugnaue-

nauerint populi, & populorum duces, regeſque ac Imperatores, permanſerunt ſupra petram collocata Eccleſiæ fundamenta: infauſtarum verò execrãdarumque hæreſum prædicatores fugerunt nullo perſequente, Dei enim vox eſt in Eſaia, audite me qui timetis iuſtum, populus meus, lex mea in cordibus eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis, ſicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea, ſalus autem mea in æternum erit, & iuſtitia mea non deficiet. Quæ quidem omnia probant Catholicam Eccleſiam, quæ tot cẽtenarijs contra omnes ſtetit inuicta, ipſam eſſe veram Eccleſiam, hæreſum verò exitus falſitatem conuincit, qui vel obſcuri ſemper fuerint, vel oppreſſi, atque pro hæreticis dãnati & extincti. Nec ſolùm noſtro, id eſt Catholicorum iudicio, ſed & ſua ipſorum ſententia, condemnati, neque enim fœdos alij aliorum mores patiuntur, aut errores. Æneas Siluius lib. de rebus geſtis Bohem. ſcribit Anabaptiſtas à Procopio belli Bohemici Duce, quanquam etiam Huſſita, internecione deletos.

Harum porro rerum imaginem, & temporum faciem aliqua ſaltem ex parte ſuperioribus ſęculis reddi conſpicimus, dum

Eccleſia Romana ſemper fulſit, licet ab omnibus principibus conculcaretur.

ceſſantibus penitus Occidentalis orbis Imperatoribus Rom. & regnantibus in Italia ad plura annorum ſpatia, Barbaris Arrianis, Catholicis omnibus, ipſiq; ſe potiſſimum Romanæ Eccleſiæ infenſiſſimis, nihilominus Romanæ Eccleſiæ ſemper effulſit auctoritas, atque maieſtas, perinde ac ſi tempora eſſent Conſtantini, atque Theodoſij Imp. non Romę tantum ſed vbique terrarum, vbi vigeret Chriſtiana religio. Sed admirabile diuinũ in adminiſtranda, ac defendenda Eccleſia conſilium, Deum permiſiſſe eiuſmodi feros, ac Barbaros Longobarbos, tota potiri Italia, vt eius dominio exueret Imperatores, quibuſuis Barbaris aduerſus Romanos atrociores, ſicque tandem fieret, excuſſa Græcorum tyrãnide, & vindicata à Francis cum vrbe Italia, eadem magna ex parte cæderet Romano Pontifici, ita ſuauiter ex more Deo cuncta diſponente, qui ſemper maiores Eccleſiæ clades, maioribus conſueuit compenſare prouentibus, ſicut & Eccleſiæ ipſius nomine cognoſcitur ceciniſſe Propheta Pſal. 4. in tribulatione dilataſti mihi, cum & concilium illud Græcorum euanuit, quo deprimere Romanam Eccleſiam diutius laborarunt, reddita illa magis magiſque, ex ipſorum cladibus amplio-re. Ita ſubſannat præpotens Deus miſerri-

morum

morum homuncionum impotentiam, qui ſe cum Eccleſiæ, tum Romani Pontificis ęſtimāt auctoritatem euertere poſſe, nihil aliud quidquam relaturi ſunt, quàm cum sūmo dedecore ignominiam ſempiternam, igniſque inextinguibilis incendium. Et quidem Eccleſiæ perſtitit & Romani Pontificis inuicta ſemper auctoritas mille ſexcentis & triginta duobus annis contra omnem tum Imperatorum Ethnicorum, tum hæreticorū immanem ſæuitiam perſtabit etiam infallibiliter vſque in mundi finem, promittente Domino. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Marceſcat liuor & inuidia atque amens furor improborum atque viliſſimorum hominum, qui falſis dogmatibus, & contumeliarum plenis, Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis, palam ſe hoſtes profitentur, & hi quidem in multis Europæ partibus magnam attulere vaſtitatem, religione miſerabiliter confuſa, ac perturbata, ſed qui poteſt Deus ſuſcitare ex lapidibus iſtis filios Abrahæ, impleuit ſcripturam dicentem. Pſal. 21. Commemorabuntur, & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ. Vocare non dedignatur Barbaras nationes, atque ex vaſtiſſimis Sinarum, longe diſſitarum gentium regionibus Indorum, Sinorum, Iapponū, Braſilię, & Peruanæ atque aliarum gentiū occidui orbis ampliſſimis regionibus, ab Idolatriæ cultu

vin-

Digitized by Google

vindicatis, populum ſibi peculiarem electũ conſtituere, qui auidè eius doctrinam amplectantur, gratia miraculorum confirmentur. Quæ cùm in ijs regionibus perplura à Catholicis fieri ſolita ſunt miracula, cùm in noſtro orbe Fratres Euangelici tam longè à miraculis edendis, quàm à vera fide ſint remoti. Viuunt genialiter, venereis amplexibus delectantur, vigiliæ, preces, ieiunia, Papiſtica apud illos ſunt commenta:

Qualem D. Bern. epiſtola ad Ildelphonſum Comitem 240. deſcribit Henricum, eũdemque litteratum, ſed relicto religionis habitu tanquam canem ad ſuum vomitum eſſe reuerſum, præ confuſione inter cognatos & notos habitare non ſuſtinentem, vel potius non permiſſum ob magnitudinem criminis, factum eſſe gyrouagum & profugum ſuper terram, cùmque mendicare cæpiſſet, poſuiſſe in ſumptu Euangelium, & venale verbum Dei, euangeliſaſſe vt manducaret, ſi quid autem ſupra victum elicere poſset à ſimplicibus populi, vel ab aliqua matronarum, in ludendo aleis, aut certè in vſus turpiores turpiter effundere conſueuiſſe, ſiquidem frequenter poſt diuturnum populi plauſum, nocte inſequuta cum meretricibus inuentum eſſe, & interdum etiam cum coniugatis, quare de Lanſana ciuitate, de Cenomanis, de Pictauis, de Burdegalẽſib⁹

igne-

ignominioſiſſimè eiectum, haud ei patuiſſe tunc vſpiam reuerſionis aditum, vtpote qui fæda poſt ſe reliquiſſet vbique veſtigia. En lector vitam moreſque Henrici hæretici, Petro Bruſtiani (ſic à Petro Bruis nominati) ac verò dum illum ſic audis à Sanctiſſimo Bernardo deſcribi, non tibi videtur iiſdem planè coloribus pinxiſſe noſtri temporis hæreſiarchas, ex Apoſtaſia pariter prodeuntes, & in gulæ, atque luxuriæ gurgitem ſeſe præcipites dantes.

DE VNIVERSITATE TEMPORVM ET LOCORVM.

CAPVT VI.

ALIA eſt nota veræ Eccleſiæ, amplitudo ſiue magnitudo, & varietas credentium. Illũd in primis obſeruatione dignum videtur D. Auguſt. cùm de hoc argumento ſcriberet apud quos eſſet Eccleſia Dei, non aliunde apud orthodoxos eſſe Eccleſiam demonſtrauit, quàm quod Eccleſiam illam tenerent, quæ omnium eſſet gentium & locorum, ita enim ait: Quicũque ab Eccleſia diſſentiunt, ita vt communio illorum non ſit cum toto, quantumcũq; diffun-

Definitio eorum qui non ſunt in Eccleſia.

„diffundatur, vel in aliqua parte ſeparata „inueniatur, manifeſtum eſt non eſſe in Ca-„tholica Eccleſia. Ad cuius propoſitionis probationem cum varias coaceruaſſet ſcripturas ex lege, Pſalmis & Prophetis, Euangelio & litteris Apoſtolicis, ſic concludit, lib. de vnitate Eccleſiæ cauſas, vſque ad 9. „Habeo inquit manifeſtiſſimam vocem Pa-„storis mei commendātis mihi, & ſine vllis „ambagibus exprimentis Eccleſiam mihi „imputando ſi ab ea ab errare voluero. Ideò „autem manifeſtam dicit, quia toto orbe diffuſam deſcribitur, ſic & lib. 2. c. 26. diſput. cont. Peſiliam Donat. „Obijcio ti-„bi ſciſmatis crimen, quod tu negabis, ego „autem ſtatim probabo, neque enim com-„municas omnibus gentibus, & illis Eccle-ſijs Apoſtolico labore fundatis. Idem eodem lib. 4. 104. duplex facit Enthimema ſic. „Eccleſia eſt ciuitas ſupra montem poſita, „quæ certum ſignum hoc habet, quod abſ-„condi non poteſt, nota ergo omnibus gen-„tibus, deinde ſubſumit, pars autē Donati, ig-„nota eſt plurimis gentibus. Non eſt ergo „ipſa vera Eccleſia. Plurima alia ex D. Aug. „in hāc ſententiā à nobis ſunt aliàs adducta.

Eodem argumento Optatus Mileuitanus contra Donatiſtas vtitur, cum ſimiles ſcripturas, quæ vniuerſalem Eccleſiam demonſtrār, & varias gētes Chriſtiani orbis enumeraſſet,

Digitized by Google

raſſet, ita concludit. „Cum manifeſtum ſit „& ipſa luce clariùs, nos cum tot innumera„bilibus populis eſſe, & tot prouincias no„biſcum eſſe, iam vos videtis in parte vnius „aut alterius regionis poſitos, & ab Eccleſia „veſtris erroribus ſeparatos, fruſtra vobis „ſolis hoc nomen Eccleſiæ cum ſuis doti„bus vindicatis.

In hunc modum in ſuo illo libello aureo de præſcriptionibus. „Quęrendum ait Ter„tull. ante omnia, quibus cōpetat fides ipſa, „& cuius ſunt ſcripturæ, id eſt, quæ & penes „quos ſit Eccleſia, hoc vt oſtendat, de Apoſtolorum prædicatione. „Illi (inquit) Eccle„ſias apud vnamquamque ciuitatem condi„derunt, à quibus traducem fidei, & ſemina „doctrinæ, cæteræ Eccleſiæ exinde mutua„tæ ſunt, & quotidie mutuantur vt Eccleſię „fiant. Ac per hoc ipſę Eccleſiæ deputan„tur vt ſoboles Apoſtolicarū Eccleſiarum. Habes hic propagationem, & traducem Eccleſiæ perpetuam, & per vnaquæque loca, tanquam veram Eccleſiæ formam. Et vt ſe in Eccleſia eſſe hoc argumento comprobet. „Nos (inquit) communicamus Eccleſijs „Apoſtolicis, quod nulla doctrina aduerſa, id eſt, hæreſis, facit. Et hoc teſtimonium veritatis & hoc argumentum inuictum dum putat, ſubdit. „Sed quum tam „expedita hæc eſt probatio, vt ſe ſtatim

prote-

„proteratur, nihil ſit iam amplius retractan-
„dum, locum interim demus aduerſę parti,
„ac ſi probatum non eſſet. Et idem in prin-
„cipio libri: Solemus inquit compēdij gratia
„hæreticis dę poſteritate præſcribere. Veri-
„tatis enim regula prior. Valet autem hæc
præſcriptio, quia eſt omnium temporum
Catholica, noua & certi temporis omnis hę-
reſis.

Eccleſia Catholica omniú eſt temporum & locorum

Sed importunius hāc vniuerſitatem, loco-
rum, & temporum eodem lib. Tertul vrget.
„Quid veriſſimile eſt, vt tot & tantæ Eccle-
„ſiæ, in vnam fidem errauerunt? Scilicet
„aliquos Marcionitas, aut Valentinianos
(dic hodie Lutheranos aut Caluiniſtas) libe-
„randa veritas apportabat? Interea perpe-
„ram Euangelizabatur, tot millia millium
„perperam baptiſata, tot opera fidei perpe-
„ram: miniſtrata? tot virtutes tot chariſma-
„ta perperam operata? tot ſacerdotia, tot
„miniſteria perperam functa? tot denique
„martyria perperam, & in vanum, obita?

Ad eundem modum contra errores Orige-
nis & contra Luciferi tom. 2. ad Pamma-
chium & Oceanum. „Poteram (inquit)
„Hieron. omnes propoſitionum tuarum ri-
„uulos vno Eccleſiæ ſole ſiccare, ſed bre-
„uem tibi apertamque animi mei ſentētiam
„proferam, in illa eſſe Eccleſia permanen-
„dum quæ ab Apoſtolis fundata, vſque ad
diem

„diem hanc durat ſicubi audieris eos, qui „dicuntur non à Chriſto, ſed ab alio quo„quã nominari, Marcionitas, Valentinia„nos, Montenſes &c. ſcito non eſſe Eccleſiã „Chriſti, ſed Antichriſti ſynagogam, ex hoc „enim ipſo quod poſtea inſtituti ſunt eos ſe „eſſe iudicant, quos Apoſtolus futuros eſſe „prænunciauit.

Vides ergo vt inde hæreſim probant Patres, quia poſteriùs & nuper exorta eſt, quia ſucceſſione caret, conſtat eos enim cum corpore Eccleſiæ non conuenire, non etiam nos ab illis, ſed illi à nobis receſſerunt, neque enim Diuus Auguſt. aliunde hæreſes deſcribit, ſiue vt Cathecumenos, & Fideles doceat, ſiue paganos ad fidem inuitet, ſeu deniq; hæreticos ab Eccleſię ſocietate arceat. „Hæreſes de Eccleſia catholica exierunt, „tanquam ſarmenta inutilia de vite præciſa, ipſa autem manet in radice ſua. Quo argumento hoc probat. „Tenemus, „inquit, hæreditatem Chriſti, illi eam non „tenent, & quare? Subijcit, non communi„cant orbi terrarum, non communicant vni„uerſitati redemptæ Sanguine Domini. Se„curi ſumus de hæreditate; quiſquis huic „hæreditati non communicat, foras exijt.

Commu-nio hære-ditatis Chriſti.

Hoc argumento apud ſe & ſuos Optatus Milenitanus Epiſcopus, tract. 3. in epiſt. Ioannis l. 2. eſſe Eccleſiam, contra Parm.

probat, ex gentium hac communione, & locorũ vniuerſitate: ſi apud vos, inquit, Donatiſtas eſt Eccleſia in vno angulo terræ, apud nos in alia parte Africæ non erit, in Hiſpanijs, in Italia, in Gallijs, vbi vos non eſtis, non erit. Et poſt pluribus enumeratis concludit, per tot innumerabiles inſulas & prouincias, vbi vos non eſtis, non erit. Vbi ergo erit proprietas Catholici nominis, quod ſit vniuerſalis & vbique diffuſa, & poſt varias ſcripturarum rationes, quæ huiuſmodi Eccleſiam demonſtrant, ergo inquit probauimus Eccleſiam eam eſſe Catholicam, quæ ſit toto orbe terrarum diffuſa.

Poſtremò illuſtrè eſt quod D. Athanaſius, cęterique Epiſcopi Ægipti, Thebaidis, & Libiæ, pro Nicæna fide amplectenda ad Iouinianum ſcripſere Imper. ſcribunt enim, vt commemorat Theodoretus lib. 4. Eccle. hiſt. cap. 3. in hunc modum; & cum inducunt in ſententiam ſuam. Dedimus operam neceſſario, vt fides in conſilio Niceæ roborata tuæ pietati traderetur, vt ipſe intelligas, quãto in errore verſentur hi qui fidem contrariam docent, nam pro certo ſcias velimus Auguſte ſanctiſſime, hanc ipſam ab omni ſęculorum memoria prædicatam fuiſſe. Hanc confirmarunt S. Patres Niceæ coacti, huic omnes vbique Eccleſiæ aſſenſæ ſunt, vt Hiſpaniæ, Britannię, Gallię, Italiæ totius, Dalmatiæ,

matiæ, Miſiæ. Macedoniæ, & cũctæ Græciæ, & omnes Eccleſiæ Africæ, Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphiliæ. Liciæ, Iſauriæ, & Eccleſiæ Ægipti, Libiæ, Ponti, Cappadociæ, & regionum finitimarum, Orientis denique Eccleſiæ, exceptis paucis, quæ ſectæ fauent Arrianæ, nam iſtarum omnium re ipſa exploratam & cognitam habemus ſententiam, litteras ab illis accepimus, proque certò ſcimus ſanctiſſime Auguſte, quod quamuis pauci huic fidei contradicant, non tamen præiudicium inde poteſt orbi fieri.

His Patrum auctoritatibus, & ſententijs Auguſtini, Cypriani, Hieronimi, Irenęi, Tertulliani, Hilarij, Gregorij, Naziãzeni, Optati, Baſilij, Athanaſij admoniti, ne dixeritis nouatores, ecce hic, ecce iſtic eſt Chriſtus quod ſignificat terrarum partes, ſed dicite quia Eccleſia vbique eſt, doleo veſtram diſceſſionem, doleo ſeparationem veſtram, doleo veſtram præciſionem à Chriſti corpore, meminiſſe vos attentiùs oportet, vt quemadmodum regnante quõdam diluuio, qui fuerunt extra arcam Noë, perierunt. Ita & qui extra Eccleſiam Catholicam ſunt, ſalutem conſequi non poſſunt, intra huius Eccleſiæ vos ſepta concludite, quem ſenſum, & conſenſum illius eſſe videtis, ab eo temerè ne diſcedatis, quidlibet per ſua membra ſibilet ſathanas, quia ex numero eruditiſſimorum

Nulla extra Eccleſiam ſalus.

non omnes eſtis, aliud non reſpondeatis, quam credimus ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſicut ab illa edocti ſumus, credimus quam ſcripturam aſſeris eſſe canonicam diuinitus afflatam, & tanquam Dei verbum eſſe recipiendam, ſic non alio ſenſu, quàm quem illa nos docuit, hanc ipſam ſcripturam verbum Dei eſſe credimus, & tanquam Dei verbum recipimus, ſi quis autem contrarium ſenſum afferat, eum tanquam à malo ſpiritu profectum repudiamus, & anathematizamus.

Ex quibus videas, vt firmiſſimè ſe argumentari ſanctiſſimi Patres non dubitent, dum vel apud ſe Eccleſiã eſſe, vel aduerſarios in Eccleſia non eſſe, demonſtrare volunt illud enim partim ab vniuerſitate, & omnium gentium communione, partim à perpetuitate demoſtrant. Quos ſequuti Vincentius Lyrinenſis, & Thomas Waldenſis, docent ex hac duplici locorum, & temporum vniuerſitate, tum veram Eccleſiam Catholicam inueniri, tum falſo dictas hæreticorum Eccleſias diſcriminari, & deuitari debere. Ex quibus omnibus ſatis perſpicua ſit huius duplicis notæ, & proprietatis, in vera Eccleſia inuenienda tum in falſo dictę hæreticorum Eccleſiæ dogmate cognoſcendo & deuitando, veritas certiſſima, & praxis manifeſtiſſima. Et quemadmodũ ab harum

proprie-

proprietatum locorũ videlicet & temporum vniuerſitate Eccleſia dicitur Catholica. Ita & propter easdem dotes locorum & temporum in Symbolo Conſtantinopolitano, Eccleſia vocatur vna. Namque illa eſt vera Eccleſia, quæ per vniuerſum orbem diffuſa eſt Catholica, nec aliter tenetur iſta omnium gentium communio, quam quia vna eſt, per vniuerſum orbem fides, & in vnitate fidei omnes communicant, perfecta quia Catholica eſt, & propter vniuerſitatem quã habet, tenet vnitatem.

Pulchrè de ea re ratiocinatur Optatus l. 2. contra Parmen. „ Eccleſiæ dotes, (ſcribit) „ id eſt Eccleſias particulares (nam primam „ de totibus, vocat Cathedram Petri, Eccle- „ ſiam Romanam) ita ſibi connexas, & in- „ diuiduas eſſe conſtat, vt intelligatur vna „ ab altera ſeparari non poſſe, etenim nume- „ rantur in nomine, ſub vno intellectu ſuo, „ (id eſt vna fide) iunguntur in corpore, „ vt in manu digiti, quos interuallis ſingu- „ lis, videmus eſſe diſtinctos, vnde qui te- „ net vnum, totum teneat neceſſe eſt, cum „ vnuſquiſque à partibus ſeparari non poſſit. „ Itaque non vnũ ſolum, ſed omnes propriè „ poſſidemus.

Nec minus luculenter, partium harum cum toto communionem deſcribit, varijs à rerum natura petitis exemplis D. Cy- *Alia comparatio.*

prianus in libello de ſimplicitate Prælatorũ.
„ Quomodò, ait, ſolis multi radij, ſed lumen
„vnum; & rami arboris multi, ſed robur v-
„nũ tenaci radice firmatum. Et cùm de fon-
„te vno multi riuuli defluunt, numeroſitas
„licet diffuſa videatur, exundantis copiæ
„largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine.
„ Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa per or-
„bem terrarum radios ſuos porrigit. Vnum
„tamen lumen eſt, quod vbique diffundi-
„tur, nec vnitas corporis ſeparatur, ramos
„ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis
„extendit, profluentes largiter riuos latiùs
„expandit. Vnum tamen caput eſt, origo v-
„na & vna mater ſucceſſibus fœcundis co-
„pioſa. Quibus verbis aperta ratione Di-
uus Cyprianus tum Eccleſiæ perpetuitatem,
tum eius vnitatem docet, cùm & lumini ſo-
lari, & arbori, quæ in eſſe & re permanenti
vna ſunt, comparauit, flumini comparauit
cuius origo eſt vna, fœcunditatis ſucceſſi-
bus copioſa. Sic itaque Eccleſia, quia per-
petua, & ſemper ſibi ſimilis ideo vna. Sic v-
na Eccleſia, continuatione cum illa, quæ
Hieroſolimis in die Pentecoſtes manifeſtata
eſt, eodem ſpiritu, eadem fide & religione
edocta.

CVR

CVR APOSTOLICA NOMINATVR?

CAPVT VII.

SED & Eccleſia propter eaſdem proprietates, locorũ videlicet & temporum, Apoſtolica vocatur, quia ab Apoſtolis per omnes Prouincias ſuas diſperſis, incipientibus in Hieruſalem, vbi & Spiritum S. receperunt in die Pentecoſtes, fundata & propagata eſt per omnem terram, dicente Apoſtolo, Rom. 10. ,, In omnẽ ter-,,ram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis ,,terræ verba eorum. Et Eſaia prænuntian-,,te: De Syon exibit lex, & verbum Domi-,,ni de Hieruſalem; iudicabit gentes, & ar-,,guet populos multos, quem locum expo-,,nens Dominus noſter actuum Apoſtol. 1. ,,dicebat Apoſtolis ſuis: eritis mihi teſtes in ,,Hieruſalem, & in omni Iudęa & Samaria, ,,vſque ad extremum terræ. Vnde & Apo-,,calypſis 21. loquens Diuus Ioannes de Ec-,,cleſia. Vidit murum illius ciuitatis haben-,,tem duodecim fundamenta, & in iſtis duo-,,decim nomina duodecim Apoſtolorum ,,& Agni.

Huius notæ multiplices rationes præter eam quæ iam allata eſt, reddi poſſunt: Noſtra etſi Ecclesia dicitur fundata ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ſpecialiter tamen dicitur fundata ab Apoſtolicis, quia per Prophetas prænunciata, paucis innotuit, per Apoſtolos per orbem terrarum diffuſa & manifeſtata eſt.

Apellatur præterea Apoſtolica, quia illorum prædicatio, cæteris communicata Eccleſijs, perpetua ſucceſſione, in Eccleſia conſeruata eſt, ex huius doctrinæ Apoſtolicæ ſucceſſione, ac continuatione perpetua antiquiſſimi patres, hæreticos ſui temporis præſcriptos prouocabant, in primis Tertull. lib. de præſcrip. Apoſtoli (inquit) apud vnamquamque ciuitatem Eccleſias cõdiderunt, vel per ſe, vel per alios, vt B. Petrus, per S. Marcum Alexandrinam. Paulus per Titum. cap. 1. voluit vt conſtitueret præsbiteros per ciuitates, ab his autem ciuitatibus, ſeu Eccleſijs, ab Apoſtolis conſtitutis traducem fidei, & ſemina doctrinæ, cæteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, vt Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputabuntur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum, omne enim genus ad originem ſuam cenſeri debet. Erunt itaq; tot, & tãtæ Eccleſiæ,

„vna illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. „Sic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dũ „omnes vnam probant vnitatem. Qua ex „re, hæreticos, vt ſi ad Eccleſiam pertineant, prouocat, vt ſuam perpetuitatem ab Apoſtolis vſque deductam oſtendant. „Edant „(inquit) origines Eccleſiarum ſuarum, „euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, „ita per ſucceſſiones ab initio decurrentes, „vt primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apo„ſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum „Apoſtolis perſeuerauerit, auctorẽ habuerit „& anteceſſorem, hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt.

De Sinirnæorum verò & Romanorum Eccleſia, quarum illa ad Ioannem hæc ad Petrum originem ſuam refert, exemplum ſubijciens. „Confingant (inquit) tale ali„quid hæretici, ſed & ſi confixnerint, nihil „promouebunt. Ipſa enim eorum doctrina, „cum Apoſtolis comparata, ex diuerſitate „ſua, pronunciabit, neque Apoſtoli ali„cuius authoris eſſe, nec Apoſtolici viri.

Pari ratione, & Ireneus lib. 3. cap. 3. contra hæreticos diſputat. „Habemus (in„quit) enumerare eos, qui ab Apoſtolis inſti„tuti ſunt Epiſcopi, in Eccleſijs, & ſucceſſo„res eorum vſque ad nos, qui nihil ad nos „tale detulerunt. Sed quia valde longum „eſſet omnium Eccleſiarum enumerare

„ſucceſſiones, maximæ, & antiquiſſimæ, & „ab omnibus cognitæ Romæ fundatæ, & „conſtitutæ Eccleſię fidem ad nos vſque per „ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem „indicamus.

Mox verò omnes Romanos Epiſcopos à Petro ad Eleutherium vſque tunc Romæ ſedentem enumerat. Et hanc pleniſſimam veræ Eccleſiæ oſtenſionem vocat, ſeu demonſtrationem, & alibi, lib. 4. cap. 63. „Agnitio (inquit) vera eſt Apoſtolorum „doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus in v„niuerſo mundo, & caracter corporis Chri„ſti, ſecundum ſucceſſiones Epiſcoporum, „quibus illi eam quæ in vno quoque loco „eſt, Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit „ad nos vſque cuſtodita. Hæc idem Iren. „lib. 4 c. 63. Eodem argumento vtitur Op„tat. lib. contra Parm. 2. Veſtræ (inquit) „Cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis, Sanctam Eccleſiam vindicare, enumerat enim eodem loco, Rom. Pontifices, à Petro vſque ad Syricium ſui temporis Papam. „Qui inquit noſter eſt ſocius; & cum „quo teſtimonium in vna communionis ſo„cietate concordat. Iiſdem argumentis vtitur. S. Aug. in pſalm. tom. 7. „Venite fra„tres ſi vultis, vt inſeramini in vite, dolor „eſt, cum vos videmus ita præciſos ia„cere, numerate Sacerdotes, vel ab ipſa Pe-

tri

„tri ſede, & in illo primum ordine, quis cui
„ſucceſſit videte, recenſens ſcilicet ordinem
„Rom. Pontificum à Beato Petro, vſque
„ad Anaſtaſium, tum temporis ſummum
„Pontificem, in hoc ordine ſucceſſionis nul-
„lus Donatiſta, nullus hæreticus inuenitur
Epiſcopus. Ita hi doctiſſimi Patres contra
hæreticos, quia Eccleſijs labore Apoſtolico fundatis non communicabant, diſputauere.

Ex hac ſucceſſione epiſcoporum in Romana Eccleſia ab Apoſtolis deducta vſq; ad nos, vocatur etiam Apoſtolica, quam Irenęus (vt diximus) pleniſſimam veræ Eccleſiæ oſtenſionem, ſeu demonſtrationem vocat.

Ad euidentiorem huius rei declarationem, notandum eſt, Romanam Eccleſiam cum reliquo toto orbe Chriſtiano, & ſemper per ſingulas ætates communicaſſe, & hodie communicare, vt omnium gentium communio non niſi in hac ſola haberi poſſit.

In hac quoque Eccleſia, perpetuam Epiſcoporum, & Eccleſiarum ſucceſſionem fuiſſe, vt in hac ſola Chriſtum perpetuò regnaſſe, veritatem docuiſſe, peccata remiſiſſe, aliaque munera, ad quæ vicarios ſuos deſtinauit, exercuiſſe, manifeſtè intelligatur.

Poſtremò fidei propagationem, & conſeruationem in hac ſola, & per hanc ſolam Eccle-

Eccleſiam, perpetuò factam fuiſſe vt in hac ſola corpus Chriſti, eiuſque ædificationem, extitiſſe euidenter perſpiciamus.

Conſtat autem Eccleſias omnium ætatum & locorum cum Eccleſia Romana communicaſſe, & Romanam cum illis. Nam & de controuerſijs fidei ſiue quibuſcunque alijs perturbatæ religionis difficultatibus, aut illatis iniurijs, ad Rom. Cathedram iudicij, conſilij, aut cuiuſuis auxilij cauſa confugere ius illis erat. Cyprianus Afer contra Nouatianos ad Cornelium Rom. Pontificem literis ſcriptis, eius opem lib. 1. epiſt. implorat. Et cum Epiſcopis illis ipſis, qui rebaptizandos hæreticos ſtatuerant à Sixto Papa Stephani ſucceſſore admonitus, mutata ſententia, in eadem cum Rom. Eccle. vnitate vſque ad martyrium perſtitit. Et D. Hier. in epiſt. ad Damaſum Papam cum in Oriente ab hæreticis ſolicitaretur in partes. Ego (inquit) ad Damaſum nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri communioni conſocior, ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio, quicunque extra hanc domum comederit agnum, profanus eſt &c. & paulò poſt. Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum, quicunque tecum non colligit, diſpergit. Hoc eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Sed & pro eodem valet

argu-

argumento, hæreſiarchas duos licet imprudentiſſimos à Ponto alterum, alterum ex Ægypto ſe in vrbem conferre, illiuſque Eccleſiæ communionem quærere; dolo tamen ſuffurari eamque affectare, vt ſemel licet expulſi, iterum recantantes palinodiam, eidem ſe inſinuare auderent, quippe qui ſcirent communicantes cum Rom. Eccleſia, ab omnibus Chriſtiani orbis Eccleſijs recipi, ab illa verò reiectos, ab omnibus quoque reſpui. Videas & quâ arte Marcion eius communionem conſequi conatus ſit, quippe qui ex animo illi ſe coniungi ac penitus ſe inhærere ſignificaret, ſuam quoque non leuem pecuniæ ſummam in eam contulit, nempe ducenta ſiſtertia, quæ pendunt quinque aureorum millia, porro eadem ipſa eidem rurſus eiecto mox reddita fuere. Eſt illud quoque ad priſtinos Eccleſiæ inſinuandos mores obſeruatione digniſſimum, ea demum conditione promiſſum fuiſſe Marcioni reditum in Eccleſiam, ſi quos ſeduxerat, eoſdem Eccleſiæ reſtitueret, nimirum ea adhibita ſatisfactione, vt publicè contraria ijs quæ dixerat, prædicaret.

Marcion à Ponto & Cerdrō Hæreſiarchæ fidē catholicam ſimulantes ab Eleuthe- rio Papa proſcripti. Meletius ex Aegipto qui & idóla coluit, à Petro Alexandrino, poſtea in Synodis depoſitus

Sed & Policarpus B. Ioannis Apoſtoli diſcipulus, pro quæſtione de Paſchate ex Aſia Romam profectus, vt ſcribit Irenęus Epiſcopus Lugdun. l. 3. c. 3. & Euſeb. l. 4. c. 13. cum Aniceto Rom. Pont. communicat.

Sed &

Sed & Origenem de hæreſi accuſatum meminit Hieron. in epiſt. de erroribus Origenis, miſſo ad Fabianũ Rom. Pont. Rom. libello pœnitentiæ, apud eum ſe excuſauit.

Et qui redire ad Eccleſiam Epiſcopi pænitentes ſimularunt, quod ſectati eſſent Pelagium, ijs omnem recipiendi ſedem, ſpem ademerunt, qui in Conſilio Regienſi interfuerunt Patres, hoc experimento probantes qui verè pæniterent, vel fictè, quin etiam haud facilè eos ad communionem catholicam, nedum ad ſedem ſuam eſſe recipiendos, exemplum docet Sixti Rom. Pontificis, de Iuliano Epiſcopo Pelaziano, hoc habet in Cron. S. Proſper, hac inquit tempeſtate Iulianus Attellanenſis, jactantiſſimus aſſertor Pelagiani erroris, quem dudum amiſſi Epiſcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi, correctionis ſpem præferens, molitus in communionem Eccleſiæ irrepere. Sed ijs inſidijs Sixtus Papa, Diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrens, nullum aditum peſtiferis conatibus patere permiſit, & ita omnes Catholicos, defectione fallacis beſtiæ, gaudere fecit, quaſi tunc primùm ſuperbiſſimam hęreſim Apoſtolicus gladius detruncaſſet.

Tertullianus quoque in libro de præſc. à Romana, inquit, Eccleſia, præſto eſt nobis auctoritas, ſtatuta moxque illius Eccleſiæ

& ſe-

& ſedis Epiſcoporum ſucceſſionem omnibus hæreticis opponendam docet.

Et Victor Epiſcopus, lib. 2. de perſequutione Vandalica, ſcribit Eugenium Carthaginenſem Epiſcopum, iuſſum à Wandalorum Rege, de fide diſputationem inſtituere, noluiſſe id facere priùsquàm de tranſmarinis partibus Epiſcopos accerſiſſet, qui vnà inquit, nobiſcum fidem demonſtrare valeant, & præcipuè Eccleſiam Rom. quæ caput eſt omnium Eccleſiarum.

Sed & Irenęus Apoſtolis atque eorũ diſcipulis, & eorum auditoribus penè coęuus Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus lib. 4. c. 13. nonniſi à Romana Eccleſia ſucceſſionẽ veræ doctrinæ petit contra Valentinianos hæreticos.

Enimuerò Romanam Eccleſiam in ambiguis conſulendam eſſe, non modò hæ rationes demonſtrant, ſed & innumeræ quibuſcunque ſęculis, ea de cauſa miſſæ legationes, certo certius manifeſtant.

Poſtremò propter euidentiſſimam totius orbis communionem, habent & Romani Pontifices in omnibus locis & regni reſponſales ſuos, ſeu legatos qui de cauſis fidei ad eos ſemper Romam referrent. Innumera huius cum Romana Eccleſia communionis exempla afferri poſſent, quæ niſi à Deo reprobatum animum etiam pertinaciſſimum expugnare queant.

Eſt & alia huius communionis praxis literarum formatarum, de quibus in Conſilio Africano Cartagine celebrato cap. 6. in quo ſancitum eſt, vt ad comitatum euntes formatam acciperent ad Romanum Pontificem, à quo aliam quærerent formatam, hæc idcirco ne hæretici Catholico nomine velarentur; nam illi tum manifeſti Catholici haberentur, quos communicare cũ Rom. Pontifice formatæ ab eo litteræ acceptæ ſignificarent; illud verò in hac Synodo ipſis formatis addi præceptum eſt, vt in eis dies Paſchæ illius anni apponeretur, quod ſi nõdum definitus ſciretur, quo litteras dari contingeret, ante eius diei promulgationẽ, tum decretum eſt apponi ad formatã diem anni præteriti, poſt diem Paſchæ ſcilicet, vt euenire ſolet cùm in publicis ſcriptis poſt Conſulatum factum quid ſcribitur. Accidere enim conſueuit, vt Occidentales Eccleſię diſcerent, ab Eccleſia Rom. diem celebrãdi Paſcha cuiuſlibet anni; ipſum verò Rom. Pontificem ante annum illum ſignificare conſueuiſſe, ea adhibita modeſtia, vt ſi quis quid contra obijcere vellet, audiretur, literæ Innocentij Papæ ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum datæ ſignificant.

De formatis literis ex Conſilio Cartag.

Antiquiſſimus itaque fuit formatarum vſus, vt per communicatorias literas Rom. Pontificis, vnitas Eccleſiæ monſtraretur; in

Conſi-

Conſilio enim Nicęno cap. 18. forma quędam eiuſmodi literarum, ne fraus irreperet, eſt inſtituta, non autem recens res ipſa eſt introducta. Quæ autem dicebantur formatæ, aut communicatoriæ literæ, canonicæ epiſtolæ appellabantur; quin etiam Theophilus Epiſcopus Alexand. eaſdem & pacificas, quas & idem eccleſiaſticas in tertia paſchali epiſt. & in prima canonicas appellat; in conſilio autem Calcedonen. cap. 11. nūcupatæ reperiuntur pacificæ, ſolitas quoq; à recenti Epiſcopo ordinato, ad collegas dari.

Concedebantur etiam pacificæ, nempe communicatoriæ, pauperibus peregrinantibus, quibus eorum fides catholica probaretur.

De rebus verò à Sixto decretis, ibi ſtatutum eſt, vt quicunque Epiſcopus euocatus fuerit ad ſedem Rom. Apoſtolicam, rediens ad Parochiam non ſuſcipiatur, niſi cū formatis ſalutationis ad plebem à ſede Apoſtolica. Eiuſmodi ſiquidem formatarum commercio vnius Eccleſiæ catholicæ ſeruari ac proinde probari ſolitam vnitatē, tradit Optatus lib. 2. contra Parm. de his ſuprà.

Has etiam formatas epiſtolas, à ſolo Epiſcopo licebat accipere, aut ſaltem eius Vicario, aut Chorepiſcopo.

Hæc eſt Orthodoxiæ teſſera, litterarum

earum mutuus atque reciprocus vſus.

Hinc in ſer. obitus fratris ſui Satyri Sanctus Ambroſius commendat magnis præconijs eundem fratrem ſuum, eo quod in externa regione volens Sacramentis communicare, percunctatus fuerit ab Epiſcopo eius loci, an cum Epiſcopis Catholicis, hoc eſt, cum Romana Eccleſia conueniret.

Ex quibus ſanè Ambroſij verbis, & hanc externam communionem Orthodoxiæ teſſeram fuiſſe, & præterea propter euidentiſſimam Romanæ Eccleſiæ cum toto orbe communionem pro eodem tunc eſſe habitam Romanam Eccleſiam, & Catholicam Eccleſi am, aduertere licet. Nec tamen inſolens aut nouum apud veteres loquendi hoc genus fuit, ſic enim S. Hieronymus contra Rufinum Apologia 1. ſcribit. ,, Si Romanam fidem ſuam dicit, ergo Catholici ſumus. Sic & Auguſtinus Romanā Eccleſiam & Romanum Imperium, pro totius orbis Eccleſia & imperio accipit, ſcribens contra Pelag de peccato orig. lib. 2. cap. 17. ,, Non ,, ſolum epiſcopalia concilia, & Apoſtolicam ,, ſedem, ſed etiam vniuerſam Romanā Ec-,,cleſiam, Romanumque imperium rectiſſi-,,mè fuiſſe commotum. Vbi apertè per vniuerſam Romanā Eccleſiam totius orbis, & catholicam Eccleſiam intelligit, & quia ab omni hæreſi ſemper fuit immunis.

Et quid

Et quid ille Priuatus, cùm enim D. Cyprianus epiſt. 21. admonuiſſet Romanum Clerum, cauendum hominem ſubdolũ, catholico nomine peruagãtem atque Romam aduenientem, vt ab omnium Principe eccleſiaſtico communionem catholicam ſuffurari poſſet, qua obtenta eius prærogatiua, cum cæteris quoque communicare poſſet Eccleſijs, quid ad hoc Romanus Clerus reſcripſerit, audiamus, quod autem pertinet ad Priuatum Labeſitamum, pro tuo more feciſti, qui rem nobis ſollicitè nunciare voluiſti, omnes enim nos decet pro corpore totius Eccleſiæ, cuius per varias quaſque prouincias membra digeſta ſunt excubare, ſed nos etiam ante literas fraus hominis latere non potuit, nam cùm quidam ante ex hac eius nequitiæ cohorte veniſſet Vexillarius Priuati,&furto,& fraudulenter literas à nobis elicere curaret, nec quis eſſet latuit, nec literas quas volebat accepit. Hæc ille.

Ex quibus intellIgas, quanti facerent hæretici Rom. Eccleſiæ communionem, qui ſcirent ſe omni hæreſeos infamiæ aſperſa labe purgandos, Catholicoſque ab omnibus comprobandos, ſi ſe cum ea communicare eius literis demonſtrarent, vt ſanè appareat Romanæ ſolius Eccleſiæ cenſura hæreticos à cæteris Catholicis diſcriminari, eos nimirum habendos Catholicos, quibus illa

Digitized by Google

Catholicæ communionis literas impertiret; illos verò è contrà ab omnibus hæreticos atque ſciſmaticos eſſe cenſendos, quibus illa communicationem denegaſſet, quæ idcirco olim Catholica communicatio dicebatur, quod ab alijs pariter Eccleſijs impertiretur, quàm ante quis à Romana Eccleſia percepiſſet.

Fuit & alia vetus conſuetudo, quâ Rom. Eccleſiæ Epiſcopi ad omnes coepiſcopos catholicæ communicationis mittere ſolerent Euchariſtiam, ſed qui ea indigni ab ipſis iudicabantur, ijdem vt execrabiles, & ab Eccleſia extorres, ab omnibus vitabantur, qui enim eo modo non communicarent Romanę Eccleſię, excommunicati ab omnibus cenſebantur. Tanta erat in Petri Cathedra auctoritas.

Hoc declarant Athanaſij ex Nicephoro verba, qui eam etiam cauſam aduentus ſui in Rom. vrbem, antequam in Orientem ad Conſtantinum fuiſſe tradit, nimirum vt cum Romana Eccleſia communicaret.

S. Athanaſius Romam profectus, communicationis Rom. Eccleſiæ cauſa,

Epiſcopus autem Eccleſiæ particularis ſic cenſebitur Catholicus, ſi ab Anteceſſorum ſuorum fide non diſceſſerit, Anteceſſores verò ipſi tum Catholici cenſebuntur, ſi ordinem ſuum conſeruent, numerandi autem illius Eccleſiæ Epiſcopi, qui perpetua ſerie in eadem ſede ſucceſſerunt, & à quo primus

mus Epiſcopus ordinatus fuerit, attende; ſi enim is Apoſtolus non fuit, originem tamen ſuam ad Apoſtolos referet, ſi à Romana ſede, quæ Apoſtolica eſt confirmatus, aut ab aliquo Epiſcopo Romanæ ſedis vnitatem tenente confirmatus, hæc veræ Eccleſiæ cognoſcendæ praxis, quæ ad Apoſtolos vſque deducitur. Eccleſiæ verò Græcorum, Armenorum aliquot ſæculis totius orbis communione gaudebant, poſtea ad ſchiſma (vt Græci) & ad alias doctrinæ corruptelas, vt Armeni dilapſæ ſucceſſionis filum abruperunt, quia à communi, & maiorum ſuorum doctrina receſſerunt.

Iam verò quod ad doctrinæ & religionis, non ſolum perſonarum ſucceſſionē attinet, par ratio ineunda eſt, neque dubitandum, eum qui alijs legitimè ſucceſſit, & cui legitimè ſucceſſum eſt, in eandem quoque fidei ac religionis doctrinam ſucceſſiſſe, nam ſi à Prædeceſſoris ſui fide, quiſpiam Epiſcopus recederet, non ille pro ſucceſſore eſt habitus, ſed & præciſus ſemper fuit. Sìc in Dyptyca nomen habere, id eſt, in Eccleſiæ matriculã & tabulas referri Catholicorũ Epiſcoporum viuentium nomina ſoluiſſe inter ſacra Miſſarum ſolemnia, tradit Niceph. hiſt. Eccl. l. 14. c. 25. & Theod. l. 5. c. 35.

Ita in hæretico aut ſchiſmatico, à Catholico & ſucceſſore legitimo diſcernendo,

admonet nos Optat. lib. 1. vt ſeriò attendamus videlicet: *Quis in radice cum toto orbe manſerit, quis foras exierit, quis Cathedram ſederit alteram, quæ ante fuerit, & quis altare contra altare erexerit.* Sic & Horſmida Pontifex Rom. ſtatuit Epiſcoporum ſedi Apoſtolicæ non conſentientium nomina, inter ſacra non eſſe recitanda myſteria, cuius rei & meminit D. Greg. *Quod conſuetudo erat tum Occidentalis, tum maximè Orientalis Eccleſiæ, vt in ſuis dypticis nullius Pontificis nomẽ deſcriberetur, quouſque Synodicam ipſius ſuſcepiſſet.*

At verò noſtri hæreſeos auctores atq; diſcipuli, ſine ordinatione, ſine ſucceſſione ab Apoſtolis deducta, Epiſcopi nomen vſurpant, Lutherus Wittembergenſis, Zuuinglius Tigurinus, Oecolampadius Baſileæ, Caluinus Geneuæ à prædonibus prædicantur, equidem ſine ſucceſſione, ſine vlla ordinationis lege, ſe eſſe præfectos non negant nec negare poſſunt. Ex machina & tripode, Epiſcopi tanquam Dij creati, qui dixerunt cum Lucifero patrono ſuo, ſuper aſtra cæli ſedebo, exaltabo in monte Aquilonis ſolium meum; verumtamen detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, non adjicies vt reſurgas. Faxit autem Deus, vt qui ſub veritatis nomine decepti eſtis, ad verum veracemque Chriſtum poſtliminio tandẽ redeatis,

Digitized by Google

deatis, in quo ſunt (vt teſtis eſt Paulus Coloſſ. 2.) omnes ſapientiæ & ſcientiæ theſauri abſconditi, & magnam multitudinē dulcedinis eius non derelinquatis, quam abſcōdit timentibus ſe, perfecit autem ſperantibus in ſe: illi vos fallacijs, & garrula curioſitate ſeduxerunt, humanum fuit quod erraſtis, quod decepti eſtis, diabolicum eſt in errore perſeuerare; dicite ergo falſa credidimus, decepti ſumus, errauimus, ab errore recedamus, duces vobis fuerunt ad foueam, & ſequuti eſtis eos ad foueam; nunc autem ſequimini eos, qui vos ducunt ad Eccleſiam, illi fures ſunt & latrones, quos Apoſtolus lupos venturos prędixit. De quibus ipſe Tertul. l. de pręſc. ,, Negatiuum eſt, in- ,,quit, hęreticis, non ethnicos conuertendi, ,, ſed noſtros euertendi hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, nō ſi jacentibus eleuationem operentur, miniſtri ſunt diaboli, qui poſt dominicum ſemen in agro cordis veſtri miſſum, ſuperſeminant zizania ſua.

Ad propoſitum quod attinet, ad perpetuam Euangelij propagationem & conſeruationem, quemadmodum per Apoſtolos, Euangeliſtas, Doctores, fides chriſtiana catholica coaluiſſe apertè demonſtratur, ita & per ſucceſſores conſeruata. Nam ſi ſecun-

Digitized by Google

dum ſtatum noui teſtamenti, ipſum Eccleſiæ Dei ortum inſpiciamus, atque progreſſum, quantumque in ea propaganda, & conſeruanda, hæc ſucceſſio valuerit, Act. 2. 4. 12. 6. 8. 19. declaratur. Cæpit Eccleſia in die Pentecoſtes, deſcendente Spiritu ſancto ſuper centum & viginti diſcipulos, in ſonitu vehementi, & in linguis igneis apparente, erant autem in Hieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quę ſub cælo eſt, facta autem hac voce conuenit multitudo, & mēte confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque linguis ſuis illos loquentes. Ad hanc paucorum Eccleſiam acceſſęrunt, nunc tria hominum millia, nūc quatuor milia, prædicatur palam Euangelium non in obſcuris atque occultis hominum conuenticulis, ſed in Hieruſalem populoſa multitudine, & Chriſti odio flagrante. creſcente ſemper Eccleſia Dei. Inde in Iudęam, Samariamque propagata, in reliquas gentes nationeſque diffunditur, ab Hieroſolimis vſque ad Illiricum, Paulo (vt dicitur Roman. 15.) replente Euangelium Dei, Apoſtolis itidem cæteris obeuntibus omnem terrā, vt ſemper cōtinuaretur, atque ipſi ijdē Apoſtoli conſtituerunt per ciuitates Præſbyteros. Paulus Timotheum Epheſi, & Titum Cretæ, Petrus Euodium Antiochiæ, Clementem Romæ. Ioannes Policarpum Smyr-

Smyrnæ. Alij alios ſuis locis ſtatuentes, ſucceſſio Apoſtolorum perpetuò conſeruata ad nos vſque emanauit, ita & doctrinam ſartam tectam ad nos tranſmittentes, circumeuntes ſedulò Eccleſias, monebant vt decreta ſeniorum & Apoſtolorum ſeruarent, nihil euangelizantes præterquam quod accepiſſent (vt dicitur Galat. 2. Coloſſ. 1.) vt in forma doctrinæ tradita ſtabiles permanerent, vt deuitarent profanas vocum nouitates, & doctrinam aliam afferenti monet. D. Ioannes epiſtola ſua ne quidem aue dixerint. Etenim aliter ſentientes, quàm quod acceperant, veluti Simonem Magnum, Cerinthum, & Menandrum, alioſque ſimilis farinæ, feces, deuitabant, damnabant. Ita enim Petrus Simoni Mago, Act. 8. „Non eſt (ait) tibi pars, neque ſors „in ſermone iſto, & Ioannes: Fugiamus è „Balneo vbi Cerinthus lauat, & Marcioni „Polycarpum ſalutare volenti; Agnoſco „reſpondit Polycarpus, Primogenitum Sathanæ, hæc Ireneus & ex eo Euſebius lib. 3. cap. 3. lib. 4. cap. 13. 1. Tim. 1. contra Fauſtũ l. 28. c. 4. „Hymenæum verò & Alexandrum naufragantes à fide Paulus tradit Satanę.

Porro poſt Apoſtolorũ ex præſenti hac vita exceſſum, non alia Eccleſia Ethnicos ad fidem conuertit, quàm quæ ipſis Apoſtolis ſucceſſit, Epiſcopi ſcilicet & Presbyteri in

dum ſtatum noui teſtamenti, ipſum Eccleſiæ Dei ortum inſpiciamus, atque progreſſum, quantumque in ea propaganda,& conſeruanda, hæc ſucceſſio valuerit, Act. 2. 4. 12. 6. 8. 19. declaratur. Cæpit Eccleſia in die Pentecoſtes, deſcendente Spiritu ſancto ſuper centum & viginti diſcipulos, in ſonitu vehementi, & in linguis igneis apparente, erant autem in Hieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quę ſub cælo eſt, facta autem hac voce conuenit multitudo, & mẽte confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque linguis ſuis illos loquentes. Ad hanc paucorum Eccleſiam acceſſerunt, nunc tria hominum millia, nũc quatuor milia, prædicatur palam Euangelium non in obſcuris atque occultis hominum conuenticulis, ſed in Hieruſalem populoſa multitudine, & Chriſti odio flagrante. creſcente ſemper Eccleſia Dei. Inde in Iudęam, Samariamque propagata, in reliquas gentes nationeſque diffunditur, ab Hieroſolimis vſque ad Illiricum, Paulo (vt dicitur Roman. 15.) replente Euangelium Dei, Apoſtolis itidem cæteris obeuntibus omnem terrã, vt ſemper cõtinuaretur, atque ipſi ijdẽ Apoſtoli conſtituerunt per ciuitates Præſbyteros. Paulus Timotheum Epheſi, & Titum Cretæ, Petrus Euodium Antiochiæ, Clementem Romæ. Ioannes Policarpum

Smyr-

Smyrnæ. Alij alios ſuis locis ſtatuentes, ſucceſſio Apoſtolorum perpetuò conſeruata ad nos vſque emanauit, ita & doctrinam ſartam tectam ad nos tranſmittentes, circumeuntes ſedulò Eccleſias, monebant vt decreta ſeniorum & Apoſtolorum ſeruarent, nihil euangelizantes præterquam quod accepiſſent (vt dicitur Galat. 2. Coloſſ. 1.) vt in forma doctrinæ tradita ſtabiles permanerent, vt deuitarent profanas vocum nouitates, & doctrinam aliam afferenti monet. D. Ioannes epiſtola ſua ne quidem aue dixerint. Etenim aliter ſentientes, quàm quod acceperant, veluti Simonem Magnum, Cerinthum, & Menandrum, aliosque ſimilis farinæ, feces, devitabant, damnabant. Ita enim Petrus Simoni Mago, Act. 8. „Non eſt (ait) tibi pars, neque ſors „in ſermone iſto, & Ioannes: Fugiamus è „Balneo vbi Cerinthus lauat, & Marcioni „Polycarpum ſalutare volenti; Agnoſco „reſpondit Polycarpus, Primogenitum Sathanæ, hæc Iręneus & ex eo Euſebius lib. 3. cap. 3. lib. 4. cap. 13. 1. Tim. 1. contra Fauſtũ l. 28. c. 4. „Hymenæum verò & Alexandrum naufragantes à fide Paulus tradit Satanę.

Porro poſt Apoſtolorũ ex præſenti hac vita exceſſum, non alia Eccleſia Ethnicos ad fidem conuertit, quàm quæ ipſis Apoſtolis ſucceſſit, Epiſcopi ſcilicet & Pręsbyteri in

locum Apoſtolorum ſuccedentes, vel ab ipſis in varijs locis adhuc viuentibus conſtituti, Apoſtolorum enim diſcipuli Dionifius Areopagita, Trophimus, Nathanael, Maximinus in Gallia: Ioſeph ab Arimathia in Britannia, Maternus, Eucherius & Valerius in Alſatia Germaniæ ſuperioris parte, Euangelium primi plantauerunt: Ducentis verò propemodum annis à Christo, ab Eleuterio Romano Pontifice miſſi in Britanniam, Fugatius & Damianus, magnam ibi Eccleſiam collegerunt. Hæc Beda hiſt. lib. 3. cap. 4. & Polidorus li. 2. Anno autem circiter 340. prædicatum eſt Euangelium Indis interioribus, ad quos Bartholomei (vt ſcribit Sozomenus lib. 2. cap. 24.) minimè peruenerat doctrina.

ad Britannos vſque penetraſſe, Apoſtolum, Petrum aliqui tradunt vt Metaphraſtes, per Luciū Regem Britanniam Christo colla ſubieciſſe Tertul. ſcribit qui his temporibus vixit.

Qui etiam Mauia Regina Saracenorum cum tota gente ſua amplexante, Christi fidem, à Moſe Epiſcopo Baptiſati ſunt, nec multo intercedente tempore Maruthas Meſopothamiæ Epiſcopus fidem apud Perſas plantauit, & propagauit, Burgundi ſub Theodoſio iuniori ad fidem Galliæ quodam Epiſcopo docente, cuius hiſtorici nomen non produnt conuerſi, quo fere tempore ſub Cæleſtino Palladius in Scotiam miſſus Epiſcopus creatur Niceph. lib. 4. cap. 40. Ita Patricius Hiberniam,

S.Ser-

S. Seruatius Orcades Inſulas, S. Remigius Regem Clodoueum, annitente omnibus votis Crotilide Regina, cum tota Francorum gente ad Chriſti fidē conuertit, hæc Sigibertus in cronicis, & Eutropius hiſt. l. 15. & 16.

Plures quoque ad famam chriſtiani nominis Conſtantinopolitanorum ad Imperatores chriſtianos, ſuſcepturi ab Epiſcopo Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Baptiſmi gratiā venere. Sic Zatus Lazorū Rex anno 520. tempore Iuſtini Imp. Gentes Herulorum, Corda Hunnorum, fidei ſacra omnes ſuſcepere. Idem de Herulis Iſtrum incolentibus ſub eodem Imperat. factum narrat poſt Procopium Euagrius l. 4. c. 14. 17. & Beda l. 3. & 2. hiſt. Anglicanæ. Et de Perſarum Rege ſub Conſtātino quarto idem tractat Paulus Diac. & Platina in vita Vitaliani Papæ; item Angli à Gregorio miſſo Auguſtino atque conſecrato Pontifice fidei ſacra ſuſcepere. Ex quibus plures aliarum nationum Apoſtoli extitere, ex his S. Bonifacius Moguntinus Epiſcopus & Martyr, Germanorum Apoſtolus ſcilicet à Gregorio Secundo miſſus. Extat apud Surium hiſtoria, in vita Sancti Bonifacij. Ita & Willebrordus qui & Clemens primus Epiſc. ſanctiſſimus Vltraiecti, Suitbertus Werdenſis, Marcellinus ex Anglia hi ac plures alij miſſi ab Egberto Eboracenſi etiā ad conuerſionē gentium.

Hollan-

Hollandiam, Friſiã, Weſtphaliam ad Chriſti fidem conuerterunt, quorum diſcipuli & ſucceſſores, Rupertus, Eligius, Burchardus Franciam Orientalem, Bauariam, Flandriã, ad fidem conuerterunt, vide Surium 1. Martij in vita S. Suitberti, & 14. Octobris in vita S. Burchardi, & Nicolai primi Papæ opera, vt auctor eſt Platina in vitis Pontificum, gentes Bulgarorum (vt veriſimile eſt Telerici Regis tempore & Leonis Imperatoris, à quo in Baptiſmo ſuſceptus) Bohemi, opera Stephani ſecundi Rom. Pont. Noruegiæ, Adriani Pontificis Rom. hominis Angli induſtria fidem Chriſti amplexi populi ſunt, vt auctor eſt idem Platina. Normannorum Rex vnà cũ tota gente ab Agapeto 2. Rom. Pontifice fidem Chriſti ſuſcepit, vt refert Saxo Grammaticus l. 9. Hungaria Adelberti Pragenſis Epiſcopi diligentia, Stephanique Regis ope ab eodem baptiſati, Chriſtum ſequuta, vt auctor eſt Æneas Siluius hi. Bohe. cap. 16. reliquæ omnes illæ Septemtrionales nationes ampliſſimæ, ac populorum multitudine copioſiſſimæ, Dalmatia, Morauia, Polonia, Pomerantia, Liuonia, Pruſſia, Lituania, Saxonia vtraque Imperatorum ſtudio, vt Caroli Magni, Henrici primi, item & primi ſeu Magni Ottonis, doctiſſimorum quoque & ſanctiſſimorum Epiſcoporum labore, qui omnes in vnitate Romanę Eccle-

ſiæ

ſiæ vixerunt, ad Chriſti fidem cōplectendam traducti; ſed proh dolor! ex ijs à fide maiorum deſciſcentes, atque in fide naufragantes multi ad Lutheri ac aliarum Hæreſum fabulas conuerſi, bellicoſarum gentium, abiuratæ fidei cauſa, damna extrema patiuntur. Et centenas pænas daturi erunt, niſi conuerſi ad Deum Patrum ſuorum Ieſum Chriſtum verum Deum ſequātur in vnitate & communione ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanę, qui eos ſecundùm multitudinem dulcedinis ſuæ poteſt liberare.

Nunc autem tum noſtra, tum parentum noſtrorum memoria, quot & quàm ampliſſimę gentes in vtraque India ad Chriſti fidem conuertuntur, tum Hiſpanorum Religioſorum, tum maximę ipſius ſocietatis Ieſu opera, ſtudio & labore infatigabili, pietate & cura admirabili, planeq́ue Apoſtolica.

Non autem in alia, quàm in Romanę Eccleſię vnitate & communione, omnes illę ampliſſimę gentes baptiſatæ ſunt.

DE PETRO APOSTOLO, DE Romano Pontifice, & Sede Apoſtolica.

CAPVT VIII.

CVM Saluator noſter Math. 17. à Didragmæ exactoribus admoneretur, vt vectigal ſolueret, pro ſe & Petro dari iubet, conſequenter pro omnibus diſcipulis exoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ Magiſterij, ita & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur, ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, vt Paſtor eſſet gregis Dominici, nam inter cætera dicebat diſcipulis ſuis Math. 26. *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.* Et Petro dicit Luc. 22. *Ecce ſathanas expoſtulauit, vt vos ventilet, & cribret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu tandem conuerſus, confirma fratres tuos.* Quid ambigitur (auctore vtor Auguſtino tom. 4. ex nouo teſt. quæſt. 75.) pro Petro rogabat, & pro Iacobo & Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam? manifeſtum eſt in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro, pro omnibus rogaſſe dignoſcitur, ſemper enim in præpoſito populus aut laudatur,

Petrus conſtitutus Paſtor Dominici gregis.

datur, aut corripitur, quare alio loco dicit Ioannis videlicet 17. *Ego pro ijs rogo, quos mihi dediſti Pater, & volo vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecum.*

Notanda ſunt Auguſtini verba, vbi dicit: *Quædam dicuntur (in Euangelio) quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonã, propter primatum quem in diſcipulis habuit*, ſicut eſt Math. 16. *Tibi dabo claues regni cælorum, & ſi qua huiuſmodi.* Auguſt. tom. 8. in Pſal. 108.

Cùm hic legis Lector pie, Petrum perſonam Eccleſiæ geſtaſſe, ſicque accepiſſe claues, intellige ipſum propter primatum & officium paſtorale, ſuſtinuiſſe perſonam totius Eccleſiæ, quamuis ipſe ſolus acceperit, cum non eas propter ſe, ſed propter Eccleſiam acceperit, ita Regem dicimus regni, & Epiſcopum totius Diœceſis perſonam ſuſtinere, & quamcumque prærogatiuam ijs tanquam publicis perſonis conceſſam, regno etiam vel Diœceſi concedi. Hanc verò eſſe Diui Auguſtini ſententiam, manifeſtè conſtat ex verbis illis, cuius Eccleſiæ ille Petrus noſcitur in figura geſſiſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit. Hæc Hieronymus Torrenſis Societatis Ieſu in confeſſione Auguſtiniana, lege & tom. 3. de agone

agone Chriſti cap. 30. & tom. 9. in Euang. Ioan. tract. 7. & tom. 10. hom. 45. Item de verb. Domini ſerm. 13. vbi hoc ipſum interpretatur. Petrus, inquit, à Petra cognominatus, Eccleſiæ figuram portans, Apoſtolatus principatum tenens. Præterea cum dicit, propter Apoſtolatus ſui primatum, Petrus Eccleſiæ gerebat figuram, generalitatē perſonam, quod enim ad ipſum proprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus, abundantiori gratia, vnus idemque primus Apoſtolus tom. 9. tract. 124.

Et tom. 1. retract. lib. 1. cap 21. In hoc lib. idem auctor Auguſt. contra epiſt. Donati, dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata ſit Eccleſia, qui ſenſus etiam cantatur ore multorum in verſibus Beati Ambroſij, vbi de gallo gallinaceo, ait, hoc ipſa etiam Petra Eccleſiæ canente culpam diluit, ſed ſcio me poſtea ſæpiſſime, ſic expoſuiſſe quod à Domino dictum eſt. Marc. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, vt ſuper hanc intelligeretur qui confeſſus eſt, *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*; Ac ſic Petrus ab hac Petra appellatus, perſonam Eccleſiæ ſignaret, quæ ſuper hanc Petram ædificatur, & accepit claues regni cælorum, non enim dictum eſt illi: Tu es Petra, ſed tu es

Petrus,

Petrus, Petra autem erat Chriſtus, quem confeſſus Simon ſicut tota Eccleſia confitetur, dictus eſt Petrus.

Harum autẽ duarum ſententiarum, quæ ſit probabilior, eligat Lector.

Non igitur verum eſt (vt Lectorem obiter moneamus) quod aſſerunt quidam ex Auguſtini ſententia, non ſupra Petrum, ſed ſupra Chriſtum fundatam eſſe Eccleſiam, nam ſicuti id affirmauit Auguſtinus, ipſe ſe explicat, cùm Chriſtum primariam petram eſſe vult, Petrum ſecundariam eſſe non negat: ita enim exponens locum illum Math. 26. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, id eſt (inquit) ſuper me ipſum Filium Dei viui ædificabo Eccleſiam meam, quod cùm dixiſſet, ilico quaſi interpretans dictum ſuum, ſubiungit: Super me ædificabo te, non me ſuper te, de verbis Domini, ſerm. 13. Quinimò reuocat planè, dum in ſupra citatis verbis, lectori liberum relinquit, vtram malit ſententiam ſequi. Ac interim aduerte, pie Lector verbis illis Math. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã, potiùs Petrum pronunciari fundamentum Eccleſiæ, quàm Chriſtum, quem eſſe primum & maximum fundamentum, nullus ambigebat. Hoc conſtat ex verbis Euangelij, hoc ex ſententia Eccleſiæ, quam Auguſtinus minimè diſſimulat verbis illis, qui ſen-

ſus etiam cantatur ore multorum, in verſibus B. Ambroſij, vbi de gallo gallinaceo, ait hoc ipſa Petra Eccleſiæ canente culpam diluit. Hoc veterum patrum chorus confirmat. Dioniſius Areopagita de paſſ. Petri & Pauli, ad Timotheum, Clemens epiſt. 1. ad Iacobum, Anacletus in epiſt. ad Epiſcopos per Italiam, Pius primus ad vniuerſos Eccleſiæ fideles, Marcellus primus ad Epiſcopos Eccleſiæ Antiochenæ, Eutichianus ad Epiſcopos Bethicæ, Cyprianus lib. de ſimplicitate prelatorum tract. 3. & lib. 1. epiſt. 12. Tertullianus lib. de præſcriptionibus. Optatus Mileu. lib. 2. contra Parmen. Ambr. ſerm. 47. Hier. in Math. 26. cap. in 2. cap. Iſaiæ, Greg. in Regiſ. lib. 6. epiſt. 37. Alexandrina Synodus ſub Athanaſ. epiſtola ad Fælicem 2. Denique Synodus octaua generalis act. 1. vbi Nicolai Romani Pontificis epiſtolam comprobat duabus Romanis Synodis probatam, vt veteres alios multos, & recentiores prætermittam.

Staterem pro ſe & pro Chriſto petrus ſoluere iuſſus.

Enimuerò & Petrus pro ſe, & Chriſto didragma ſoluere Math. 17. à Domino Chriſto iuſſus, nam cùm ab exactoribus rogaretur, audiuit à Domino dictum: Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & pro te. Huius didragmatis cauſam

D. Hier.

D. Hieron. in commentarijs ſuper Math. 17. inſinuat his verbis. „Poſt Auguſtũ Cæ-„ſarem Iudęa facta eſt tributaria, & omnes „cenſus capite ferebantur, vnde & Ioſeph „cum Maria coniuge ſua profectus eſt in „Bethleem, rurſum quoniam nutritus erat „in Nazareth, quod eſt oppidum Galileæ, „Capharnaum vrbi ſubjacens, ex more poſ-„cunt tributa, & pro ſignorũ magnitudine, „hi qui exigebant; non audẽt ipſum repete-„re, ſed diſcipulũ conueniunt. Hæc Hier.

Si ergo tributa (vt Hieronymus ait) per capita ſoluũtur, quid eſt quod Petrus iubetur ſtaterem, hoc eſt duplex didragma pro ſe & pro Chriſto ſoluere, niſi quia Chriſtus meditabatur Petrum pro ſe caput Eccleſiæ relinquere. Quod ſi hac ratione tributum fuiſſe ſolutum negatur, quare magis pro Petro, quàm pro alijs Apoſtolis didragma ſoluitur, cùm talis cenſus nonniſi pro capite familiæ ſoluebatur? cuius rei cùm alia neſciat inueniri cauſa, niſi quia Petrus erat cæteris præferendus, fateri oportet, vt Petrus qui pro ſe tributum, quod nonniſi pro capite exigebatur, ſoluere jubetur, ſit hac ratione declaratus caput familiæ.

Nunc ergo Petro Chriſti familiæ capite declarato etiam claues, hoc eſt omnimodam poteſtatem huic Chriſtus repromiſit, Math. 16. *Tibi dabo claues Regni Cælorum.*

 Quibus

Claues regni cælorum Petro datæ.

Quibus verbis poteſtatis Eccleſiaſticæ Petri perſonæ à Chriſto promittitur plenitudo. Nam & nomine clauium regni cælorum, omnem omnino poteſtatem, qua regnum cælorum quomodocunque acceptum aperiri, & laudi poteſt, Chriſtus complexus eſt, de peccato iudicandi, gubernandi, docendi, diſponendi, leges conſtituendi, ſacras ſcripturas interpretandi, articulos fidei declarandi, dubia & controuerſa dogmata decidendi, atque omnia exercendi, quæ ad generale paſtoris munus aliquo modo pertinere poſſunt.

Petri fides nunquam defectura ſed ſtabilis permanſura.

Quia dixit Chriſtus Matth. 16. *ædificaturum ſe eſſe Eccleſiam ſuam ſuper hāc Petram*, id eſt ſuper Petrum, neceſſarium fuit ad tanti ædificij fundamentum, id eſt ad tantam in ædificanda & propaganda Eccleſia, quam & perpetuam eſſe voluit, docendi & paſcendi certitudinem, fidem Petri in perpetuūm ſtabiliri, propterea Dominus Ieſus Chriſtus, præſentibus cæteris Apoſtolis, Simoni dixit Luc. 22. *Simon ecce expetiuit vos Sathanas, vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Quaſi dicat, ideo Petre te confirmo in fide, vt aliorum omnium fidem, ipſe poſtea futurus omnium paſtor confirmes, vt enim oſtenderet Dominus confirmationem non

ſolius

ſolius Petri cauſa factam fuiſſe, aut ad fidem perſonalem pertinere videretur, cùm dixiſſet: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Subjunxit: *Tu autem conuerſus confirma fratres tuos.* Articulos fidei declarando, dubia, & quæ ſunt obſcura & clauſa reſerando.

Vt autem demonſtret, quanti curam ouiũ ſuarum faceret, aſcenſurus ad cælos, quia neceſſarium abſentiæ ſuæ ac plenitudinis poteſtatis Vicarium conſtitui oportebat, præſentibus ordinis Apoſtolici Principibus, Iacobo, Ioanne, Thoma, tribuſque alijs diſcipulis, quaſi in præſentia Epiſcoporum & Sacerdotum, ſummum Pontificem ordinaturus Dominus Ieſus Chriſtus Simonem Petrum ſic alloquitur: *Simon Ioannis diligis me plus hu? paſce, inquit, agnos meos, paſce agnos meos, & tertiò replicans paſce oues meas,* habe curam animarum infirmarum, has appello tenellos fœtus tuos quos tanquam infantes lacte matris nutrias, vel tanquam oues ſollicitis (D. Auguſt. vtor verbis) alis foueas, habe curam ouium mearum, hoc eſt, totius atque vniuerſalis Eccleſiæ, quam tibi paſcendam committo. Ex quibus Chriſti verbis collegerunt Patres, regiminis pleniſſimã Petro, à Chriſto traditam poteſtatem, quam antea promiſerat. Ita Origenes in cap. 6. ad Rom. epiſt. *Petro, inquit, cum ſumma rerum de paſ-*

Supremæ poteſtatis exhibitio realis ſoli Petro à Chriſto facta.

ſent, ſumma id ac ſingulari Dei prouidentia geſtum, quod paucis verbis D. Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. inſinuat dum Cathedram Petri Cathedram principalem vocat, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt.

Ex hac ergo ordinata, & non confuſa, & ab vno non à multis incipiente, ac promanante diuina gratia, vnum caput in Eccleſia perpetuò continuatur. De quo vno capite Leo ille magnus, „Sacerdotum (ait) cum ſit „dignitas communis, non eſt tamen ordo „generalis, quoniam & inter beatiſſimos „Apoſtolos in ſimilitudinem honoris fuit „quædam diſcretio poteſtatis, & cũ omni„um par eſſet electio, vni tamen datum eſt „vt cæteris præmineret. De qua forma, & E„piſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & „magna diſpoſitione prouiſum eſt, ne omnes „ſibi omnia vindicarent in ſingulis prouin„cijs, quorum inter fratres haberetur prima „ſententia, & rurſus quidem in maioribus „vrbibus cõſtituti ſolicitudinem ſuſciperent „ampliorem, per quos ad vnã Petri ſedem, „vniuerſalis Eccleſię cura confluerct, & ni„hil vſquã à ſuo capite diſſideret. Hæc Leo „epiſt. 8 ad Anaſtaſiium Theſſalonicenſem „Epiſcopum.

Romani pontifices Petri ſucceſſores.

Porrò hunc primatum Petro à Chriſto collatum ad illius ſucceſſores in Romana Eccleſia perueniſſe, veteres patres ex eiſdem allatis

allatis ſcripturis demonſtrant, in primis D. Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius, & plerique alij ad Romanam ſedem pertinere docent. D. Aug. ſuper Math. 16. ,,Numerate ,,inquit, vel ab ipſa Petri ſede, & in illo patrũ ,,ordine, quis cui ſucceſſit videte, ipſa eſt ,,Petra, quam ſuperbæ non vincunt infero- ,,rum portę. Et D. Hieron. ad Damaſum ,,Papam. Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ ,, Petri communione conſocior, ſuper illam ,,Petram, ędificatã Eccleſiam ſcio. D. Greg. ,,ſuper eundem locum, probat Romanã Ec- ,,cleſiam eſſe caput omnium Eccleſiarum, ,,quia hãc Beato Petro Apoſtolo ſpecialiter ,,commiſit dicẽs, tibi dabo Eccleſiam meam, & D. Cyprianus Nouatianos prouocat ad Petri Cathedram, vt in vnitatem Eccleſiæ ſe recipiant. ,,Qui Eccleſię (ait cõtra Nouat.) ,,renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri ,,ſuper quam fundata eſt Eccleſia deſerit, in ,,Eccleſia ſe eſſe confidit? Hæc in lib. de v- ,,nitate Eccleſiæ iuxta editionẽ emendatam, Optatus verò Mileuitanus Epiſcopus oſtendens Pontificum ſucceſſionem veram eſſe notam Eccleſiæ Catholicæ, nec Donatiſtas habere quo ſubſiſterent (cum dicerent apud ſe eſſe Catholicam Eccleſiam) ſolidum fundamentum, nec ſupra Petram haberent Eccleſiam, nec à Petro manãtem ſucceſſionem. ,,Negare non potes ait contra eoſdẽ Dona-

DE PETRO APOSTOLO, DE Romano Pontifice, & Sede Apoſtolica.

CAPVT VIII.

CVM Saluator noſter Math. 17. à Didragmæ exactoribus admoneretur, vt vectigal ſolueret, pro ſe & Petro dari jubet, conſequenter pro omnibus diſcipulis exoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ Magiſterij, ita & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur, ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, vt Paſtor eſſet gregis Dominici, nam inter cætera dicebat diſcipulis ſuis Math. 26. *Vigilate & orate ne intretis in tentationem*. Et Petro dicit Luc. 22. *Ecce ſathanas expoſtulauit, vt vos ventilet, & cribret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu tandem conuerſus, confirma fratres tuos.* Quid ambigitur (auctore vtor Auguſtino tom. 4. ex nouo teſt. quæſt. 75.) pro Petro rogabat, & pro Iacobo & Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam? manifeſtum eſt in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro, pro omnibus rogaſſe dignoſcitur, ſemper enim in præpoſito populus aut laudatur,

Petrus conſtitutus Paſtor Dominici gregis.

datur,

datur, aut corripitur, quare alio loco dicit Ioannis videlicet 17. *Ego pro ijs rogo, quos mihi dediſti Pater, & volo vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecum.*

Notanda ſunt Auguſtini verba, vbi dicit: *Quædam dicuntur (in Euangelio) quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonã, propter primatum quem in diſcipulis habuit*, ſicut eſt Math. 16. *Tibi dabo claues regni cælorum, & ſi quæ huiuſmodi.* Auguſt. tom. 8. in Pſal. 108.

Cùm hic legis Lector pie, Petrum perſonam Eccleſiæ geſtaſſe, ſicque accepiſſe claues, intellige ipſum propter primatum & officium paſtorale, ſuſtinuiſſe perſonam totius Eccleſiæ, quamuis ipſe ſolus acceperit, cum non eas propter ſe, ſed propter Eccleſiam acceperit, ita Regem dicimus regni, & Epiſcopum totius Diœceſis perſonam ſuſtinere, & quamcumque prærogatiuam ijs tanquam publicis perſonis conceſſam, regno etiam vel Diœceſi concedi. Hanc verò eſſe Diui Auguſtini ſententiam, manifeſtè conſtat ex verbis illis, cuius Eccleſiæ ille Petrus noſcitur in figura geſſiſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit. Hæc Hieronymus Torrenſis Societatis Ieſu in confeſſione Auguſtiniana, lege & tom. 3. de agone

agone Chriſti cap. 30. & tom. 9. in Euang. Ioan. tract. 7. & tom. 10. hom. 45. Item de verb. Domini ſerm. 13. vbi hoc ipſum interpretatur. Petrus, inquit, à Petra cognominatus, Eccleſiæ figuram portans, Apoſtolatus principatum tenens. Præterea cum dicit, propter Apoſtolatus ſui primatum, Petrus Eccleſiæ gerebat figuram, generalitatē perſonam, quod enim ad ipſum proprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus, abundantiori gratia, vnus idemque primus Apoſtolus tom. 9. tract. 124.

Et tom. 1. retract. lib. 1. cap 21. In hoc lib. idem auctor Auguſt. contra epiſt. Donati, dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata ſit Eccleſia, qui ſenſus etiam cantatur ore multorum in verſibus Beati Ambroſij, vbi de gallo gallinaceo, ait, hoc ipſa etiam Petra Eccleſiæ canente culpam diluit, ſed ſcio me poſtea ſæpiſſime, ſic expoſuiſſe quod à Domino dictum eſt. Marc. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, vt ſuper hanc intelligeretur qui confeſſus eſt, *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*; Ac ſic Petrus ab hac Petra appellatus, perſonam Eccleſiæ ſignaret, quæ ſuper hanc Petram ædificatur, & accepit claues regni cælorum, non enim dictum eſt illi: Tu es Petra, ſed tu es

Petrus,

Petrus, Petra autem erat Chriſtus, quem confeſſus Simon ſicut tota Eccleſia confitetur, dictus eſt Petrus.

Harum auté duarum ſententiarum, quæ ſit probabilior, eligat Lector.

Non igitur verum eſt (vt Lectorem obiter moneamus) quod aſſerunt quidam ex Auguſtini ſententia, non ſupra Petrum, ſed ſupra Chriſtum fundatam eſſe Eccleſiam, nam ſicuti id affirmauit Auguſtinus, ipſe ſe explicat, cùm Chriſtum primariam petram eſſe vult, Petrum ſecundariam eſſe non negat: ita enim exponens locum illum Math. 26. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, id eſt (inquit) ſuper me ipſum Filium Dei viui ædificabo Eccleſiam meam, quod cùm dixiſſet, ilico quaſi interpretans dictum ſuum, ſubiungit: Super me ædificabo te, non me ſuper te, de verbis Domini, ſerm. 13. Quinimò reuocat planè, dum in ſupra citatis verbis, lectori liberum relinquit, vtram malit ſententiam ſequi. Ac interim aduerte, pie Lector verbis illis Math. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã potiùs Petrum pronunciari fundamentum Eccleſiæ, quàm Chriſtum, quem eſſe primum & maximum fundamentum, nullus ambigebat. Hoc conſtat ex verbis Euangelij, hoc ex ſententia Eccleſiæ, quam Auguſtinus minimè diſſimulat verbis illis, qui ſen-

ſus etiam cantatur ore multorum, in verſibus B. Ambroſij, vbi de gallo gallinaceo, ait hoc ipſa Petra Eccleſiæ canente culpam diluit. Hoc veterum patrum chorus confirmat. Dioniſius Areopagita de paſſ. Petri & Pauli, ad Timotheum, Clemens epiſt. 1. ad Iacobum, Anacletus in epiſt. ad Epiſcopos per Italiam, Pius primus ad vniuerſos Eccleſiæ fideles, Marcellus primus ad Epiſcopos Eccleſiæ Antiochenæ, Eutichianus ad Epiſcopos Bethicæ, Cyprianus lib. de ſimplicitate prçlatorum tract. 3. & lib. 1. epiſt. 12. Tertullianus lib. de præſcriptionibus. Optatus Mileu. lib. 2. contra Parmen. Ambr. ſerm. 47. Hier. in Math. 26. cap. in 2. cap. Iſaiæ, Greg. in Regiſ. lib. 6. epiſt. 37. Alexandrina Synodus ſub Athanaſ. epiſtola ad Fælicem 2. Denique Synodus octaua generalis act. 1. vbi Nicolai Romani Pontificis epiſtolam comprobat duabus Romanis Synodis probatam, vt veteres alios multos, & recentiores prætermittam.

Staterem pro ſe & pro Chriſto petrus ſoluere iuſſus.

Enimuerò & Petrus pro ſe, & Chriſto didragma ſoluere Math. 17. à Domino Chriſto iuſſus, nam cùm ab exactoribus rogaretur, audiuit à Domino dictum: Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & pro te. Huius didragmatis cauſam

D. Hier.

D. Hieron. in commentarijs ſuper Math. 17. inſinuat his verbis. ,,Poſt Auguſtū Cæ-
,,ſarem Iudęa facta eſt tributaria, & omnes
,,cenſus capite ferebantur, vnde & Ioſeph
,,cum Maria coniuge ſua profectus eſt in
,,Bethleem, rurſum quoniam nutritus erat
,,in Nazareth, quod eſt oppidum Galilææ,
,,Capharnaum vbi ſubjacens, ex more poſ-
,,cunt tributa, & pro ſignorū magnitudine,
,,hi qui exigebant, non audēt ipſum repete-
,,re, ſed diſcipulū conueniunt. Hæc Hier.

Si ergo tributa (vt Hieronymus ait) per capita ſoluūtur, quid eſt quod Petrus iubetur ſtaterem, hoc eſt duplex didragma pro ſe & pro Chriſto ſoluere, niſi quia Chriſtus meditabatur Petrum pro ſe caput Eccleſiæ relinquere. Quod ſi hac ratione tributum fuiſſe ſolutum negatur, quare magis pro Petro, quàm pro alijs Apoſtolis didragma ſoluitur, cùm talis cenſus nonniſi pro capite familiæ ſoluebatur? cuius rei cùm alia neſciat inueniri cauſa, niſi quia Petrus erat cæteris præferendus, fateri oportet, vt Petrus qui pro ſe tributum, quod nonniſi pro capite exigebatur, ſoluere jubetur, ſit hac ratione declaratus caput familiæ.

Nunc ergo Petro Chriſti familiæ capite declarato etiam claues, hoc eſt omnimodam poteſtatem huic Chriſtus repromiſit, Math. 16. *Tibi dabo claues Regni Cælorum.*

Claues regni cælorum Petro datæ.

Quibus verbis poteſtatis Eccleſiaſticæ Petri perſonæ à Chriſto promittitur plenitudo. Nam & nomine clauium regni cælorum, omnem omnino poteſtatem, qua regnum cælorum quomodocunque acceptum aperiri, & laudi poteſt, Chriſtus complexus eſt, de peccato iudicandi, gubernandi, docendi, diſponendi, leges conſtituendi, ſacras ſcripturas interpretandi, articulos fidei declarandi, dubia & controuerſa dogmata decidendi, atque omnia exercendi, quæ ad generale paſtoris munus aliquo modo pertinere poſſunt.

Petri fides nunquam defectura ſed ſtabilis permanſura.

Quia dixit Chriſtus Matth. 16. *ædificaturum ſe eſſe Eccleſiam ſuam ſuper hāc Petram*, id eſt ſuper Petrum, neceſſarium fuit ad tanti ædificij fundamentum, id eſt ad tantam in ædificanda & propaganda Eccleſia, quam & perpetuam eſſe voluit, docendi & paſcendi certitudinem, fidem Petri in perpetuum ſtabiliri, propterea Dominus Ieſus Chriſtus, præſentibus cæteris Apoſtolis, Simoni dixit Luc. 22. *Simon ecce expetiuit vos Sathanas, vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Quaſi dicat, ideo Petre te confirmo in fide, vt aliorum omnium fidem, ipſe poſtea futurus omnium paſtor confirmes, vt enim oſtenderet Dominus confirmationem non

ſolius

ſolius Petri cauſa factam fuiſſe, aut ad fidem perſonalem pertinere videretur, cùm dixiſſet: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Subjunxit: *Tu autem conuerſus confirma fratres tuos.* Articulos fidei declarando, dubia, & quæ ſunt obſcura & clauſa reſerando.

Vt autem demonſtret, quanti curam ouiũ ſuarum faceret, aſcenſurus ad cælos, quia neceſſarium abſentiæ ſuæ ac plenitudinis poteſtatis Vicarium conſtitui oportebat, præſentibus ordinis Apoſtolici Principibus, Iacobo, Ioanne, Thoma, tribuſque alijs diſcipulis, quaſi in præſentia Epiſcoporum & Sacerdotum, ſummum Pontificem ordinaturus Dominus Ieſus Chriſtus Simonem Petrum ſic alloquitur: *Simon Ioannis diligis me plus hu? paſce, inquit, agnos meos, paſce agnos meos, & tertiò replicans paſce oues meas,* habe curam animarum infirmarum, has appello tenellos fœtus tuos quos tanquam infantes lacte matris nutrias, vel tanquam oues ſollicitis (D. Auguſt. vtor verbis) alis foueas, habe curam ouium mearum, hoc eſt, totius atque vniuerſalis Eccleſiæ, quam tibi paſcendam committo. Ex quibus Chriſti verbis collegerunt Patres, regiminis pleniſſimã Petro, à Chriſto traditam poteſtatem, quam antea promiſerat. Ita Origenes in cap. 6. ad Rom. epiſt. *Petro, inquit, cum ſumma rerum*

Supremæ poteſtatis exhibitio realis ſoli Petro à Chriſto facta.

de paſcendis ouibus traderetur, & ſuper ipſum velut petram fundaretur Eccleſia, nullius confeßio virtutis alterius ab eo, niſi charitatis exigitur. Quem imitatus Chryſoſtomus lib. 2. de Sacerdotio, *propter magnitudinem dilectionis, præfecturam Petro promißam tribuit, eumq́ʒ cæteris Apoſtolis Prælatum aſſerit*, tum etiam alio in loco qui eſt de pęnit. lib. 1. ex ipſis verbis, *Eccleſiæ primatum gubernationemq́ʒ per vniuerſum mundum tribuit.* Et Diuus Gregorius ſuper ijs verbis regiſt. lib. 4. epiſt. 1. *Totius Eccleſiæ curam Petro* (ait) *Dominica voce commiſſam eſſe, cunctis ſcientibus Euangelium liquet.* Quibuſq́ue Sanctorum Patrum communis & conſentiens ſententia ſatisfacere poteſt, eis hęc quoq; ad huius loci ſenſum aſſequendum pauca licet ſatis eſſe poterunt.

primatus Petri ad ſuos ſucceſſores tranſit.

Quod ad Petri primatũ ſpectat, plurimis ijſq; efficaciſſimis argumentis ad poſteros ſucceſſoreſq; Petri, eoſq; Rom. Pontifices hunc tranſijſſe probatur; enimuerò Petrus à Christo ouiũ ſuarũ paſtor inſtitutus eſt, paſtoris verò ordinarium officium eſt & perpetuum, quod ad ſucceſſores tranſire neceſſe eſt, neque enim oues Chriſti, hoc eſt Eccleſia vnquam deeſſe poterit, quia perpetua; *quam vbique diffundi oportet & creſcere vſq; ad meſſem*, vt dicitur Math. 13. *& fiat ſine ruga & macula*, vt dicitur Math. 6. cùm peruenerit ad Eccleſiam illã triumphantem, fundauit eam

Altiſſimus in æternum, propterea neceſſario oportet aliquem ſemper ouium illarum paſtorem eſſe Petri ſucceſſorem, hoc Chryſoſtomus lib. 2. de ſacerd. ſentit, cùm ait, *Chriſtum ouium ſuarum curam tum Petro, tum Petri ſucceßoribus commiſiſſe*, eadem enim & Petri à Chriſto ſuper Eccleſiam ſuam inſtitutio, & ſucceſſoris in eadē cathedra ſubſtitutio. Vna & eadem perſona non priuata, ſed publica ſtabilita à Chriſto in fide, cuius fides in confirmanda Eccleſia non deeſſet. Et vna eademq; eſt ratio, propter quam factus eſt Petrus caput Eccleſiæ, & ratio vrget vt ſemper in Eccleſia per ſucceſſorē tale caput exiſtat. „ Vna eſt, ſcribit Optatus l. 2. ſingularis „ cathedra, in qua prior ſedit Petrus, vt in illa „ vnitas ab omnibus ſeruaretur. Et Cypr. lib. „ de vnit. Eccl. Hoc fuerunt cæteri Apoſtoli „ quod & Petrus, ſed exordium ab vnitate „ proficiſcitur, vt vna Eccleſia monſtretur. Quod ſi vt vnitas in Apoſtolis ſeruaretur, Capite opus fuit, qui tum vt dicitur Rom. 8. primitias ſpiritus & gratiæ habentes, ab ea non facilè exciderunt, multo magis in reliqua tota Eccleſia per vniuerſum orbem diffuſa, ad vnitatem ſeruandam opus eſt Capite, imò non poteſt dubitari Apoſtolos ſic in fide confirmatos & gratia, tali Capite pro ſuis perſonis opus non habuiſſe, nec Schiſmatis periculo obnoxios fuiſſe, vt forma tamen & exemplum futuræ Eccleſiæ eſ-

ſent, ſumma id ac ſingulari Dei prouidentia geſtum, quod paucis verbis D. Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. inſinuat dum Cathedram Petri Cathedram principalem vocat, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt.

Ex hac ergo ordinata, & non confuſa, & ab vno non à multis incipiente, ac promanante diuina gratia, vnum caput in Eccleſia perpetuò continuatur. De quo vno capite Leo ille magnus, „Sacerdotum (ait) cum ſit „dignitas communis, non eſt tamen ordo „generalis, quoniam & inter beatiſſimos „Apoſtolos in ſimilitudinem honoris fuit „quædam diſcretio poteſtatis, & cũ omnium „par eſſet electio, vni tamen datum eſt „vt cæteris præmineret. De qua forma, & E„piſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & „magna diſpoſitione prouiſum eſt, ne omnes „ſibi omnia vindicarent in ſingulis prouin„cijs, quorum inter fratres haberetur prima „ſententia, & rurſus quidem in maioribus „vrbibus cõſtituti ſolicitudinem ſuſciperent „ampliorem, per quos ad vnã Petri ſedem, „vniuerſalis Eccleſię cura conflueret, & ni„hil vſquã à ſuo capite diſſideret. Hæc Leo „epiſt. 8 ad Anaſtaſiium Theſſalonicenſem „Epiſcopum.

Romani pontifices Petri ſucceſſores.

Porrò hunc primatum Petro à Chriſto collatum ad illius ſucceſſores in Romana Eccleſia perueniſſe, veteres patres ex eiſdem

allatis

allatis ſcripturis demonſtrant, in primis D. Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius, & plerique alij ad Romanam ſedem pertinere docent. D. Aug. ſuper Math. 16. ,,Numerate ,,inquit, vel ab ipſa Petri ſede, & in illo patrũ ,,ordine, quis cui ſucceſſit videte, ipſa eſt ,,Petra, quam ſuperbæ non vincunt infero- ,,rum portę. Et D. Hieron. ad Damaſum ,,Papam. Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ ,, Petri communione conſocior, ſuper illam ,,Petram, ędificatã Eccleſiam ſcio. D. Greg. ,,ſuper eundem locum, probat Romanã Ec- ,,cleſiam eſſe caput omnium Eccleſiarum, ,,quia hãc Beato Petro Apoſtolo ſpecialiter ,,commiſit dicẽs, tibi dabo Eccleſiam meam, & D. Cyprianus Nouatianos prouocat ad Petri Cathedram, vt in vnitatem Eccleſiæ ſe recipiant. ,,Qui Eccleſię (ait cõtra Nouat.) ,,renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri ,,ſuper quam fundata eſt Eccleſia deſerit, in ,,Eccleſia ſe eſſe confidit? Hæc in lib. de v- ,,nitate Eccleſiæ iuxta editionẽ emendatam, Optatus verò Mileuitanus Epiſcopus oſtendens Pontificum ſucceſſionem veram eſſe notam Eccleſiæ Catholicæ, nec Donatiſtas habere quo ſubſiſterent (cum dicerent apud ſe eſſe Catholicam Eccleſiam) ſolidum fundamentum, nec ſupra Petram haberent Eccleſiam, nec à Petro manãtem ſucceſſionem. ,,Negare non potes ait contra eoſdẽ Dona-

M 5 tiſtas,

,,tiſtas, in Vrbe Romana Petro, primò Ca-
,,thedram Epiſcopalem eſſe collatam, in
,,quâ ſederit Apoſtolorum omnium caput,
,,vnde & Cephas eſt appellatus quod Syria-
,ca lingua Petram duriſſimam ſignificat,in
,,quavna Cathedra, vnitas ab omnibus ſer-
,,uaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi
,,quiſque defēderet, vt iam ſciſmaticus prę-
,,uaricator eſſet, qui contra ſingularem Ca-
,,thedram alteram collocaret, ergo Cathe-
,,dra vnica in qua prior ſedit Petrus,cui ſuc-
,,ceſſit Linus, Lino Clemens, ſic numeran-
,,dovſque ad nouiſſimum nunc ſedentem,
,,Vrbanum octauum, cum quo nobis totus
,,orbis commercio formatarum,in vna com-
,,munionis ſocietate concordat. In hoc or-
,,dine nullus Caluiniſta, nullus Lutheranus
,,aut Lutheri diſcipulus inuenitur. In illum
,,verò ordinem Epiſcoporum, qui ducitur
,,ab ipſo Petro, vſque ad Vrbanū octauum,
,,qui nunc eandem Cathedram tenet, etiam
,,ſi quiſquam traditor (vt Aug. tom. 2. epi.
,,195 ait)per illa tempora ſubrepſiſſet,nihil
,,præiudicaret Eccleſiæ, & innocentibus
,,Chriſtianis,quibus Dominus prouidens de
,,malis præpoſitis Math. 23. ait. Quæ dicūt
,,facite,quæ autem faciunt, facere nolite,di-
,,cunt enim & non faciūt, vt certa ſit fideli-
,,bus ſpes,quæ nō in homine, ſed in Domino
,,collocatur, nunquam tempeſtate ſacrilegi
ſciſ-

Digitized by Google

,,ſciſmatis diſſipatur, neque enim propter
,,Phariſæos, præcepit Dominus deſeri Ca-
,,thedram Moyſi, in qua vtique præfigura-
,,bat ſuam. Math. 23. dicens enim illos ſu-
,,per Cathedram Moyſi ſedentes, dicere &
,,non facere, monet tantum populos facere
,,quæ dicunt, & non facere quæ faciunt, ne
,,Cathedræ ſanctitas deſeratur, nec propter
,,paſtores malos gregis vnitas diuidatur.
,,Hæc per tranſennam obiter dicta. Subſe-
,,quitur idem Optatus, contra inferi portas,
,,claues ſalutares accepiſſe legimus Petrum
,,principem noſtrum, vnde eſt ergo quod
,,claues regni vobis vſurpare cōtenditis? qui
,,contra Cathedram Petri veſtris præſump-
,,tionibus, audacijs ſacrilegis militatis.

Hæc contra eos qui extra Eccleſiam, vel contra Eccleſiam ſedes ſibi ſubſtituerunt, ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam minimè cognoſcentes, quam antiqui Paſtores ex eijſdem citatis ſcripturis demonſtrauere, eiuſque ſocietati ſemper communicauere. Ambroſius rerum antiquarum ſcriptor & ipſe vetuſtiſſimus, ita Eccleſiam Petri, pro hac Petra agnoſcit in pſalm. 106. de qua Math. 16. Chriſtus loquitur, vt alludens ad illā veram petrā in deſerto, vnde methaphoricè tam Chriſtus ipſe, quā Petrus Petræ nomen accepit, ingenue fateri audeat: Vniuerſa flumina in deſerto huius ſæculi benedici

Petrus princeps noſter.

vſque

Exire foras à Petri Eccleſia, perire eſt. Qui non iungitur cathedræ Petri, in Eccleſia eſſe non poteſt.

vſque hodie à Petro, & ipſum eſſe exitum aquarum in ſitim, ita vt qui exierit foras ab Eccleſia Petri, ſibi pereat. Quibus omnibus auctoritatibus demonſtrãtur eſſe extra Eccleſiã, extra quã nulli penitus fas ſit ſalutem ſperare, aperteq́ue docetur, eos qui non iũguntur cathedræ Petri, in Eccleſia eſſe non poſſe. Quod D. Auguſtinus his rithmis declarat.

Scitis Catholica quid ſit, & quid pręciſum à vite, & contra Donatiſtas præ ſe ferentes ſanctitatis formam, hæc ſubijcit.

Sed quid prodeſt illis forma ſi non viuit de radice:

Venite fratres ſi vultis vel inſeramini in vite,

Dolor eſt, cùm vos videmus præciſos ita jacere,

Numerate Sacerdotes vel ab ipſa Petri Sede,

Et in ordine iſto Petrum, cui quis ſucceſſit videte,

Ipſa eſt Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ.

Et contra Manichęos epiſt. cap. 4. vnico hoc argumento ducto tanquam contra turrim Babel erecto, ſcribens ait. „Multa ſunt „quæ in gręmio Eccleſiæ iuſtiſſimè me te„nent. Tenet conſenſio populorum atque „gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata,

Digitized by Google

,,ata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate ,, firmata, tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, ,,cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionẽ ,, Dominus commendauit vſque ad epiſco- ,, patum. ſucceſſio Sacerdotum, tenet poſtre- ,,mò ipſum Eccleſiæ Catholicæ nomẽ, quod ,, non ſine cauſa, inter tam multas hæreſes ,, ſic iſta ſola Eccleſia obtinuit, & cùm om- ,, nes hæretici ſe Catholicos dici velint, quę- ,, renti tamen peregrino alicui, vbi ád catho- ,,licam conueniatur, nullus hæreticorũ, vel ,,baſilicam ſuam, vel domum ſuam audeat ,, oſtendere.

S. Hieronymus epiſt. ad Damaſ. Papam hanc ſucceſſionem Rom. Pontificum in cathedra Petri, atque eandem illorum cũ Petro auctoritatem agnouit, cuius ſunt verba. ,, Nunc in Occidente ſol iuſtitiæ oritur, in ,, Oriente autem ille Lucifer qui ceciderat, ,, ſuper ſidera poſuit thronum ſuum. Vos ,, eſtis lux mundi, vos ſal terræ, vos vaſa au- ,,rea & argentea, hic teſtacea vaſa vel lignea, ,,æternum operiuntur incendium. Quam- ,,quam me tui terreat magnitudo, inuitat ,, tantum humanitas, à Sacerdote victimam ,,ſalutis, à Paſtore præſidium ouis flagito. ,, Faceſcat inuidia Romani culminis, rece- ,,dat ambitio, cum ſucceſſore piſcatoris, & ,, diſcipulis crucis loquor, ego nullum pri- ,,mum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini

tuę,

,,tuę, id eſt cathedræ Petri communione ,,conſocior, ſuper illam Petram, ædificatam Eccleſiā ſcio. Quicumque extra hanc ,,domum agnum comedit, profanus eſt. Si ,,quis in arca Noë non fuerit, regnante di-,,luuio peribit, & quia queritur tot interiacentibus ſpatijs non poſſum Sanctum Do-,,mini, à Sanctimonia tua ſemper expetere, ,,ideò hic collegas tuos, Ægiptios confeſſo-,,res ſequor. Alienos non cognoſco. Qui-,,cumque tecum non colligit, diſpergit, hoc ,,eſt: Qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.

His ſparſim argumentis tantus doctor pro veritate huius Cathedræ Petri & ſucceſſorum pugnat, cum quo & Aug. lib. de vtilitate credendi cap. 17. Fideles quoſque, & conuerti ad Eccleſiam vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam cupientes, his verbis admonet. ,,Dubitabimus (inquit) nos ,,illius Eccleſiæ gremio condere, quæ ab A-,,poſtolica per ſucceſſiones Epiſcoporum, ,,fruſtra hæreticis circumlatrātibus, culmen auctoritatis obtinuit.

Porrò & ipſi Romani Pontifices ordine primi & fortiſſimi Martyres ex hac Math. ſententia 16. *Confirma Fratres tuos*, & Math. item 2. *Paſce oues meas.* Eccleſiæ Romanæ primatum cognouere, & conſtanti ordine ſuccedētium ſibi Epiſcoporum cognouere, ita enim Franciſcus Turrianus in decreta-

libus

libus epiſt. contra Magdeburgēſes. Anacletum in primis. 1. epiſt. Alexandrum primum epiſt. ad orthodoxos, Pium primum, epiſt. ad omnes Eccleſias, Victorem epiſt. ad Theophilum. Et plures Eccleſiæ Rom. Antiſtites enumerat.

Ita & Marcus Papa epiſt. ad Athanaſium, Lucius ad conſulta Epiſcoporū Gallorum, ſuper his verbis Luc. 22. *Ne deficiat fides tua*, non ſolum Petri, ſed & ſucceſſorum in Eccleſia Rom. hanc firmitatem agnouere.

Veteres præterea ijque ſanctiſſimi hac ſucceſſione tanquam argumēto inuicto vſi ſunt ad Eccleſiam tum fidei Eccleſię Romanæ ſtabilitatem oſtendendam, in primis Ireneus lib. 3. cap. 3. recenſet Epiſcopos Romanos à Petro vſque ad Eleuterium; dicit verò per hanc ſucceſſionē confundi omnes hęreticos, vt inde propter hanc firmitatem non ſolum Petri ſed & ſucceſſorum eius in Rom. Eccleſia, D. Cyprianus lib. 2. epiſt. *ad Romanam (inquit) fidem, perfidiam acceßum habere non poſſe*. Euſebius in cronico, Hieronimus, & Proſper qui cronicum Euſebij continuarunt, diligentiſſimè anotauerunt ſucceſſionem Romanorum Pontificum, vt inde continuatio Eccleſię manifeſta ſit; ecce quantifecerunt veteres, etiam ſanctiſſimi viri hanc Romanorum Pontificum continuationem ſucceſſionis nunquam inter-

Quanti ſit apud veteres ſucceſsio Rom. pontificũ. Quando defecerunt ſedes patriarcharum.

interruptā 12. aut 20. aut 40. numero quāto magis nos 200. & amplius Epiſcoporum Rom. continuationē ſucceſſionis nunquam etiam interruptam admirari debemus? præſertim cum defeciſſe videamus alias etiam Patriarchales & Apoſtolicas ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolimitanam, in quibus poſtquam à Perſis & Saracenis ea loca à Romanis abſtracta ſunt, quod accidit ante annos 900. aut nulla aut obſcuriſſima fuit ſucceſſio, & in ipſa Vrbe Rom. toties mutatam eſſe formam temporalis dominij, nunc Imperatoribus, nunc Regibus Gottorum, nunc exarchis Grecorum, nunc etiam Conſulibus ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè dominantibus, & ipſam Vrbem aliquando euerſam, & tamen ſedem Petri numquam defeciſſe, neque euerſam fuiſſe, ſed immobilem ſemper permanſiſſe.

D. Ireneus ad Rom. Eccleſiæ traditiones hæreticos prouocat.

D. Irenęus de incorrupta Romanæ Eccleſiæ diſciplina luculentum profert teſtimonium lib. 3. c. 34. vbi inter cætera eam appellat *Diues Depoſitorium Apoſtolicarũ traditionum*.

Hic cùm Romæ ageret vir tam inſignis quem Tertullianus aduerſum Valentinum c. 5. nominat omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem, haud moles ædificiorum vrbem circumeundo contemplatus eſt, nec otioſus domi reſedit, ſed Apoſtolicæ

Eccle-

Eccleſiæ fidem, ritus, mores, ac diſciplinam quam illi tradidiſſent Petrus & Paulus Apoſtolorũ Principes, quàm diligentiſſimè perſcrutatus eſt, nactuſque ibi Apoſtolicas traditiones integras & illibatas, vt ab Apoſtolis ipſis traditæ fuerant, vigilantiſſimè cuſtoditas & integerrimè conſeruatas, ad eos omnes quos ſcriptis exagitat exinde hæreticos prouocauit, quod ſciret eo ſolo tam potenti teſtimonio (ſi qua in eis reliqua eſſet ratio veritatis) conuinci poſſe.

Neque enim ipſa veritas ſe ſinuoſis ſinit circũduci ambagibus; Quare de fideli ac tuta Apoſtolicarũ traditionum in Eccleſia Romana obſeruantia, atque cuſtodia, fideliſſimus ac digniſſimus teſtis idem S. Ireneus accedat, ipſe enim quid de Rom. Eccleſiæ sẽper ſeruata integritate his verbis alia occaſione ſæpius recitatis, & nunc neceſſariò repetendis, teſtetur, audiamus. Agens ſiquidem de Apoſtolorum traditionibus in omnes inſtitutas ab eis Eccleſias per ſucceſſiones Epiſcoporum delapſis ad poſteros, hæc lib. 3. c. 3. 4. „Sed quàm valde longum eſt in hoc „tali volumine, omnium Eccleſiarũ enume„rare ſucceſſiones. Maximæ & antiquiſſi„mæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis „duobus Apoſtolis Petro & Paulo fundatæ „& conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habent „ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam

 homi-

,,hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſ-
,,coporum peruenit vſque ad nos, confundi-
,,mus omnes eos, qui quoquo modo vel per
,,ſui placentiam malam, vel vanam gloriam,
,,vel per cæcitatem, & malam ſententiam,
,,præterquam oportet, colligunt, ad hanc e-
,,nim Eccleſiam propter principaliorẽ au-
,,ctoritatem, neceſſe eſt omnem conuenire
,,Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique
,,fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vn-
,,dique, conſeruata eſt ea quæ ab Apoſtolis
,,eſt traditio. Hæc Irenęus, qui & aliàs ap-
,,pellat eam Diues depoſitorium apoſtolica-
,,rum traditionum. Quibus autem titulis ac
præconijs Ignatius qui & Theoforus ad Ro-
manos ſcribens, ipſam Romanam Eccle-
ſiam exornet, dicere non prætermittam,
ipſo enim eius exordio ſic habet: ,,Ignatius
,,qui & Theophorus miſericordiam conſe-
,,quutæ in magnificentia Altiſſimi Dei pa-
,,tris & Ieſu Chriſti vnigeniti eius filij eccle-
,,ſiæ ſanctificatæ & illuminatæ, per volunta-
,,tem Dei operantis omnia, quæ pertinent ad
,,fidem & charitaaem Ieſu Chriſti Dei &
,,Saluatoris noſtri, quæ præſidet in loco Ro-
,,manæ regionis, Deo digna, decentiſſima,
,,beatificanda, laudanda, digna qua quis po-
,,tiatur caſtiſſima, & eximiæ charitatis Chri-
,,ſti, & patris nomen ferẽs. Spirituque plena,
,,quam & ſaluto in nomine Patris &c. Hæc
non

„non oportuit prætermittere vt eam florentiſſimam, ex ea S. Ignatij ad ipſam tota epiſtola facilè intelligi poſſit.

Quod verò ſpectat ad traditiones ab Apoſtolis acceptas, quanto ſtudio, & intrepido animo omnes Petri ſucceſſores propugnarunt & quanta ineſſet ſedi Apoſtolicæ cura, vt antiquorum Patrum traditiones ſartatectas ſinceras, & integras, etiam temporibus difficillimis in Eccleſia Catholica cuſtodirent Euſebius lib. 6. cap 27. de Fabiani Papæ exemplo narrat, qui Imperatorem Philippum cum precationum in die poſtremæ vigiliæ Paſcatis, vnà cum multitudine in Eccleſia particeps fieri vellet, non priùs ab Epiſcopo qui Eccleſiæ præerat permiſſum eſſe intrare quam eſſet confeſſus, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur aſtricti, locumque pænitentiam agentibus præſtitutum occupabant, ſe ſua ſponte collocauiſſet, Epiſcopumque dixiſſe eum non alia conditione, niſi iſtud faceret propter multa delicta, quæ ab illo ferebantur admiſſa, aliquando ab ipſo in Eccleſiam receptum fore. Imperatorem autem alacri & lubenti animo Epiſcopo morem geſſiſſe, & ingenuam modeſtiam, ac religioſã piamque affectionem re ipſa declaraſſe, hæc ex Euſebio capite 27. lib. 6.

Philippus Imp. à S. Fabiano ad exomologeſim peccatorũ faciendam adigitur.

Et quod videmus, Fabianum Papam in Philippum Imperatorem, ita & D, Ambroſium in Theodoſium, Symmachum in Anaſtaſium, Baſilium in Valentem, atque in Iulianum, alioſque innumeros Sacerdotes in alios Principes, vigore ſacerdotali, æquè ac laudabiliter inſurgentes, factas ab ijs Deo iniurias vindicaſſe, ac ſeuerè admodum offenſam Diſciplinam eccleſiaſticam vſos eſſe, ſed id tamen non niſi neceſſitate quadam aſtrictos, omne remedium adhibentes atque priùs expertos, quàm gladium Apoſtolicæ auctoritatis exercerent, memores nimirum, Math. 20. & Petri 1. cap. 5. à Domino dictum eſſe, *Reges gentium dominantur, vos autem non ſic: à Petro verò, non dominantes in Clero,* id eſt, non volentes dominari, nec faſtum præ ſe ferentes, ac ſuperbè inſultantes, ſed humilibus conſentientes, ac cum Apoſtolo 2. Cor. 13. dicentes: *non poſſumus aliquid contra veritatem, ſed pro veritate,* & illud 2. Cor. 4. *nos ſeruos per Ieſum.* Quippe qui hæc faciunt omnia, vt illorum ſaluti inſeruiant.

Et Iuſtiniani Imperatoris ſunt verba: *Hoc credendum eſſe Catholicum* (ad Agapitum ſũmum Pontificem) *quod veſtro Religioſo reſponſo fuerit comprobatum.* Intelligis quidem Lector Iuſtiniano dignam, cùm eſſet ſuæ mentis compos, & præſtaret pietate,

te, ſententiam, ex qua ſatis perſpicuè quiſque perſpicere, manuque tangere poſſet, quanta eſſe ſoleret in eccleſiaſticis controuerſijs definiendis Apoſtolicæ ſedis auctoritas, vt quod ab illa eſſet definitum, illud apud omnes Catholicum haberetur.

Quàm tenaciſſimi verò antiquæ & Apoſtolicę traditæ per manus diſciplinæ in primis qui in cathedra Petri ſederunt, fuerint, Ægeſippus ſuis epiſtolis repręſentat puriſſimam faciem primitiuæ eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ. ſic enim ſcribit: Cùm eſſem Romæ, manſi ibi vſque ad Aniceti Papæ primi tempora, cuius tum quidem Eleuterius munus epiſcopale capeſcit. *Nulla Epiſcoporum ſedes ſucceſſione ab Apoſtolis ducta, nulla ciuitas, in qua non ita ſeruata eſſent omnia. Vt lex præſcripſerat, docuerant Prophetæ, & Dominus prædicauerat.* Hæc de ſtatu omnium vt ait Eccleſiarum, cùm Ægeſippus teſtetur, magnum planè extat teſtimonium ad declarandam atque inſinuandam Catholicam veritatem. Nam ſi illa erat legitima Chriſti doctrina, certaque traditio Apoſtolorum, quas in hanc diem omnes vbique ſeruaſſent Eccleſiæ, planè conuincitur à Catholica veritate, illos omnes deſciuiſſe, qui etiam ab his diuerſam reperiuntur docuiſſe fidei normam, vel mores aliter inſtituiſſe, ac proinde qui virginitatem damnant,

Cathedra Petri, antiquæ & apoſtolicæ diſciplinæ ſémper tenax

Idoneum prorſus exemplũ Catholicæ veritatis.

ieiunia contemnunt, Sanctorum cultum reijciunt. Hierarchicum in Eccleſia ordinem confundunt, Sacramenta reſpuunt, rituſq; eccleſiaſticos deſpiciunt, & alia id genus multa agunt contra ea quæ in Eccleſia obſeruata ſunt (vt vidimus) vſque ad Eleuteriũ Papam; ſub quo Ægeſippum ea ſcripſiſſe apparet, manifeſtiſſimi erroris redargui, ac deſertores veritatis eſſe conuinci.

Admonitio.

Et de Eccleſiæ huius temporis ritibus & moribus ad Magneſianos, & ad Philippenſes ſcribit Ignatius, vt de jeiunio quadrageſimæ, necnon quartæ & ſextæ feriæ, & obſeruatione diei Dominicæ, Paſchatis die, & alijs feſtiuitatibus, non tamen Iudæorũ more celebrandis. Ex his in quantũ licuit, paucis nec admodum prolixis epiſtolis, quales eſſent Eccleſiæ ab Apoſtolis inſtitutæ, quibuſve moribus, ritibus, & inſtitutionibus compoſitæ, Ignatius dum in ijſdem eas confirmare, atque ſtabilire ſtudet, egregiè magna ex parte repræſentat archetipum, ad cuius antiquitatis exemplar Catholicam Eccleſiam eamq; Apoſtolicam, quænam ſit, & penes quos habeatur, perfacile eſt demõſtrare, ac proinde nullo negotio liceat iudicare, non Eccleſiam, ſed Synagogam ſathanæ eſſe dicendam, quæ prototipi lineamentis, ab Ignatio ſic deductis, reperitur in omnibus eſſe deformis, nã quod ſæpe diximus,

Puriſsima Eccleſiæ primitiuæ catholicæ

non

non Ignatium aliter quàm Apoſtolos, nec aliud Apoſtolos eaſdem Aſiæ Eccleſias, quã quod Ignatium docuiſſe, certum & exploratum omnibus eſſe debet.

& apoſtolice facies ab Ignatio repræſentata demonſtrat hæreticorum Synagogam eſſe.

Sed & ad Diſciplinam eccleſiaſticam renouandam Gelaſius Papa ſtuduit, nam licet rerum Orientalium totus aſſiduis curis diſtentus, minimè tamẽ prætermiſit, quæ pertinerent ad ſtatum Occidentalis Eccleſiæ, ac præcipuè rerum Italiæ, ſcripſitq́ue ad vniuerſos Epiſcopos in Lucania, Arutijs, & Sicilia conſtitutos, cùm enim ob bella inter Erulos & Gotthos annis pluribus exagitata eccleſiaſtica diſciplina collapſa admodum atque protrita eſſet, ad eam reſtaurandam laborauit omnem curam impendens, qui & epiſtolæ ſuæ exordió tradit, relatione Ioannis Epiſcopi Rauennatis, Italiæ Eccleſias ob bella, & famem eſſe ſacris miniſtris exhauſtas, quamobrem ad Eccleſiæ miniſtros pertinentia accurata inſpectione complura conſtituit. Intelligis tanquam viuis coloribus expreſſum in tabula Romanum Pontificem, vniuerſo chriſtiano orbi præſidere Magiſtrum, ac veluti ex eminenti Cathedra docere omnes Catholicam fidem.

Dei ſumma prouidentia in tuenda Eccleſia.

Ex omnibus enumeratis perſpicuum eſt nullum officium eſſe prætermiſſum à ſancta Synodo Calcedonenſi, quo non proſequuta fuerit ipſum primarium Chriſtianæ

Vniuerſale nomen

Digitized by Google

Antiſtitem, & vniuerſalis Eccleſiæ viſibile caput, cùm in omnibus vniuerſalem Eccleſiæ Pontificem profeſſa tum factis, tum ſcriptis, & ipſum titulum œcumenici Eccleſiæ Epiſcopi eidem tribuens, ne putes dumtaxat Alexandrinos Clericos, eum titulum in ſuis ipſorum libellis indidiſſe. Audi Sanctum Gregorium lib. 4. epiſt. 36. & lib. 7. epiſt. 30. & lib. 4. epiſt. 38. ad Eugenium Epiſcopum Alexand. Sicut enim Veneranda veſtra Sanctitas nouit (ſic enim ſcribit) vni per ſanctam Calcedonenſem Synodum Pontifici Sedis Apoſtolicæ (cui deſeruio,) hoc Vniuerſitatis nomen oblatum eſt, ſed nullus vnquam deceſſorum meorum hoc tam profano vocabulo vti conſenſit.

Et in epiſtola 32. lib. 4. ad Ioannem Cõſtantinop. Epiſcopum iſtud ipſum habetur. Necnon in litteris datis ad Mauritium Imperatorem, quamobrem facilè perſuaderi plerique potuerunt, cùm nomen œcumenici deſideretur in epiſt. Synodali, ad Sanctũ Leonem Papam, ab ea eſſe librarij dolo ſubductum. Quod verò Sanctus Gregorius nuper citatis locis dicat nullum prædeceſſorum ſuorum vſum eſſe nomine œcumenici, vt inſcriberetur Vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, ita quidem intelligendum eſt, vt nemo Romanorum Pontificum, eo titulo

tulo ex ſolemni ritu, ſemper & in omnibus inſcriptionibus aut ſuperſcriptionibus vſus ſit. Cæterùm, eo interdum ipſorum aliquem eſſe vſum demonſtrabimus. Et ne longiùs progrediamur, Sanctus Leo in epiſtola, quam poſt annum ſequentem dedit ad Martianum Imperatorem, aduerſus Anatolium quærentem ſubiugare ſibi nobiliores Eccleſias, nempe Alexandrinam & Antiochenam, cùm ex dictis Synodis primũ ſibi vindicaret locum poſt Romanam Eccleſiam, in ſuæ ipſius epiſtolæ ſubſcriptione, ipſe Sanctus Leo vſus eſt titulo Vniuerſalis, habet id quidem non ſolùm Latinus codex epiſtolarum S. Leonis, ſed & Græcum exemplar in appendice ad Conſilium Calcedonenſe.

Habentur titulo Sixti Papæ epiſt. duæ, ſed quod in altera ipſarum, Sixtus Vniuerſalis Eccleſiæ Apoſtolicæ Epiſcopus inſcriptus habeatur, miramur adeo offendiſſe Nouatores, perinde ac ſi fuerit humanum inuentum, vt Petrus & qui ei in Sede ſucceſſerunt, & in Petro totius ouilis Dominici curam à Domino ſuſceperunt, Vniuerſalis Eccleſię inſcribantur Epiſcopi. Porro eiuſmodi titulus, vt ſcilicet Vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus inſcribatur, idemq; & Pontifex Max. qui in ſede Petri ſuccedit Rom. Eccl. Antiſtes, nõ recens eſt in Eccleſiã introduct⁹,

ſed antiquitus vſitatus: Quod parum eſt, vt ex Sixti epiſtola quæ ab eis ducitur in controuerſiam, demonſtremus; quandoquidem & qui aliquando recta ſentiens, ſed à fide catholica refuga, in ipſam Romanam Eccleſiam inſaniens, eam dente canino dilacerat Tertullianus, recitans & impugnans Victoris Romani Pontificis edicti verba, ait: Audio etiam edictum propoſitum, & quidem peremptorium, Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum (erat hæc inſcriptio decreti) dicitur, ego & Mechis fornicationis delicta, pœnitentia functis, dimitto. Verùm non niſi ſecundùm veterem nomenclaturam, ea poſita à Victore, vel (ſi velimus verba eſſe Tertulliani,) ſecundùm vſitatam verborum conſuetudinem, ab ipſo dicta & inculcata nemo in dubium iure poterit reuocare.

Pontifex Maximus edictis cohibet fidem & eccleſiaſticam diſciplinam corrumpétes legeſque omnes Eccleſiæ perſcribit

Quæ verò de edicto à Romano Pontifice publicè in Eccleſia promulgato, vniuerſæque ſimul Eccleſiæ præſcripto Tertullianus tradit, antiquam planè illam in Eccleſia œconomiam inſinuant, ac potiſſimum in ea Romani Pontificis auctoritatem teſtatam reddunt, nimirum eius partium eſſe hæreſes emergentes, rectam fidem & diſciplinam eccleſiaſticam corrumpentes, edictis editis cohibere, legeſque pariter Eccleſiæ vniuerſæ præſcribere, titulum-

tulumque illis præſigere, quem ipſe Tertullianus recitans, ait: Pontifex Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum.

Quibus rebus adductus Victor (vt ſcribit Euſebius lib. 5. cap. 24. & 25.) qui tum Romanæ Eccleſiæ præerat, totius Aſiæ Eccleſias cum alijs finitimis, tanquam alterius fidei & opinionis, ſimul omnes à cõmuni vnitate Eccleſię amputare conatur, & in eos grauiter per litteras inuehitur, atque adeo omnes eam incolentes regionem, prorſus à communione ſecludendos edicit.

Quod verò ad Stephanum Papam pertinet, quas antiquorum Patrum traditiones ſummo ſtudio, & intrepido animo, acerrimè propugnauit, eędem ſuperatis turbinibus Nouantium, ſinceræ & integræ in Eccleſia Catholica permanſerunt, enituit planè in hoc tanto certamine, quanta in traditionibus vis, & quanta Sedi Apoſtolicæ ineſſet auctoritas, de quibus Vincentius Lirynenſis, &c.

Porro quod ad primam ſedem attinet, in Synodo Rom. lex reperitur eſse ſancita, neminem dijudicare poſse primam ſedem, quoniam omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari, neque ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo Iudex iudicabitur.

Quod

Quod autem religio eſſet abſque Rom. Pontificis auctoritate, vniuerſale Conſilium congregare, vt ait Socrates, quod id eccleſiaſticus canō omnino prohiberet, quo inquit, vetitum erat, ne decreta abſque Romani Epiſcopi ſentētia Eccleſijs ſanciantur, ac ſubinde eò inconſulto, ne quidquam tra- ct[illegible]ceret; interpoſitam eſſe S. Silueſtri a[illegible]atem, nemo iure poterit dubitare, id[illegible] cogente antiqua Eccleſiæ traditione, qu[illegible] enim non alicuius ſpecialis Conſilij, ſed abſolutè citatur à Socratè canon. Eccleſiaſticus, planè declarat id firma regula in Eccleſia Catholica inuiolabiliter ſeruari ſolitum, præceſſiſſe igitur ante omnia auctoritatem Silueſtri Papæ, planè dignum atque æquum eſt exiſtimare, imò & affirmare neceſſarium.

Porrò Romanam Eccleſiam in ambiguis conſulendam eſſe, innumeræ quibuſcumque ſæculis, ea de cauſa miſſæ legationes, certò certiùs manifeſtant. Cuius rei cauſa aduentus videlicet ſui in Vrbem S. Athanaſius, antequā proficiſceretur ad Conſtantium in Orientem fuiſſe traditur, nimirum quod ipſe ait, vt adiret Eccleſiam & Epiſcopum, (ſignificans autem illam quæ Romana eſt per Anthonomaſiam dictam eſſe Eccleſiam, ex qua, & in qua omnes vnitate Catholica coniungantur. Ipſumque vnum eſſe

eſse Epiſcopum Anthonomaſticum, ex quo omnes & in quo, & per quem qui ſunt, eſse intelligantur Epiſcopi. Hæc fuit maiorum nomenclatura, vt per Eccleſiam, & Epiſcopum Romanam Eccleſiam, atque eius Pontificem ſignificarent.

Conſultus S. Leo (epiſt. 9. à Theodoro Foroiulienſi Epiſcopo de pænitentia his qui in extremò laborarent impertienda, reſcripſit ad eundem, cuius Epiſtolæ exordio quid conſuetudinis eſset Eccleſię docet, nimirum Epiſcopos primò conſulere debere ſuos Metropolitanos, quos ſi eadem contingeret ignorare, tunc demum conſulendum eſse ſummum Pontificem. Sicque abſque conſultis ante primatibus, nihil debere Epiſcopos illis ſubiectos inquirere, ſatisfaciens tamen ipſius petitioni decretalem ſcripſit Epiſtolam, de non neganda quibuſlibet pænitentia in exitu vitæ petentibus.

De quæſtionibus etiam ad Catholicam fidem ſpectantibus non alium quemquam ex more, niſi quem præſidere in Eccleſia magiſtrum cognoſcimus, conſulendum eſse putamus.

Intelligas oportet antiquum in Eccleſia morem, cum noua aliqua hęreſis emergeret, ab Epiſcopis eius regionis, in qua quid

quid huiuſmodi accidiſſet, diligenter curari, vt cuncta quamprimum ſignificarentur Romano Pontifici, & quæ eo argumento ſcripta eſſent, ad eundem mitti ſolita examinari, ſicut & Dionyſio primæ ſedis poſt Romanam Epiſcopo factum apparet. Quid ni id facerent maiorum ſedium vbique terrarum Epiſcopi quod à maxima etiam præſtari Romanæ Eccleſię cognoſcerent. Viguit ſanè firmaq; ue ſemper ea conſuetudo manſit penes Catholicos, quos vna fides atque concordia in vnum corpus conſolidauit. Illi ſolum id ignorare profeſſi ſunt, qui ab Eccleſiæ capite Chriſto diuulſi, ſe eſſe corporis eius, nempe Eccleſiæ membrum, impia rebellione negarunt.

Enimuerò non leue negotium, duorum Epiſcoporũ Vrſacij & Valentis pænitentiã, qui antiqui fuere Arrij diſcipuli, exiſtimarunt Patres qui in mediolanẽſi Synodo conuenerunt, vt licet præſẽtibus Romanis pręsbiteris illud ipſi non abſoluerent, ſed miſerunt eos ad Iulium Romanum, vt coram ipſo ſpectante Romana Eccleſia, exomologeſim agerent. Ex quibus planè vides lector veterem illum morem in Eccleſia coalitum, ſemperq; ue ſeruari ſolitum, nimirum hæreticos palinodiam recantaturos Romam amandari, & libellum pænitentiæ ſcribere ad Romanum Pontificem conſueuiſſe.

Solem-

Digitized by Google

Solemnè namque fuit apud Antiquos, vt licet Catholici, omnes æque hęreſes abhorrerent, vitarent, ac pariter condemnarent, tamen ſolennis illa ab Eccleſia eiectio, quam excommunicationem dicere conſueuerunt, ab ipſo potiſſimum Chriſti Vicario, ac Petri in fide ſucceſſore, totiuſque Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopo aduerſus hæreticos infligeretur. Hactenus enim factum videmus in Cerdonem Martionem, & Valentinum, ab Eleutherio Romano Pontifice, quod olim quoque à Victore in Theodorū Biſantinum hæreſiarcham factum, & totius Aſiæ Eccleſias à communi vnitate Eccleſiæ amputauit. Id ipſum quoque ab eius ſucceſſore Zephirino Chilpertum Regem Francorum inceſtus crimine labefactatum, qui ſororem coniugis ſibi nefariè copulaſſet remediaque omnia paratum à Patribus antidotum canonem videlicet contra ſtatutum reſpuerit interpellatum priùs à S. Germano Pariſienſi Epiſcopo huius canonis vindice, ipſe idem Germanus Anathemate percutit. Et ne remota tantum exempla adducamus proxima Guiſianorū cæde perſpicue ſatis apparent.

Eſt Epiſtola Iuſtiniani Imp. inſerta inter epiſtolas Agapeti Papæ, ex qua non niſi Romani eſſe Pontificis, de recipiendis hęreticis pænitētibus formam præſcribere, & diſpenſare, iureque Agapetum expoſtulaſſe, aduerſus

ſus Ephiphanium Conſtinop. Epiſcopum qui inter alia quæ perperam egiſſet abſque requiſita Romani Pontificis auctoritate, Achillem ab Arrianis, ad Eccleſiam Catholicam venientem ordinaſſet iubente Iuſtiniano Imperatore.

Maximi autem ponderis ęſtimari iudicium Apoſtolicę ſedis, ipſius inquam Romani Pontificis, cuius ſentētia damnari Euſtathium, eiuſque iudicij calculum Orientalibus omnibus innoteſcere, enixius à Damaſo. S. Baſilius voluit, quod probè ſciret Euſtathium eiuſque ſocios ab omnibus eſſe habendos hæreticos vitandos, abſque aliqua tergiuerſatione, & controuerſia, quod ab Apoſtolicæ ſedis Antiſtite conſtaret eſſe reiectos, qui ouium pellem induti (ait) manſuetudinem, ac placiditatem externè quidem ſimulant, internè verò gregem Chriſti crudeliter lacerant, & hoc nomine quod ex noſtro gremio progrediuntur.

Addamus ad hæc quod idem Baſilius apud nonnullos in crimen adductus fuiſſet quod litterarū conſuetudinem, cum Apolinari hęreſiarcha communicaſſet, ipſeque pariter ſe excuſaſſet neſciſſe hominem eſſe prauæ alicuius opinionis auctorem, re tamen poſtea comperta, tum vt ſe ſuſpicione initæ cum eo communionis pænitus liberaret, tum etiam vt latentem adhuc ſub Catholico nomine

hæreſi-

hæreſiarcham omnes agnoſcerent damnatum eſſe ab Apoſtolica ſede, Damaſum rogat vt iſtud ipſum agat epiſt. 47. Alter ait ex illis de quibus vos admonemus eſt Apollinaris haud ipſe parum Eccleſias contriſtans &c. At cur Apoſtolicæ ſedi defert damnationem Apollinaris hæreſiarchæ; cur non ipſe Cappadociæ Metropolitanus eam hæreſim cum auctore damnauit. Noſti cauſam lector, ſi memoria tenes quæ ſuperiùs ſæpe ſunt repetita, atque exemplis ſæpius demõſtrata, nimirum illum viguiſſe vſum ab ipſis Apoſtolorum temporibus, vbi primùm ſedes Petri Romæ locata eſt; vt noua hæreſis, recenſque emergens hæreſiarcha, non ab alio quopiam cuiuſuis auctoritatis Epiſcopo, quàm à Romano Pontifice, cauſa exactè perueſtigata Apoſtolica damnaretur auctoritate.

D. Auguſt. contra Iulianum lib. 1. cap. 4 Poſt recenſitas Latinorum Patrum de propoſitis quæſtionibus ſcriptas ſententias, ad coërcendam penitus hominis effrenem audaciam, iſta poſt multa ſubiunxit de præſtantia Cathedræ Petri. An ideo contemnendos putas (recenſitos ſcilicet Patres) quia Occidentalis Eccleſiæ ſunt omnes, nec vllus eſt in eis commemoratus à nobis Orientis Epiſcopus. Quid ergo faciemus, cùm illi Græci ſint, nos Latini? Puto tibi eam par-

De Iuliani Epiſcopi audacia. Hic fuit Capuanus Epiſcopus.

O tem

tem Orbis ſufficere debere in qua primum Apoſtolorum ſuorum voluit Dominus glorioſo martyrio coronari, cui Eccleſiæ præſidentem B. Innocentium ſi audire voluiſſes, iam nunc periculoſam iuuentutem tuam pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille Sanctus Africanis reſpondere concilijs, niſi quod antiquitus, Apoſtolica ſedes & Romana cum cęteris perſeueranter tenet Eccleſia. Hæc Aug. quibus videas quãti ponderis, & ſoliditatis exiſterent Romanorum pontificum reddi ſolitæ ad conſultationes, reſponſiones, & quomodo vna inſtar omnium ſatis eſſe ducatur, ad confutandas hæreſes, & audacem iuuenem infrænandum Apoſtolicæ ſedis auctoritas.

Rom. Pontifex ſuper omnes & in omnibus arbiter.

In his omnibus vides, ô Lector, tum ad Neſtorium, tum ad Cirillum datis litteris, vt primùm in ipſum quidem Cæleſtinum Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum, ſummũ Pontificium, ſummumq́ue ius præ ſe ferentem, ſic nempe loquentem, vt poteſtatem habentem, dum illum damnat, huic mãdat, & ſententiæ ſuæ exequutorem conſtituit. Quem certum eſt inter Orientales Epiſcopos primam Cathedram obtinere, in illumq́ue ſententiam damnationis intrepidè iaculari, qui Regiæ vrbis, nouæq́ue Romæ Epiſcopus exiſtens, faſtu, & arrogantia tumens, fauore pollens Imperatoris, nulli concedat.

Et

Et Anatalium Turrianus lib. de hoc argumento notat, fruſtra ſexcentorum Epiſcoporum ſuffragijs niſum, dum vnus ei reſiſtit Romanus Pontifex ſuper omnes, & in omnibus arbiter. Et aduerſus omnes Legitimus, legum Eccleſiaſticarum vindex & cuſtos, qui ſolus irritum reddat, quod conſilium ſexcentorum patrum ſententijs comprobaſſet. Quàm prudenter cautum fuerit vidiſti, vitare de fide vel communicatione diſputationes & controuerſias in ijs quæ iam ante fuerant decreto ſedis Apoſtolicæ definita, dum & intelligas quanta inſederit auctoritas Romano Pontifici, nimirum ipſum quibuſuis decretis Synodalibus antea ab ipſis Orientalibus editis, non obſtantibus, præſcribere certam formam, quàm ij qui verè Catholici dici vellent, ſequi deberent.

Vnde & Acacij nomen (Hormiſdæ ſummi Pontificis decreto) de dypticis deletum, ſimiliter & Phrauitæ Euphemij, Macedonij & Timothæi Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum, quorum primus fuit hæreticus, reliqui verò Sciſmatici. Et hoc ſolum non in ipſa Eccleſia ſola in qua Epiſcopus manet, verùm etiam per omnes cum grandi diligentia factum. Similiter & deleta ſunt de dypticis Zenonis, & Anaſtaſij Auguſtorum nomina.

Hic amabo te, ſiſte Lector gradum, atque

mente repete, quomodò Deo rebellium eſt obliterata memoria, ſucciſiq;ue ſunt, atque auulſi radicibus cedri libani, & quercus Baſan altis firmatæ radicibus impietatis. Sed à quo iſta tam grandia? & cuius in terra tanta vis atque facultas? non alterius quidem, quàm vigentis in Petri ſede poteſtatis, & inde auctoritate Apoſtolica fulminantis Romani Pontificis, ſagittas accipientis è manu potentis, ad faciendam vindictam in nationibus, &c. 149 Pſal. vt diſſipet funditus aduerſarias poteſtates, quæ adeo ſunt ab irruente deſuper Petra protritæ, vt nec nominum memoria recolēda cum benedictione remanſerit. Vbi Zenonis modo ſubdolæ artes, & Anaſtaſij ad decipiendū commēta? Vbi nunc ſathanica Acacij arrogantia, & ſucceſſorum obſtinata durities? Quot belluæ iſtæ fatigarunt Romanos Pontifices, qui eas ex feris reddere manſuetas, ex lupis oues & in ouile è ferarum latibulis reducere fruſtrà conati ſunt. Stat immobilis petra, fremant licet & turgeant, vigeantque vndique ſæui fluctus, neceſſe tandem eſt, vt ijdem rumpantur ad petram illiſi, & in ſpumam gracilem penitus diſſoluantur.

Palmæ inſtar ſe habet Eccleſia Romana.

Sed & de damnatione Anthimi, atque Mennæ ſubſtitutione per Agapetum facta, iudicium ſi tibi Lector ob oculos ponas, factiq;ue ſpeciem mente conſideres, admirari non de-

non deſines, videre nimirum Romanum Pontificem, quem furor barbaricus, ſub pulchro nomine Pacis, ab vrbe remouet, vt Conſtantinopolim ad Imperatorem ſupplex accedat, eundemq́ue ipſum egentem mutua collecta ex ſacrorum vaſorum oppignoratione pecunia, vbi Conſtantinopolim venit imperare Imperatoribus, exigereq́ue debitum fidei, & perperam ab illis facta reſcindere, & quam, cum ipſi tum Orientales Epiſcopi probaſſent Anthimi ordinationem irritam reddere, eumq́ue è ſublimi quem conſcenderat throno deponere, iura dare, omnibuſq́ue iubere, litteraſq́ue publicas ſcribere, eiuſq́ue ſucceſſorem deligere & ordinare, hæcq́ue omnia (vt dictum eſt) abſq; coacto aliquo Synodali conuentu, cùm antea in ſimili cauſa Cæleſtinus Papa, eiuſdem Eccleſiæ Antiſtitem deponendum Neſtoriũ ſcripſerit. Quibus intelligas maiore tum niti ſolere auctoritate Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem, quãto magis ea videtur oppreſſa, quod certò ſciat omnia illi cedere opus eſſe, ſi eis vti velit, in quibus & commendes Iuſtiniani Imperatoris moderationem, animiq́ue demiſſionem, vtpote qui mari terraq́ue victor, Barbarorumq́ue domitor, ab vno Romano Pontifice, vinci patiatur, accipiatq́ue ab ipſo leges, qui Romanis ac Barbaris leges ſanciat, & exercitibus imperet.

 Quo

Quo ſtatu res Romanæ fuerint quas à Pelagio adeo legimus deploratas perquirendum eſt. Totilas Gottorum Rex Roma deditione capta, orandi gratia Petri Apoſtoli Templum ingreditur, ſed Gotti interea quos obuios habent obtruncant, intranti itaque Totilę Templum Pelagius ipſe ſe obuiam offert, Chriſti in manibus Euangelia geſtans, ſupplexque omnibus factus, & genu procumbens. Parce inquit ô Princeps tuis, tunc ille arridens, & ſane profuſus, ita profatus eſt. Nunc mihi ſupplicaturus aduenisti; Ita quidem reſpondit, quandoquidem me ſeruum tuum effecit Deus. Sed ab his iam abſtine manus, qui tibi in ſeruitutem ceſſere. His itaque victus Totilas precibus Gottis militibus edicto mox imperat, Romanorum de cætero vt neminem obtruncarent, & ei in primis precioſiſſima quęque delecta ſeruarent, cætera ſibi haberent in prædam.

Pelagius Papa à Totila honoratus Romanos ſeruat.

Accidit & illud adeo admirandum prodigium, vt & abſque auxilio Conſtantinopoli ab Imperatore, vt expectabatur accepto, tamen Roma ſubſiſteret, non quidem humano fulta præſidio, ſed quod Gregorius lib. 6. epiſt. 23. liberè profitetur, defenſa Apoſtolico patrocinio. Inter alia admiratione digna quæ acciderunt, virtute Petri humiliata eſt Barbarica vis atq; flexa nouo miraculo noui Regis

Claues hyeroglificè poſſeſsionem inſinuant.

Regis ferrea ceruix, adeò vt & ad eius limina donum mittere diuinitus cogeretur. Audi rem geſtam à Gregorio in epiſt. ad Theotiſtam ſic deſcriptam, benedictionem (ait) S. Petri Apoſtoli clauem à Sacratiſſimo eius corpore tranſmiſi, de qua videlicet claue hoc eſt geſtũ quod narro miraculum. Dum eam quidam longobardorum Ciuitatem ingreſſus in Tranſpadanis partibus inueniſſet. quia S. Petri clauis eſſet deſpiciens, ſed pro eo quod eam auream vidit, facere ſibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum, vt eam incideret, qui mox cultellus cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per ſpiritum ſibi in gutture defixit, eademq́ue hora extinctus cecidit. Et dum illic Rex Longobardorum Antharith atque multi eius hominesq́ue adeſſent, & is qui ſe percuſſerat ſeorſũ mortuus, clauis verò hęc ſeorſim iaceret in terra, factus eſt omnibus vehementiſſimus timor, vt eandem clauem de terra leuare nullus præſumeret. Tunc quidam Longobardus Catholicus orationibus, & eleemoſinis deditus, Minulphus nomine vocatus eſt, atque ipſe hanc leuauit de terra. Antharith verò pro eodem miraculo, aliam aureã clauem fecit, atque cũ ea pariter ad sãctæ memoriæ prædeceſſorem meum tranſmiſit, indicans per eam quale miraculum contigiſſet, huc vſque Greg.

Sed quod per clauem poſſeſsio deſignatur, veluti Hierogliphicis notis quibuſdam (quas tamen cùm ſcriberet Rex Barbarus non intellexit) illud ſignificatum fuiſſe, poſſet ex euentibus certò interpres aſſerere non tantū Longobardis vrbem capiendam, ſed ipſos omnes cum ſua conditione, Romano Pontifici parituros.

Vnde meritò Venantius Fortunatus laudes celebrans SS. Apoſt. Petri & Pauli, inter alia de ipſis magnificè decantata de ipſorum patrocinio quo muniunt vrbem, hos habet verſus, carm. lib. 3.

A facie hoſtili, duo propugnacula præſunt,
Quas fidei turres. Vrbs, caput orbis habet.

Teſtatur id ipſum S. Gregorius de ijs quæ ipſe experiebatur, certam fidem faciens.

Et hæc quidem de Longobardis ijſdem vtique Arrianis, atque Rom. Eccleſiæ infenſiſſimis hoſtibus, quibus tamen omnibus obſtantibus, nihilominus Eccleſiæ Romanæ auctoritas ſemper effulſit.

Sed & admirabile diuinum in adminiſtranda ac defendenda Eccleſia conſilium, Deum permiſiſſe eiuſmodi feros ac barbaros Longobardos ſcilicet tota Italia potiri, vt eius imperio exueret Orientales, quibuſuis Barbaris aduerſus Rom. Eccleſiam atrociores, ſicque fieret vt excuſſa Græcorum tyrannide, & vindicata à Françis, cum Vrbe

Ita lia,

Italia, eadem magna ex parte cæderet Romano Pontifici. Ita ſuauiter ex more, Deo omnia diſponente, qui ſemper maiores Eccleſiæ clades, maioribus ſolet compenſare prouentibus, ſicut & Eccleſiæ ipſius nomine cognoſcitur ceciniſſe Propheta Pſal. 4. dum ait. In tribulatione dilataſti mihi: cū & conſilium Græcorum euanuit, qui deprimere Romanam Eccleſiam diutiùs laborarunt. Ita ceſſantibus penitùs Occidentalis Orbis Imperatoribus Rom. & regnantibus in Italia ad plura annorum ſpatia Barbaris Arrianis, Catholicis omnibus ipſiq́ue potiſſimum Rom. Eccleſiæ infenſiſſimis: nihilominus Rom. Eccleſiæ ſemper effulſit auctoritas atque maieſtas, perinde ac ſi tempora eſſent Conſtantini atque Theodoſij, non Romæ tantum, ſed vbique terrarum vbi vigeret Chriſtiana religio.

Admirandum in tuenda Eccleſia Catholica diuinum conſilium.

Diuiſo autem populo pro Sciſmate Laurentiano, cædes & alia plurima mala conſequuta ſunt, quæ præſentia Regis Theoderici quieuere. Sciſmatici enim vanam ſpem conceperant fore vt circumuentus falſis calumnijs Symmachus fauore eiuſdem Principis deponi poſſet. At vbi ſenſerunt ipſum æqui amantiſſimum Regem, nihil de cauſa Symmachi velle decernere, ſed ex ſententia Epiſcoporum qui conuenerant rē agendam, furore perciti ad violentiam conuerſi omnia

Symachus etiam ab Arriano Principe veneratur

O 5 miſce-

miſcere cædibus ſunt aggreſſi. Interea verò Rex Thedoricus, interpellatione Catholicorum, & aliorum qui erant in vrbe fauentium Simmacho Senatorum, de cogenda Synodo cogitat. Cùm verò ſatis ſciret haud ſuarum eſſe partium Orthodoxos Antiſtites ad Synodum conuocare, non ſibi plus ęquo tribuens regia incedens via more maiorum authoritate in primis ipſius Symmachi Papæ id perficiendum curauit, ab ipſoque Pontifice litteras ea de re ad Epiſcopos, vt ſe ad Synodum die ſtatuta conferrent, dari voluit, hæc quidem ita ſe habuiſſe ſequentis anni concilij edita acta ſignificant. Ex Baronij annalibus, rès planè digna memoria, cum Barbarus Gottus alienigenà hæreticus Arrianus Princeps, licet importunis ſciſmaticorum ſtudijs & illiberalibus eorumdem vrgeretur inſultibus, reueritus tamen culmen Apoſtolicæ ſedis, eius ſe potius protectorem, quàm perſequutorem exhibuit, vt ipſa Synodalia manifeſtant.

Arriani Apoſtolicæ Sedis culmen reuereri.

Intueris, ô Lector, nihil penitus Apoſtolici vigoris remiſſum vel hebetatum, deploratiſſimis licet temporibus. Arriano Rege omnibus Italiæ Prouincijs dominante, nihilque ſolitæ Romani Pontificis auctoritatis, vel iuris diminutum, quin idem Rom. Vrbis Epiſcopus, pro arbitrio abſque implorato à Rege conſenſu, dirigeret liberas

lega-

legationes ad Italiæ Prouincias corrigendas. Non quidem fauore ductus Imperatoris, cui ſe conſtituerat aduerſarium, non amicitia & gratia Theodorici regnantis, cui Arriano exiſtenti nulla poterat Pontifex communicationis compagine glutinari, vt planè intelligas Rom. Eccleſiæ ſummam auctoritatem Barbarum Arrianumque Regem reueritum eſſe, qui nulli fuit illius ſedis Epiſcopo impedimento, quin pleniſſima auctoritate cũcta quæ eſſent iurium ſedis Apoſtolicæ exerceret. Vt meritò ex hac parte lugenda ſint tempora noſtra, dum ſub Principibus Orthodoxis ſæpe Catholica ingemiſcit Eccleſia, ſuis vbique iuribus ſpoliata, quæ ſub æmulis Principibus hæreticis, & barbarico gladio libera atque ſecura, ſuo decora ſplendore fulgebat, propriæ dignitatis vbique venerabilis majeſtate, cùm ſubiici neſcia exigebat auctoritate ſua, etiam ab hoſtibus dominantibus reuerentiam.

Porro multa in actis referuntur de Vigilio Rom. Vrbis Epiſcopo, ex quibus quidem multa quis hauriet diuinæ Prouidentiæ inuigilantis ſuper Eccleſiam Romanam exempla, quibus illud potiſſimùm euidentiùs innoteſcat, ipſam diuinitatem eius gubernacula tunc præcipuè moderari, cùm qui naui præſidet, clauumque tenet, obdormire videtur, vel alio non oportunè dirigere quo vel timor

Vigilium Pontificẽ creari Theodora Imperatrix curat.

timor impellit, aut priuatus commouet affectus. Qui enim in ea reſidet Chriſtus, hùc atque illuc voluerſam nauim pro arbitrio vertit, & fluctus licet contrarij vrgeant, & flantes venti in aduerſam partem impellant, nunquam tamen ipſa nauis impingat in ſcopulos, neque offendat in Syrtes, vel crebrioribus vndarum ictibus diſſoluatur, ſed illæſa permaneat, nec vel vetuſtate lenteſcat, vel per lata foramina ſorbens aquam, abſorbeatur à fluctibus. Intelliget ex ijs pariter accuratus inſpector, quanta Rom. Eccleſiæ inſit auctoritas, vigeatque poteſtas, cùm viderit ex aduerſo fruſtrà ſecularem niti potentiam, in caſſumque armari perfidiam, varieque contra niti Orientales Epiſcopos, otioſè reſilire contrà Occidentales Antiſtites, inutiliter vbique cogi concilia atque ſanciri decreta, vbi non acceſſerit ipſius ſedis Apoſtolicæ confirmatio, & qui in ea ſedet Romani Pontificis comprobatio, cum illud tantum neceſſe ſit in Eccleſia Catholica haberi ratum & firmum, quod noſcitur conſenſione aſſertum, vel authoritate eiuſdem Romani Pontificis comprobatum. Vidiſti enim fruſtrà niſum Imperiali edicto Iuſtinianum, quouſque Vigilius illi reſtitit, nulliuſque roboris habitum totius Orientis Concilium collectum, donec illud ipſum ſuo aſſenſu voluerit Rom. Pontifex effici Oecume-

Electus legitimè Vigilius mutatus in alterū virum pronuntiauit

Oecumenicum, cum planè non alia ratione ipſi etiam Græci illud comprobent Oecumenicū eſſe, niſi quod illi conſenſus acceſſerit Rom. Pontificis. Sic vides quo magis in Vigilio contempta eſt Apoſtolicæ ſedis auctoritas, eo amplius eandem apparuiſſe illuſtratā, & cum nulla fuerint tempora quibus ſub Catholico Imperatore ignominioſa diraque pati coactus ſit Romanus Pontifex, nunquam tamen magis quanta in Petri ſucceſſore vis atque poteſtas eſſet, cognitum fuit, in illo præſertim Antiſtite quem ante electionem præterita crimina adeo infamaſſent, & violenta præcedens intruſio, illicitæque atque probroſæ promiſſiones factæ hæreticæ fœminæ contemptibilem reddidiſsent; æquè demum Silucrij Papæ obitus ferme omnibus deteſtabilem effeciſset. Ita planè permiſit Deus Apoſtolicā Sedem adeo fluctuare, atque in diſcrimen adduci, vt ab omnibus intelligatur, non humanis, ſed diuinis illam fulciri præſidijs.

Anathema in hæreticos, adimens omnem ſpem Theodoræ Auguſtæ, nihil veritus inſidias eius, admonet & Iuſtinianum Imp. de Rom. Eccl. priuilegijs conſeruandis, ſed & fidei catholicæ cauſa, vitam ipſam ſi opus eſſet prodigendam, ex petra velut grandi miraculo Petræ ſoliditate percepta, atque ex ſede Apoſtolica, hauſto

Ita ſubſannat præpotens Deus miſerrimorum homuncionum impotentiam, qui ſe cū Eccleſiæ, tum Romani Pontificis æſtimant auctoritatē euertere poſſe, nihil aliud quidquam relaturi ſunt, quàm cum ſummo dedecore ignominiam ſempiternam, ignisque inextinguibilis incendium. Et quidem Eccleſiæ perſtitit, & Romani Pontificis inuicta

ſem-

ſpiritu Apoſtolico iam firmiter mente conceperat.

ſemper auctoritas, mille ſexcentis viginti & octo annis contra omnem tum Imperatorum Ethnicorum, hæreticorumque inanem ſæuitiam, perſtabit infallibiliter vſque ad mundi finem, permittente Domino, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, marceſcat liuor & inuidia, atque amens furor improborum atque viliſſimorum hominum, qui falſis dogmatibus & contumeliarum plenis Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedis palam ſe hoſtes profitētur. Et quidem in multis Europæ partibus magnam attulere vaſtitatem, religione mirabiliter confuſa ac perturbata, ſed qui potens eſt Deus ſuſcitare ex lapidibus iſtis filios Abrahæ, impleuit ſcripturam dicentem, Pſal. 21. Commemorabūtur & conuertentur ad eum vniuerſi fines terræ. Vocare non dedignatur barbaras nationes, atque ex vaſtiſſimis noui orbis longè diſſitarum gentium regionibus Indorum, Sinarum, Iapponum, Braſiliæ, & Peruanæ atque aliarum gentium occidui orbis ampliſſimis regionibus, ab idololatriæ cultu vindicatis, populum ſibi peculiarem electum conſtituere geſtit, qui auidè eius doctrinam amplectantur, gratia miraculorum confirmenrur. Quæ cùm in ijs regionibus perplura à Catholicis fieri ſolita ſint, cùm in noſtro orbe Fratres Euangelici tam longè à miraculis edendis, quàm

à vera

Digitized by Google

à vera fide ſint remoti, viuunt genialiter, venereis amplexibus delectantur, vigiliæ, preces, ieiunia papiſtica apud illos ſunt commenta.

Sed & de Simplicio cum ſub Odoacre Rege Romam occupante, Arrianis eam replentibus; inter barbaricum furorem, & Arrianorum cum potentia iunctam procaciam deploratiſſimis hiſce temporibus perinde ac in ſumma pace, otio, & tranquillitate eſſet, eadem auctoritate & libertate, qua ſemper antea prædeceſſores inſedere Cathedræ Petri, vniuerſi orbis Eccleſijs Occidentalibus & Orientalibus ſancire leges, cognoſcere cauſas, definire ſententias, illos exauctorare, hos promouere, illoſque in ſedes epiſcopales reſtituere, releuare oppreſſos, faſtu elatos deijcere, coërcere Imperatores, obſiſtere omnibus Barbaris victoribus Regibus; Inſuper ab Oriente & Occidente ſuſcipere legationes, in omnibus denique arbitrum ipſis atque iudicem conſedere, & vbi corpore præſens non poſſet aſſiſtere, legationum auctoritate, ac per vicarias præfecturas tum Occiduo, tum Orientali ſemper Orbi præſto fuiſſe, præfuiſſeque cunctis Eccleſijs.

Ex quibus intelligis quàm procul abſit, vt Romanorum Pontificum auctoritas ex humanis fuerit deducta atque aucta præſidijs, quod inſcij rerum geſtarũ obganniunt Impe- Petri tribunal.

Imperiti nimirum cum blaterant, ob ſedem Imperij Romæ fixam creuiſſe Apoſtolicæ ſedis potentiam. Antequam enim Chriſtiani Principes regnarent, quinam fouebant Romanos Antiſtites; num Ethnici Imperatores qui eos perſequebantur, demetebantque falce martyres, ab his quidem emolumẽtum planè nullum, damna autem quàm plurima quotidie experiri ſolebant ijdem Rom. Pontifices, quorum tamen temporibus eoſdem Eccleſiæ Rom. Præſules, eadem ampliſſima auctoritate, & poteſtate cunctis totius orbis Eccleſijs Paſtorali regimine præfuiſſe manifeſtiſſimè docent res geſtæ. Ex quibus omnibus recognoſce ſicuti in cæteris, ita etiam iudiciaria in poteſtate Petrum habere primatum. Ad propoſitum redeamus.

Profecturi in Oriẽtem vbi tot erant hæretici documenta fidei ſuſcipiebant ab Antiſtite Rom.

Eſt & illud ſummæ vigilantiæ ac diſciplinæ Rom. Eccleſię argumentum, & obſeruatione dignum, ſi quem piorum Occidentalium ijs temporibus in Orientẽ vbi tot hęreſes pullulabant, proficiſci cõtingeret, ſolitum pro viatico ſibi ſumere veræ fidei documentum præmunireque ſe antidoto contra ictus ſerpentium, qui ſciret frequenter illis regionibus reperiebantur, cum eodem tempore ſub Anaſtaſio fides Catholica periclitabatur.

Sancto Fulgentio ſuppeditatum eſt argumentum ſcribendi de fide ad Petrum Hieroſoli-

roſolimam profecturum, vt ipſe libri exordio præfatur his verbis; Epiſtolam, mi Petre charitatis tuæ accepi, in qua ſignificaſti Hierosolimam velle pergere, & poſtulaſti te litteris noſtris inſtrui quam debeas in illis partibus fidei regulam tenere, vt nullus tibi poſsit ſenſus hæreticæ ſubrepere falſitatis, &c. Apud Aug. in append. ad tom. 3.

Notatur in faſtis tam Græcis, quàm Latinis præſens annus Domini 485. quo res Eccleſiæ in deterius prolabebantur, cùm ipſis Orthodoxis in Oriente pulſis, & ſuffectis eorum locis hæreticis, vel ſaltem communicatoribus hæreticorum, tenebræ vndique ſparſæ impietatis, tetram vbique & horrendam noctem induxerunt. Vt cum Hieremia cap. 2. lugubre illud exclamandum iugiter fuerit. *Quomodo obtexit calligine in furore ſuo Dominus filiam Syon.* Cùm tamen officio minimè defuerit Fælix Papa exemplo Domini, *qui vulnerat & medetur*, vt dicitur Prouerb. 5. poſt damnatum Acacium Conſtantinop. Epiſcopum malorum omnium auctorem & propagatorem, ipſum filium tenebrarum in lucem & deſertorem reducere, ac reuocare ad Eccleſiam omni ſtudio laborauit. Tantæ ſuperbiæ atque arrogantiæ fuit hic Acacius, de quo Suidas ait ſollicitam curam impendiſſe, vt imagines eius adhuc viuentis, quod de nullo Epiſcopo legitur,

Acacij hæretici Epiſcopi & multorum aliorum Epiſcoporum Conſtant. inſolétia.

P

gitur, in templis dedicarentur, & conſecrarentur. Confirmat pictura templi juxta nauale calculis muſiuo opere elaborata, cum enim totum templi opus ſub Gennadio fuiſſet perfectum, in inſigni templi loco eum effinxerunt, & inter hunc Saluatorem Gennadio dicentem. *Soluito templum hoc*. Et Acacio, *Poſt te hunc excitabo*, quod ſcilicet poſt Gennadium fuiſſet Conſtantinopolitanus creatus Epiſcopus. Sed cum eius nomen è ſacris tabulis, ita decernentibus Romanis Pontificibus, ſublatum eſt, vtique & eiuſmodi imagines ab Eccleſijs oportuit eſſe deletas.

Ita & Lutheri & Caluini.

Hos imitati Lutherani effigiatas ac pictas Lutheri imagines ſanctitatis nomine cohoneſtant. Et Caluini imagines depingentes in Gallia Caluiniani, Solē Galliæ appellant.

Flauitæ quoque nomen eſt è dypticis ſublatum, qui vt teſtatur Euag. lib. 4. cap. 3. idem eſt repertus hoſtis Concilij Calcedonenſis de quo iſta Niceph. lib. 16. cap. 18. poſt. Achacium Flauita Conſtantinop. cepit Epiſcopatum, vir qui quidem præſbyter eſſe viſus ſit, ſed vſque adeò ad audaciam, & improbitatem ſummā peruenit, vt id quod dicturus ſum, facinus, ſatis quibus moribus fuerit iudicare poſſit. Zeno Imperator, chartam puram in ſacro ponit altari, atque in charta illa per ſcriptum Deo ſupplicauit,

vt per

vt per Angeli manum, quæ in conſpectum hominum non veniret, nomen eius aſcriberet quem cæleſti calculo Conſtan. Eccleſiæ Hierarcham præfectum vellet, atque ob eam rem 40. dierum ieiunium indixit, & Deum omnes orare, vt qui illi placitus eſſet oſtenderetur, iuſſit. Hæc vbi Flauitas cognouit, auro multo templi cuſtodem, quo idem Principem Imperialium Cubicnlariorum corrupit; vt in charta pura nomen eius annotaret, eamq́ue rurſus ſigillo Imperatoris obſignaret; hoc vbi factum eſt, & vbi conſtitutum ieiunij tempus præterijt, ſigillo è charta ſublato, derepente Flauitas ingenti gloria, perinde atque à Deo deſignatus eſſet affluens, correptus eſt, & magnifico ſaltu in Patriarchæ thronum conſcendit: verum enimuerò piaculum id omnipotens prouidentia non diu latere paſſa, illuſionem illam ſcenicamq́ue actionem quamprimùm in apertum duxit: infęlix Flauitas ille, cum non totos quatuor menſes in ſede ea tranſegiſſet, morte repentina ex hominibus ſublatus eſt, cum ne mediam quidem partem muneris eius, quo Epiſcopalem dignitatem emerat corradere potuerit: argentarij hæredibus eius inſiſtere, & pecuniam nuper mutuò datam exigere. Atque illi qui ſoluendo eſſent,

Flauitæ Conſtant. Epiſcopi facinus, fraudes, & impoſturæ chartæ.

Zenonem Imp. adire, eique vt ab acerbis illis creditoribus eos liberaret ſupplicarunt, & rem ipſam ſecretò ei ipſi qui de illa inquirebat indicarunt, Zeno autem re audita obſtupuit. Et poſtquam non Chriſtum, ſed Chryſum, hoc eſt aurum potiùs Flauitæ nomen in libello illo aſcripſiſſe cognouit, iudicium re vera & iuſtitiam iuxta illud Pſal. 118. facit, atque Eunuchum qui ſibi diuinam exiſtimationem & gloriam arrogaſſet tolli, pecuniam autem eius creditam ex ſubſtantia eius diſſolui argentarijs iuſſit, ipſam verò Eccleſiam Epiſcopis permiſit, vt illi ſuffragijs, quem idoneum eſſe procurationi eius iudicarent, eligerent. Sed quis negare potuiſſet rem tantā non ſeriò agere Protheum iſtum, cum tanti ſe facere communicationem Rom. Pontificis præ ſe tulerit, vt abſq; conſenſu eius noluerit in throno ſedere, legationem que miſerit honorificam dignam procul dubio Rom. Pontifice & litteras dederit cum profeſſione Catholicæ fidei, tales namque oportuit illas fuiſſe quibus ſe deteſtari communicationem Petri Alexandrini ſignificarat. Quis enim talia ac tanta videns recipiendū eſſe ad communicationem Flauitam negaret. Attamen prudenter diſtulit Fælix, & quid tempus pareret prouidè expectauit, probè ſciens quod fictum eſt haud diutiùs permanſurum, atque illud opportunè

Flauitæ fraudes & impoſturæ.

Hæreticorum pænitentia ſuſpecta.

Deo

Deo volente factum, vt Alexandriâ cum litteris Flauitæ ad Petrum datis Romam nuncij aduentarent, ex quibus totius fabulæ patefactum eſt argumentum. Vnde accidit vt in præſentes hæretici hominis legatos, quos vtique ex auctore qui miſerat tales & ipſos eſſe exiſtimauit iure Pontifex commotus fuerit, vt in fraudulentos & impoſtores homines qui circumuenire atque decipere ſedem Apoſtolicam adueniſſent. Quare nomen eius ex dypticis expunctum, nec inter mortuorum memorias receptum ab ipſius ſucceſſore Euphemio, vtpote manifeſtus comprobatus hęreticus, & à Catholica communione extorris.

Quare à Gelaſio Papa ſucceſſore Fælicis, Euphemio Conſtantinop. Epiſcopo negotium faceſſitum, quod Conſtantinopolitana plebs Acacij nominis ſtudioſa haud ſuaderi poterat nomen Acacij è dypticis ſubmoueri, quiſnam hæc in Eccleſia Dei, quæſo te ait Gelaſius ad Euphemium Epiſtola nona, poſſit audire, cum vtique paſtorem grex ſequi ad paſcua ſalutaria reuocantem debeat, non per deuia gregem paſtor errantem. Dic mihi rogo te, Grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certè ſi vobis hoc placet, multó magis nobis cauſa eſt iuſtior, qui Populum Romanum, à fide ſua illa laudabili, maiorum traditione percepta

declinare non ſuſtinentem, nos penitus libenter audiuimus, ſi vos Conſtantinopolitanam plebem ab hęretica communione diſcedere recuſantem non vultis offendere.

Nullus conſenſus Idoli cum templo Dei.

Sic & Anaſtaſij & Zenonis Imp. nomen è ſacris dypthicis fuit abraſum, ſecundum illud Pſal. 68. *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.* & illud Eccleſ. 6. *Pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Non vidit Solem, neque cognouit diſtantiam boni & mali.* Ita planè nec nomine tenus, vel poſt mortem ab Eccleſia Catholica Chriſti ſponſa cognoſcitur, qui impias ſectatus hæreſes aduerſariorum ſpirituū ſe parti coniunxit, *nulla enim eſt*, vt dicitur Cor. 1. c. 6. *communicatio lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Chriſti ad Belial. aut infidelis cum fideli, vel conſenſus idoli cum templo Dei.* Hinc iure & illæ populi orthodoxi crebræ acclamationes fuere de eodem impio in loco ſancto ſepulto, tollantur oſſa Manicheorū, erant hæc certa indicia diuini iudicij, etenim Martyris Sanctiſſimi Cypriani ſententia eſt de vnitate Eccleſiæ. *Non perueniet ad Chriſti præmia, qui reliquit Eccleſiam Chriſti, alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt, non poteſt habere Deum Patrem, qui nō habet Eccleſiam Matrem, vbique miſer, qui ab Eccleſia Deoq; repellitur, quem verò Eccleſia & Deus reijcit hæreticum*

reticum Principem, Princeps ille ſibi vindicat tenebrarum, qui in Chriſto non habet quidquã. Ioan. 12.

Et de Anthimi exauctoratione atq; Menæ ſubſtitutione Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum per Agapitum Rom. ſedis Antiſtitem facta, ſi facti ſpeciem conſideres, admirari non deſines. Videre nimirum Pontificem Romanum quem furor Barbaricus Theodorici ſcilicet Gottorum Regis Arriani, ſub pulchro nomine pacis, ab vrbe remouet, vt ſupplex ad Imperatorem Iuſtinianum accedat, eundemque ipſum egentem mutua collecta ex vaſorum ſacrorũ oppignoratione pecunia iuuat, vbi Conſtantinopolim venit imperare Imperat. exigere debitum fidei, & perperam ab illis facta reſcindere. Et eam quam Orientales Epiſcopi tum probaſſent Anthimi ordinationẽ, irritã reddere, eumq; è ſublimi quẽ conſcenderat throno deponere, iura dare omnibus iubere, litteraſque publicas ſcribere, eiuſque ſucceſſorem deligere & ordinare. Hæcque omnia abſque vllo coacto ſynodali conuentu, cùm antea in ſimili cauſa Cæleſtinus Papa eiuſdem Eccleſiæ Pontificem deponendum ſcripſerit Neſtorium, & per Theodoſium Imperatorem, ea de re non prouinciale dũtaxat, ſed Oecumenicum Epheſi concilium conuocandum curarit.

Rom. ſedis Antiſtes quo magis oppreſſus videtur, tanto reſurgit fortior.

Quibus intelligas, ô lector, maiori tunc niti ſolere auctoritate Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem, quando magis ea videtur oppreſſa, quod certò ſciat omnia illi cedere opus eſſe, ſi ea vti volet. Ex quibus & commendamus Iuſtiniani Imperatoris moderationem, animique dimiſſionem, vtpote qui mari terraque victor, Barbarorumque domitor, ab vno Rom. Pontifice vinci ſe patiatur, accipiatque ab ipſo leges, qui Romanis ac Barbaris leges ſanciat, & exercitibus imperet.

Execrandum facinus Beliſſarij inuadentis Pontificem. Rom.

Atqui audi portentum, attende facinus omni execratione dignum, Romæ perpetratum ab eo qui ſe Catholicæ fidei eſſe cultorem præ ſe ferebat, ac defenſorem hactenus laudatiſſimum Beliſſarium, pro monſtro plane habitum eſt, vt qui foris erant Barbari hoſtes Gotti Arriani ne clericulum quidem iniuria damnoue affecerint, nec impedierint quo minus ſacri ibi conſiſtentes Deo dicati miniſtri diuerſi ordinis clerici conſuetum cultum impenderent, Apoſtolorumque baſilicis nec leue damnum attulerint, eodem tempore qui intus degebat, pius iuſtuſque antea ſemper habitus ab Imperatore miſſus expugnare Barbaros, Vrbemque ab eorum tyrannide vindicatam tueri, Dux exercitus Beliſſarius, idem ex improuiſo tyrannus apparuerit atque Sacrilegus in Cathedram Petri, & vniuerſam Romanam Eccleſiam Barbaricè,

Beliſſarius Siluerium Papam ſub prætextu, quod Vrbem Gottis prodere vellet, mandato Theodor. Imperatricis in exilium mittit.

baricè, Tirannicèque iniurijs damnoque afficiens, atque profanans, inijcienſq́ue violentam manum in ipſum Rom. Pontificem, deturpans, inhoneſtanſq́ue ipſum viſibile loco Chriſti poſitum Eccleſiæ caput.

Magna hæc quidem fuit horribiliſq́ue in Eccleſia Romana tempeſtas, à furente fœmina hæretica Arriana excitata, impiè admodum ab ambitioſo Diacono procurata, & impijſſimè à Beliſſario confirmata, in eo quidem deteriore, dum veritus eſt ipſe, ne fœminæ offenſam incurreret cuius feſtinauit implere voluntatem, cum ille ipſum Cæſarem timuerit, ſed luit ipſe meritas infęlix pœnas, nam qui tanto patrato ſcelere ſibi deuincire ſtuduit per Theodoram, Imperatorem, Deo vlciſcente factum, vt eundem infenſiſſimum expertus hoſtem, ab eodemq́ue ipſe qui tot victorijs glorioſus toto conſpicuus orbe fuit, in ordinem redactus ſit, exemplum poſteris factus quanto quis ſuo damno in Chriſtum domini manus violentas mittat. Cui ob immenſitatem ſceleris perpetrati, nec ſatis fuit ad veniam promerendam facti pœnitentia, nam noluit omnino Deus, licet diſtulerit, abſq; vindicta relinqui quod tāto ſacrilegio facinus horrēdū ab ipſo fuerat perpetratum Beliſſarius enim poſt ſcelus admiſſū in ſe reuerſus, veluti ebrietate

iam ſolu a quod deliquiſſet ob mentis oculos iugiter habens ſe ipſum erubuit, & deteſtatus valde ad expiandum immane facinus, vt offenſum diuinum Numen conciliaret, illudque ipſum ſibi redderet propitium, mox Romæ erigendam Eccleſiam curauit, cui præ foribus eiuſmodi inſcriptionem lapidi annotari voluit, patrati facinoris perpetuum monumentum.

Hanc vir Patricius Beliſſarius Vrbis amicus,
Ob culpæ veniam condidit Eccleſiam.
Hanc idcirco, pedem, ſacram qui ponis in ædem,
Vt miſeretur eum ſæpe precare Deum.

Ac licet ab eo erecta Eccleſia perierit, demolita forſitan à Gottis qui rursũ potiti ſunt vrbe, vt par eſt credere in odiũ ipſius conditoris Beliſſarij, ipſa inſcriptio adhuc integra legitur, in alterius Eccleſiæ affixa pariete. Agnoſcimus hic vti in cæteris diuinam prouidentiam, ac iuſtum Dei iudicium, in perſequendo temporalibus pænis immane illud atque impium facinus, cum ad nutum Theodoræ Auguſtæ iniecit manus in Sanctum Domini Sanctum Siluerium Pontificem, cum apud Miſcellam, Zonaram Glicam, Gedrenum, alioſque recentiores. Volaterranum, Crinitum, conſtet certo in coniurationis ſuſpicionem adductum, à Iuliano Imper. redactum fuiſſe in ordinem,

Extat Romæ in pariete Eccleſiæ Cruciferorum inter Mincium mõtem & Quirinalem.

Admonitio.

Verumenimuerò experimento videmus ampliſ-

ampliſſima quæque ruere ædificia cum ipſorum fundamenta deficiunt, ita etiam neceſſum peſſundari florentiſſimas ciuitates atque prouincias, quibus catholicæ Religionis deficit fundamentum. Et licet non ſemper perfidiam vltio ſubſequatur, vanam tamen inanemque penitus eſſe ſcias peccantium jactantiam illam, qua dicitur ab illis Eccleſ. 4. Peccaui, & quid mihi triſte accidit? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. Clamant hæc vera eſſe omnes quæ ſunt in Aſia, Africa & Europa, Orientales prouinciæ traditæ feris Barbaris, ad multa annorum ſæcula deuaſtandæ; legimus totius Syriæ cladem, Anthiocenæ ciuitatis Orientalium nobiliſſimæ vidiſti ruinam, vidiſti incendium Conſtantinopolis, quæ Romanæ Vrbis æmula ſucceſſoris Petri Imperium haud rarò contempſit, require cauſam, ac in memoria repete quæ de Syriæ Epiſcopis, in primis verò Anthiocenis Conſtant. Alexand. & pluriũ aliarum Græciæ ciuitatum diximus, ex quibus aliquos fuiſſe Arrij defenſores; alios Neſtorianæ, alios Euthichianæ, alios Macedonianæ, alios poſtremò Dioſcori ſectæ, vel melius blaſphemiæ ſectatores, ſed & ad illam conſiderationem te in omnibus prouoco, atque reuoco, quàm proſperè, quàmque feliciter res ceſſerunt bellicæ Iuſtiniano Imperatori tã in Perſide, quàm in Africa, antequã

in

in Siluerium Rom. Pontificem fuerint violentæ manus iniectæ, poſtea verò conuerſa alea, quàm exiterint luctuoſæ, nam licet in Occidente ad modicum temporis ſpatium res Gotticæ dextræ ac floridæ ſuccedere viſæ ſint, quæ ſæpe poſtea in diſcrimē ſunt adductæ, certè quidem in Oriente vbi regnabat Imperator, res diuerſæ longè viſæ ſunt vbique deploratiſſimæ, eoque ſtatu miſerrimè collocatæ, vt non Hunnis tantùm, ſed etiam Perſarum Regi fieri neceſſe tributarium fuerit illum Imperatorem, qui Wandalorum atque Gottorum Reges nuper ſub jugo captiuos duxerat, ſed & res Aſianas quàm fæliciſſimis auſpicijs inchoatas, maxima ſequuta ſunt detrimenta.

Et ne longiùs recedamus, ex ijs quæ in Africa ſunt geſta, perpetuò valeas intelligere, quàm diſpares rerum progreſſus inter ſe comparati fuerint ſubſequuti, nam Africana Eccleſia à Petro vt ſcribit Greg. lib. 2. epiſt. 5. inſtituta, Mauritania, Numidia, Carthago florentiſſima habuere principia, dum integra adhuc eſſet fides. Sed inualeſcente Sciſmate Nouati, acrior quoque Decij & Diocletiani ſubſequuta eſt in Chriſti Fideles perſequutio, & cùm miſerandum in modum poſtea ſciſmate diuiſa, & tota penè lacerata & diuulſa membris in corpore ſeparatis, ob vitia, hæreſes, & ſciſmata Barbaris

Africa-

Africanis, Wandalis tradita, Ægyptijs verò Thebanis diuerſas ſectas ſequutis Agarenos Dominos primùm, poſtea Ottomannos ſiue Turcas cum tota Aſia paſſi, quia Arrij defenſores, aut Euticij, Neſtorij, ac Dioſcori ſectatores fuere, ob Catholicam fidem violatam calicem furoris ac iræ Dei perſenſerunt. De quibus ſuo loco fuſiùs dicturi ſumus.

Ad Romanæ verò Eccleſiæ diſciplinæ obſeruantiam redeamus, quæ D. Cypriani litteris acceptis, tam ad Clerum Romanũ ſcilicet, quàm ad Confeſſores in carcere detentos, de recipiendis lapſis, redditis litteris ad Cyprianum, probare ſe per omnia in ea re Cypriani ſententiam dicit; extant litteræ apud S. Cyprianum epiſt. 31. Quibus illi nequaquam ſe aliquid noui in re tanta decernere, ſed ſemper ſeruatam in Eccleſia diſciplinam præſcribere profitentur, ac primum illud commendat Cypriani ſtudium, quo Romanæ Eccleſiæ iudicio ſua exhibeat examinanda ac probanda. Qui etiam poſtea de eccleſiaſtica diſciplina obſeruanda, ac mordicus retinenda, etiam perſequutionis tempore, hæc ſubijcit, quid enim inquit magis in pace tam aptum, aut in bellis perſecutionibuſq; tam neceſſarium, quàm debitam ſeueritatem diuini vigoris tenere? quam qui remiſerit inſtabili rerum curſu erret ſemper neceſſe

Clerus Romanus ſemper ſeruatam in Eccleſia diſciplinam non mutat.

Ciprianus Rom. Eccleſiæ iudicio ſuas lucubrationes ſubijcit examinãdas.

ne eſſe eſt, & huc atque illuc varijs, atque incertis ſemper negotiorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo, nauem ſalutis in ſcopulos illidat, vt appareat ſaluti Eccleſiæ non aliter conſuli poſſe, niſi ſi qui contra eam faciunt, quaſi quidam aduerſi fluctus repellantur, & diſciplinæ eius cuſtodita ratio quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tempeſtate ſeruetur.

Videas ex ijs planè Roma. Eccleſiam in omnibus domi foriſque, in pace, belloque, Eccleſiæ diſciplinæ vindicem præfuiſſe, nec paſſam eſſe, nec paſſuram eam, vlla ex parte quauis occaſione conuelli, nam addit, nec hoc nobis nunc nuper conſilium cogitatum eſt, nec hæc apud nos aduerſus improbos modo ſuperuenerunt repentina ſubſidia, ſed antiqua hęc apud nos ſeueritas, antiqua fidei diſciplina. Nam nec tantas de nobis laudes Apoſtolus protuliſſet dicendo, quia fides veſtra prædicatur in toto mundo: Niſi iam inde vigor iſte radices fidei temporibus illis mutuatus fuiſſet, quarum laudum& gloriæ degenerem fuiſſe, maximum crimen eſt.

Romanæ Eccleſiæ vindex antiquæ diſciplinæ

Hæc & alia Romanus clerus, ex quibus apparet tenaciſſimam ſemper fuiſſe Romanam Eccleſiam auitę diſciplinæ,& paternarũ traditionum vigilantiſſimam cuſtodem.

Et quid ille Priuatus, quod enim D. Cypria-

pria-

prianus epiſt. 31. admonuiſſet Romanum Clerum cauendum hominem ſubdolum Catholico nomine peruagantem, atque Romam aduenientem vt ab omnium Principe Eccleſiæ communionem Catholicam ſuffurari poſſet, qua obtenta eius prærogatiua, cum cæteris quoque communicare poſſet Eccleſijs, quid ad hoc Rom. Clerus reſcripſerit, audiamus. „Quod „pertinet ad Priuatum Lambeſitanum, pro „tuo more feciſti, qui rem nobis ſollicitè „nunciare voluiſti, omnes enim nos decet „pro corpore totius Eccleſiæ cuius per va„rias quaſque Prouincias membra digeſta „ſunt, excubare, Sed nos etiam, ante „litteras tuas fraus hominis latere non „potuit, nam cum ante hac quidam ex ne„quitię eius cohorte veniſſet Vexillarius Pri„uati, & furto, & fraudulenter litteras à no„bis elicere curaret, nec quis eſset latuit, nec „litteras quas volebat accepit.

Priuatus litteras à Rom. Eccleſia, communionis furto accipere ſperans, fruſtratur.

Ex quibus planè intelligas quanti etiam hæretici facerent Romanæ Eccleſiæ communionem, ſiue communicationem, qui ſcirent ſe hæreſeos infamiæ aſperſa labe purgandos Catholicoſque ab omnibus comprobandos, ſi ſe cum ea communicare eius litteris demonſtrarent, vt ſanè appareat Romanę ſolius Eccleſiæ cenſura hæreticos à Catholicis diſcriminari ſolitos, eos nimirum haben-

Catholicus eſt qui cum Rom. Eccleſia communicat.

habendos Catholicos, quibus illa Catholicę communionis litteras impartiret, illos verò è contra ab omnibus hæreticos & ſciſmaticos eſſe cenſendos, quibus communionem denegaſſet, quæ idcirco olim Catholica cõmunicatio dicebatur. Quod ab omnibus alijs pariter in partiretur Eccleſijs, quæ ante quis à Romana Eccleſia percepiſset.

Præterea obtinuit conſuetudo illa vetus, quâ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi ad omnes coëpiſcopos Catholicæ communicationis mittere ſolerent Euchariſtiam. Sed qui ea indigni ab ipſis iudicati eſsent, ijdẽ vt execrabiles, & ab Eccleſia extorres, ab omnibus vitabantur. Qui enim nõ communicãt eo modo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo, excommunicati ab omnibus cenſebantur, tanta erat in Petri Cathedra auctoritas!

Et qui dicerentur Catholici loquendi vſus modò quoque obtinuit, vt ijdem Romani dicerentur · Quod verò ad hæreticos ſpectat, cum more prædonum vindicent ſibi Catholicum nomen, qui verò ſuntCatholici quod eo potiſſimum diſcernerentur ſigno nempe quia communicant cum Romana Eccleſia, eos appellant Romanos, hodie Papiſtas nominãt, quos ex cõmunicatione cum Romano Pontifice Eccleſiaſtica Antiquitas ſemper nouit eſſe Catholicos, & eo nomine ſemper vocauit, vt planè eorum confeſſione appareat,

Loquendi vſus obtinuit, vt & Romani diceremur.

Digitized by Google

appareat, eos eſſe verè Catholicos Orthodoxos quos nomine celebrant, quo ſe illos infamare, & viles reddere putant. Neque partem aut ſectam notat vocari Papiſtam, nec certus aliquis, aut nouus auctor eſt, vt Valentinus, Caluinus, nec vnius loci, ſed totius Orbis Chriſtiani Patrem ac Paſtorem dicit, nec huius temporis perſonam aliquam, ſed perpetuum Magiſtratum, atque Epiſcopum notat. Ergo Papiſtas cum nos nuncupant, nihil aliud quàm oues aut ſubditos nos vocant illius, cui in perſona Petri oues ſuas commiſit, cuique totus Chriſtianus Orbis, vt capiti Vicario ſubijcitur, aut quia in eius Eccleſiæ Romanæ videlicet communicatione, omnes gentes Chriſtianorum, & hodie & ſemper vixerunt, in eam quoque ſententiam Pontificiorum, Romanenſium, & Homouſianorũ nomina intelligenda ſunt.

Hæretici qui nos opprobroſo nomine putant infamare, Papiſtas nominant.

Ac licet lapſu Oſij ingenti fuerit Eccleſia Dei tremore concuſſa, vtpote quę eſſet illi Catholicæ communicationis compaginatione coniuncta, haud tamen cum corruente corruit, quippe quæ minimè gentium tali niteretur fundamento, quæ fundata eſt ſuper firmam Petram, & quę ſciret Oſium hominem, & non Angelum, didiciſſetq; nec Angelum reuereri debere, ſed Anathemate, & execratione percellere, qui annunciarent aliter quàm quod Apoſtolis traditum eſt, atque

que perſtare, cuilibet turbulentæ ac violentæ cribrationi diaboli, ſolidam promiſſionem Chriſti verbo firmatam, atque precibus ſtabilitam. At ſi quãdoq; contigit illud videre de fidei veritate miraculum, quod dixit Dominus: *Si iſti tacebunt, lapides clamabunt.* Luc. 3. Hoc planè tempóre perſpicuè fuit demonſtratum, nam ſicut olim negante Petro, & cæteris fuga lapſis Apoſtolis, Latro Chriſtum eſt confeſſus in cruce. Idem que Centurio qui crucifixerat Chriſtum, publica confeſſione clamauit: *Verè Filius Dei erat iſte*, & qui blaſphemauerunt, reuertebantur, *pectora ſua percutientes*. O excellens miraculum, & omnia ſuperans de fidei chriſtianæ periculo prodigium, cum negat Oſius, hoſtes fidei confitentur Arriani. Ablegata ſiquidẽ ab Oſio in Filio Dei diuina ſubſtantia, eadem ab eius impugnatoribus reſtituitur. Prædicat denique ipſe Conſtantinus Imperator, publicisque edictis demoliendum curat, quod Oſius vnà cum alijs impiè ædificarat.

Eccleſia Dei cum deijcitur ab amicis, erigitur ab inimicis.

S. Athanaſius tamen epiſt. ad ſolit. ſic de Oſio. Veruntamen (ait) ne is quidem pro leui eam rem habuit, moriturus enim quaſi in teſtamento ſuo, eorum vim proteſtatus eſt, & Arrianam hæreſim condemnauit, vetuit eam à quoquam probari, nec recipi. Idem quoque oratione contra Arrianos prima,

trigeſimo

trigeſimo ſexto à Niceno cōcilio anno ſcripta, cum recenſuiſſet præclariſſimos viros, de fide Catholica optimè meritos, primo loco ac titulo honorifico, ponens Oſium, planè declarat, eundem in Catholica communicatione eſſe defunctum, & in Apologia 2. Vis tamen illa & tyrannica (inquit) Conſtantij poteſtas multiplexq́ue contumelia, & interminationes ſatis oſtendunt, minimè eum in noſtri condemnationem, ſed ſenili imbecillitate imparem verberibus ad tempus ceſſiſſe. Erat enim auctore Seuero centenario maior.

Liberij verò Rom. Pontificis remanſit poſteris præclara, & honorifica memoria, de quo S. Ambr. lib. 3. de virginibus, vbi inſerit integrum ab eo habitum ſermonem in conſecratione ſororis, vocans eum beatæ, & ſanctæ memoriæ. Et apud Baſil. epiſt. 74. ad Occidentales, vbi nominat eum beatiſſimum virum. Et apud Epiph. hæreſi 75. qui appellat Beatum, & apud Bedę martyrologium 8. Kal. Octob. cum alijs ſanctis nomen eius reperitur intextū. Item apud Wandelbertum 25. Septemb. vt planè appareat, omnem maculam quam olim exul Arrianorum forſitan ad tempus communione, etſi non hæreſis prauitate contraxerat, poſteriori illa confeſſione, tempore Concilij Ariminenſis prorſus fuiſſe deletam,

Et quum ex dypticis Romanæ Eccleſiæ Fœlix Epiſcopus Rom. à viris etiam doctiſſimis cenſeretur expungendus, re in diſceptationem adducta, quaſi diuino miraculo in Diaconia SS. Martyrum Coſmæ & Damiani effoſſum eſt corpus S. Fœlicis Papæ, cum tabula lapidea, cum hac inſcriptione. *Corpus S. Fœlicis Papæ & Martyris qui damnauit Conſtantiũ* Ita ille qui inter Biotanatos ſtatuendus videbatur, inter Martyrum cohortes re liuiuus apparuit, ſub Gregorio 13. Pontifice, anno Domini 1582.

ECCLE-

ECCLESIA SANCTA EST, TVM propter fidem, tum propter Sacramenta, non propter ſingularem integritatem.

CAPVT IX.

HIs quæ ad Catholicam, Vnam Apoſtolicam Eccleſiam ſpe-ctant, pro noſtræ facultatis tenuitate declaratis, ſequitur & altera proprietas Eccleſiæ, quæ dicitur Sancta. Idq́ue multis de cauſis. Primò propter fidei ſanctitatem, ſincerè enim Deum colit, vt illi in iuſtitia & ſanctitate ſeruiens, inueniatur quandoque ſine ruga & macula, ſicut Epheſ. 5. dicitur, vt exhibeat eam Deus glorioſam & immaculatã, extra quam nulla eſt peccatorum remiſſio, nulla pietas vera, nulla ſanctitas, dicitur enim Cant. 6. Vna eſt columba mea perfecta mea, de qua D. Gregor. *Vna eſt,* inquit *quia extra hanc quam dicimus Eccleſiã, nemo ad perfectionem, nemo ad ſanctitatem, niſi per hanc ſolam, gratia fouente nutritur.* Idem Greg. moral. lib. 35. cap. 6. *Sola eſt,* inquit, *per quam ſacrificium libenter accipit:* Verùm Exod. 12. In vna domo agnum comedetis, videlicet in vna ſola Dei Eccleſia Catholica vera hoſtia

immolatur, & poſtea adiungit, Sola eſt quæ pro errantibus fiducialiter intercedit. Sola eſt in qua opus bonum fructuoſè peragitur, & in illa ſola, non alibi ſola eſt in qua ſuperna myſteria veraciter contemplantur, & in illa ſola, & ex illa ſola veritas conſpicitur. Idem Greg. libro 14. moral. capite 2. ſancta (inquit) Vniuerſalis Eccleſia prædicat veraciter niſi intra ſe non eſſe ſalutem, ſubiungit aſſerens, quod omnes qui extra ipſam ſunt, minimè ſaluabuntur. Idem Diuus Cyprianus lib. 1. epiſt. 2. Domus Dei (inquit) vna eſt, & nemini niſi in vna Eccleſia ſalus eſſe poteſt. Et D. Aug. epiſt. 152. ad populum Donationæ factionis, quem ad fidem reuocat; Quiſquis (inquit) ab hac Eccleſia Catholica fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quod à Chiſti vnitate ſeparatus eſt, non habet vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Idem habet de fide ad Petrum cap. 38. & 39. vbi dicit firmiſſimè tenendum omnes Iudæos, Paganos, Hæreticos qui extra Eccleſiam moriuntur ituros in ignem æternum, neque tamen Eccleſia ſic vocatur Sancta, quaſi qui in ea ſunt, nulli habeant culpam & peccatum, in multis enim offendimus omnes: Iacob. epiſt. & ſi dixerimus Ioannis epiſt. quia peccatum non habemus &c. & Salomon, non eſt homo qui non pec-

cet,

cet, ſed dicitur Sancta,quia iuſti qui ſunt in Eccleſia non habent culpam læthalem. Enimverò vt ipſa Eccleſię membra vtcumque & ſancta & iuſta ſunt, verèque Dei mandatorum obſeruatores, manente tamen fomitæ concupiſcentiæ carnalis, corruptionis carnis maculis veluti aculeis tranſeuntibus minimè careāt,propterea & ipſe vas electionis D. Paulus conqueritur, *non quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum hoc facio.* Verè tamen iuſti & ſancti tales ſunt,ita totū Eccleſiæ corpus ſanctūm dicitur, vtcumq; partes habeat non tantum ægras ac morbidas, ſed prò tempore ſaltem emortuas ac putridas. In qua etiam sūt plurimi ſcelerati, quæ tamen ſancta eſt, quia nunquam deſtituitur ſanctis gratiā Dei habentibus, mundis & ab omni peccato alienis. Sed quæritur quare potiùs Sancta dicitur, quàm impia & iniqua propter malorum excedentium numero tantam multitudinem, reſponſio in prōptu eſt,nō à maiori, ſed meliori & potiori parte ſancta eſt, *ſicut melior eſt vnus timens Deum vt dicitur* Eccleſiaſtici 16 *quàm mille filij impij &c.* D. Chriſoſtomus homil. 2. ad populū Anth. *melior eſt (inquit) vnus faciens voluntatē Dei (quàm decē millia iniquorū)* Itaq; multa in ſacris ſcripturis de Eccleſia dici inuenimus, quæ nō toti corpori,ſed tantum quibuſdam corporis partibus conueniant.

Quando erit Ec- cleſia ſine macula.

Enimuerò, vt Aug. auctor eſt tom. 9. li. retract. 2. cap. 8. „Vbicumque in his libris „cõmemoraui, Eccleſiam non habẽtem ma- „culam aut rugam, non ſic accipiendum „eſt, quaſi iam ſit, ſed quę pręparatur vt ſit, „quãdo apparebit etiam glorioſa, nunc enim „propter quaſdam ignorantias, & infirmita- „tes membrorum ſuorum habet vnde quo- „tidie tota dicat Math. 6. Dimitte nobis de- „bita noſtra, & Euangel. Ioan. tract. 6. nos „patimur in Eccleſia Catholica & bonos & „malos, ſed tanquam grana & paleas, & ſer. „de Dominica in Palmis. Primò habet Ec- „cleſia in ſe fortes, habet infirmos, habet iu- „ſtos, habet iniuſtos, modò enim corpus „Chriſti quod iuſtis area eſt, poſtea horreũ „erit, tamen cum area eſt, non recuſat pa- „leas ſuſtinere, cum tempus aduenerit, repo- „net triticum, & à paleis ſegregabit. Nunc „populus Dei cenſentur omnes, qui portãt „Sacramenta eius, ſed non omnes pertinent „ad miſericordiam eius. Omnes quippe ba- „ptiſmum Chriſti accipientes Chriſtiani vo- „cantur, ſed non omnes dignè illo Sacra- „mento viuunt. Sunt enim quidam de qui- „bus dicit Apoſt. Gal. 4. Habentes formam „pietatis, virtutem autem eius abnegantes, „tamen propter ſuam ſpeciem pietatis in po- „pulo Dei nominãtur, quomodo ad aream, „quamdiu triturantur, non ſolum grana, ſed

In ea gra- na ſunt & paleæ.

Eccleſia in hac vi- ta, eſt A- rea, triti- cum, & paleas contine͂s, poſt verò futura, in quo tan- tum gra- na recon- dentur.

ſed etiam palea pertinet. Tomo 8. pſal. 47. Boni enim ſimul ſunt & mali, nec pro malis boni,deſerendi, ſed pro bonis mali in quantum exigit fidei,& charitatis ratio,tolerandi ſunt,id eſt, ſi vel in Eccleſia nullius perfidiæ ſemina ſpargunt, vel fratres ad aliquod opus malum mortifera imitatione non ducunt, vtiliterque malos à bonis intra Eccleſiam tolerari,ſi hoc cum eis bene viuendo, & bene mouendo agatur, vt & videntes & audientes quæ ſemper bona ſunt, mala ſua reſpuant. Nec poſſe aliquem intra Eccleſiam Catholicam rectè credentem & bene viuentem, alieno maculari peccato, ſi cuiquam peccăti,nec conſěſionem præbeat,nec fauorem.

Habemus & innumerabilia teſtimonia,& de commixtione malorum cum bonis, in eadem communione ſacramenti,ſicut Iudas ab initio malus, inter bonos vndecim conuerſatus eſt, & de bonorum paucitate propter malorum multorum comparationem, & rurſus de bonorũ multitudine per ſe ipſam conſiderata. Extat in cant. cant. 2. quod de Sancta Eccleſia dicitur. *Sicut lilium inter ſpinas ſiue in medio ſpinarum, ita amica mea in medio filiarũ*, vnde appellat ſpinas,niſi propter malignitatem morum,& vnde eaſdẽ filias niſi propter cõmunionem Sacramentorum? Eſechiel. cap. 9. præcipit Dominus, vt ſignet

In Eccleſia boni malis permixti.

In Eccleſia lilium & ſpina.

Digitized by Google

Cypria-nus ſicut & Auguſt. mundum pro Eccl. intelligit, quia per totum mundum futura præfigurabatur Eccleſia Admonitio.

thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt &c. ne cum malis occidantur. Matthæi 13. *Sinite vtraque creſcere vſque ad meßem, ſcilicet triticum, & zizania.* Et ipſe interpretatur meſſem eſſe finem ſæculi, agrum verò vbi ſeminatum eſt, mundum eſſe. Oportet itaque vſque in finem ſęculi, creſcere vtraque per mundum; Eſt & alia ſimilitudo apertiſſima, Matt. 13. Simile eſt (inquit) regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, quæ congregat omnia genera piſcium, cum autem impleta eſſet, eduxerunt eam ad littus, & ſedentes elegerunt optimos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt, ſic erit in conſummatione ſęculi, exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Nulla ergo malorum commixtio terret bonos, vt propterea velint tanquam retia rumpere, & à congregatione vnitatis exire, ne homines non pertinentes ad regnum cælorum in Sacramentorum conſortio patiantur. Beatus verò Cyprianus in epiſt. ad Maximum præsb. Etſi in Eccleſia, (inquit) videntur eſſe Zizania, non tamen debet impediri aut fides, aut Charitas noſtra, vt cum Zizania in Eccleſia eſſe cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus,

mus, nobis tantummodo laborandum eſt, vt frumentum eſſe poſſimus, vt cum ceperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opera noſtra & labore capiamus. Apoſtolus 1. ad Tim. 2. In domo autē magna non ſolum vaſa aurea & argentea ſunt, ſed & lignea & fictilia, & quædam quidem honorata, quædam inhonorata. Nos operam demus, & quantum poſſumus laboremus, vt vas aureum & argenteum ſimus, cæterum fictilia vaſa confringere Domino ſoli conceſſum eſt, cui virga ferrea data eſt.

Præterea Eccleſia ſancta eſt, quæ nihil iniuſtum contra morum doctrinam habet, nec cum ratione pugnat naturæ indita, proponit enim nobis ex bonis moribus fructus tales ſequendos, quales nobis Apoſtolus ad Galat. 5. inculcat, Gaudium, pacem, patientiam, obedientiam, caſtitatem, ſobrietatem, &c. Et idem Gal. 5. Vos in libertatem vocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem carnis detis. &c. 1. Petri 2. Liberi non ſicut velamen malitiæ habentes libertatē. Quibus epithetis excluſa eſt religio, vel Paganorum, vel Philoſophorum, vel Mahometiſtarum, ac hæreticorum, multis errorum tenebris obcæcata, rectæq; rationi ac naturæ cōtraria, de quibus D. Petr. 2. cap. 2. Hi ſunt fōtes ſicci & nebulę à turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruata eſt. Superba enim vanitatis loquētes,

Eccleſia nihil continet iniuſtum contra morum doctrinā.

Promittentes hæretici libertatem corruptionis ſerui ſunt

pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugerint, qui in errore conuerſantur, libertatem illis promittentes, cum ipſi ſint ſerui corruptionis, à quo enim quis deuictus eſt, vt dicitur Ioannis 8. huius & ſeruus eſt.

Paganorum ſecta impietatis plena & crudelitatis,

Porrò Paganorum, hoc eſt plures Deos colentium religio quàm abſurda, quàm crudelitatis plena, Valerius Maximus lib. 2. cap. 4. nobis inſinuat, Tyrannidis demum nobis exempla ob oculos ſtatuens: vt Titi Latini, qui cum ſeruum furca ad ſupplicium egiſſet, quod hoc triſti ſpectaculo Dij perturbati eſſent, ludis Circenſibus, vt quadruplici pecunia ludi inſtaurarentur, iuſſerunt, ſeque hac re expiandos, cum prius filius Latini interijſſet, & ipſe Latinus graui debilitate corporis, & acri morbo ſolutus eſſet, tum lectica perlatus ad Senatum, magna cum admiratione recepta firmitate membrorum, ſanus domum abijſſet.

Paganorũ Sacra ex Felice Minutio in Octauio item Arnobio lib. 4. 5 diſt. 7. contra Gentes & Aug. lib. 7 Ciuit pete Brennus Gallorum Dux.

Et corruptorem pudicitiæ Iouem poëtæ, turpiſſimique hiſtriones cantabant, agebant, placabant, quos ludos minimè admiſiſſet Senatus, niſi graui incuſſo metu, Dæmon ſibi inſtaurari iuſſiſſet.

Et cum Apollo Carthagine euerſa à Romanis veſte aurea nudaretur, id egit vt ſacrilegæ manus, inter fragmenta eius abciſſæ inuenirentur.

Item

Item quod Brennus Gallorum Dux Apollinis templum Delphis ingreſſus, quaſi Dei voluntate in ſe ipſum verterit manus.

Quod Ceres Mileto ab Alexandro capto, milites qui templum ſpoliaturi irruperant, flamma obiecta priuarit oculis, en quomodo non tantum vafricie, ſed etiam ſeueritate cæcis hominibus Dæmon imperarit.

Poſt Iuliani Imp. mortem Paganorũ præſtigiæ deprehenſæ.

Poſt verò Iuliani Imper. tyranni cædem fraudulentæ præſtigiarum ſuarum (inquit) Theodoretus: l. 4. cap. 21. machinæ manifeſtæ deprehenſæ ſunt, nam cum ſtolidus ille per Carras vrbem, quæ etiam tum multas impietatis reliquias retineret, iter faceret, ingreſſus in delubrum, quædam myſteria cum ſocijs ſui ſceleris fecit &c. obijtq́ue. At poſtquam nuntiatum eſt eum eſſe mortuum, & pium Imperatorem Iouinianum ſcilicet impio ſucceſſiſſe, quidam in illud delubrum introeuntes, horrendum prorſus ſpectaculum perſpicue deprehendunt, nam vident mulierem capillo ſuſpenſam, manibus extenſis, cuius ventre diſſecto ſceleratus ille forſitan ex eius iecore diuinauit ſe victoriam de Perſis reportaturum. Atque hoc ſcelus Carris deprehenſum.

Execrabilis Ethnicorum diſciplina

Porrò Anthiochię (vt idem aſſerit cap. 22.) multas capſas inuentas in palatio plenas hominum capitibus, multoſq́ue puteos cadaueribus humanis impletos, eiuſmodi

nam-

nam q̃ue facinora execrabilium Deorum poſcebat diſciplina.

Philoſo-phorum leges,

Philoſophorum verò leges, quæ impietatis plenæ erant, quaſi penicillo quodam illorum quoq; vitia oſtenderunt. Nam cùm Dei veritatem in inuſtitia detinerent, Deum vnum cognoſcẽtes vt auctor eſt Apoſtolus ad Rom. c. 1. non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; Hæc de Philoſophis Græcorum, auctore Guil. Eſtio in commentario 1. cap. ad Rom. dicit Apoſtolus, quorum & ſi quidam ad vnius Dei notitiam philoſophando peruenerũt, vt Pytagoras, Socrates, Plato, Ariſtoteles, & alij, quibus adde Hermetem Triſmegiſtum Sacerdotem ac Philoſophum Ægyptium, Senecam Philoſphũ, & Senatorẽ Rom. Paulo σύγχρονον, id eſt contemporaneũ, nemo tamen omniũ Deum cognitum aut coluit vt debuit, aut colendum prædicauit.

Ex quibus Plato ne quidem euulgandam putauit, eam quam perceperat vnius Dei notitiam, ſed ijs ſolum cõmunicabant, quibus vt amicis ac ſapientioribus, animi ſui ſententiam auderent aperire, quemadmedũ ex ſuis ſcriptis Euſeb. l. 11. oſtendit præpar. Euang. c. 9. quo pertinent hæc ipſius verba Platonis in Timęo. *Parentem ac opificem vniuerſorum, neque inuenire facile, neque inuentum in vulgus promulgare, tutum eſt.* Igitur metu vulgi veritatem Dei, apud ſe ſuoſque pau-

Seneca D. Paulo Sincronus id eſt contemporaneus.

eos detinuit hic ſanctus Philoſphus.

Quod autem apud Græcos Plato, id apud Latinos Seneca, de quo D. Aug lib. de ciuit. Dei. ,,Sed iſte qui illuſtris populi Ro-,,mani Senator erat, colebat quod reprehen-,,debat, agebat quod arguebat, quod culpa-,,bat adorabat, idque propter legem ciuium ,,moreſque hominum, eo damnabilius quod ,,illa quæ mendaciter agebat, ſic ageret, vt ,,populus eum veraciter agere exiſtimaret. Hæc Aug. qui & in lib. de vera relig. cap. 5. Philoſophos in vniuerſum notat, quod eadem ſacra cum populis ſuſciperent, & de Deorum natura, ac ſummo bono, diuerſas in ſcholis ſententias traderent.

Et Philoſophorum diſciplina laudatur, nam Suidas, de Hermete Triſmegiſto ſcribit inueniſſe, quod de Sancta Trinitate ſententiam diceret. Erat, inquit, lux intelligibilis, ante lucem intelligibilem, & erat mens mentis illuminata, & erat huius, niſi vnitas. Sed ne hinc cenſeas ethnicos ſcriptores potuiſſe aſſequi lumine naturali Trinitatis ſubſtantiam: hoc enim falſum eſt, inquit Mattheus Boſſemius Magiſter meus.

Triſmegiſti ſententia.

Moyſes tradit in Paradiſo fuiſſe arborem vitæ, cuius fructus præſtabat homini immortalitatem. Hoc fortaſſe cùm legiſſet Heſiodus, alijq́ue vetuſtiores poëtæ (hos enim Moyſes multis ante ſeculis anteiuit) id ad fabu-

fabulas ſuas tranſtulerunt, commenti Deorum cibū potum que eſſe nectar atque Ambroſiam, quibus rebus qui vterētur, alerenturque, non modò immortalem, ſed etiam viridem perpetuò ac florentem ætatem agerent. Et nomina bellè quidem figmentis congruere, nectar enim dictum eſt auctore Suida, neois id eſt bibentes ipſos faciens iuuenes, vel à particula negante, Ny & verbo Cteinē, id eſt interficio, quaſi mortalitatem auferens, nec ſinens mori; Ambroſia verò dicta eſt, quaſi ab Ambroſia id eſt ſine morte, aut quod ea caret.

Sed à Populo Dei ſunt furati ſententias (ait Boſſemius) quas audierant de Trinitate credentes, nihilominus intelligentes, ſuis aſcripſerūt, ſapientes vt apparerent, ab apparente tantum & non exiſtente ſapientia.

Sed & ipſe Plato in lib. quem de regno ſcripſit, Carnis reſurrectionem nobis deſcribere non eſt veritus, quem tamen D. Ambroſius ex Hieremiæ libris, hæc, & eiuſmodi accepiſſe affirmare non dubitat.

Adiungit pręterea ipſe Apoſtolus eodem cap. 1. *Propterea tradidit illos in Paſsiones ignominiæ*. Declarāt hæc in quæ dedecoris plena flagitia lapſi ſunt ſupradicti ſapientes, in peccati pænam, quo potiùs ſeruierunt creaturę quàm creatori. Has autem Paſſiones ignominioſas appellans ſubſequitur paulopoſt,

nam

nam fæminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. Naturalis vſus corporum ea eſt coniũctio ad quam natura inclinat, & ex qua nata eſt ſequi generatio, hæc autem non eſt niſi maris & fæminæ, eaque membris ad hoc à natura deputatis. Sequitur poſt ,,Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu ,,fæminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem ,,operantes.

Porro videri poſſet cuipiam Apoſtolum non ſpeciatim loqui de Philoſophis, ſed in genere de ſexu maſculino, qui in illa cæca gentilitate erat hoc infandæ libidinis vitio vehementer corruptus: Aut etiam Paulum reſpexiſſe ad obſcænitatem ſacrorum gentilium; velut Liberi Patris & Cybeles, in quibus vt referunt Hiſtorici, turpia quædam & nefanda ſub velamine myſteriorũ agebãtur. Niſi fortè quis indignum putet de Philoſophis, preſertim ijs quorum erat ſanctior profeſſio, tam fæda ſuſpicari.

Sed non inficiabitur qui fidem habeat antiquis & fide dignis auctoribus, etenim Socratem illum inter Philoſophos laudatiſſimum, huius criminis, id eſt, obſcæni adoleſcentum amoris reum faciunt, non ſolum noſtri, vt Tertul. in Apologetico aduerſus gentes cap. 46. & lib. de anima cap. 1. Greg.

quoque Nazianzenus. orat. 1. aduerſus Iulian. & in carmine de virtute, verum etiam Athenæus ſcriptor Ethnicus, lib. 13. dixnoſophiſtarum, vt taceam Lucianum, qui Socratem hoc nomine ſæpe inſectatur, præcipue & apertiſsime in dialogo, cui titulus Amores.

Horatius Flaccus ad res venereas intemperatior fuit nam ſpeculato cubiculo vt author eſt ſcorta Suet. dicitur habuiſſe diſpoſita, vt quocumque reſpexiſſet ibi imago eius referretur.

Et quidem Athenæus Ariſtotelem, & Zenonem, cum ſua ſtoicorum familia, turpitudinis huius inſimulat. Nec Zenoni hac in re pepercit Diogenes Laërtius, & ipſe quoque philoſophus. Imo nec Platoni, quamuis tam ſublimiter erudito vt diuinus agnominaretur. Tametſi Platonem ipſi ſui dialogi, vt ab eo conſcripti ſunt, ſatis ſuſpectum faciunt. De quo præterea Theodor. in lib. de leg. cum inter alia turpia multa, & abſurda quæ legibus ſtatuit, iſtam puerorum quam vocat eronixim, vſque adeo laudaſſe, vt huic amori præmium apud cælites promitteret. Atque hic ſcilicet ille diuinus eſt Plato, tot tantiſque ſuorum encomijs celebratus.

Philoſophorum caſta.

Addo quod de Licurgo commemorat eodem lib. Theodor. & quod de Solone Chryſoſt. in commentario, nempe eos lata lege Venerem huiuſmodi ſuis populis permiſiſſe, niſi quod ſeruos ab hoc beneficio Solon excluſos voluit. Qui duo quanquam non philoſophi profeſſione fuere, ſed legiſla-

giſlatores officio, leges tamen eorum Philoſophi laudauerunt; quorum itidem multos libros, hocce morbo ac quaſi contagione peſtifera contaminatos inueniri idem D. Ioannes Chriſoſt. teſtis eſt. Denique quos in vniuerſum accuſat hoc crimine Lucianus. Pudet hæc attingere, ſed tamen oportune ad demonſtrandam noſtræ Eccelſiæ tum doctrinæ, cum fidei, morumque ſanctitatem. Hircanis quorum regio in Aſia magna ex parte plana, & præclariſſimis vrbibus adornata, opulenta, vt vitis vna vini metretam efferat, permitti legibus ait S. Hieronimus, homines volucribus & canibus ſeminecis proijci. Meſſagetæ verò populi ſcitici, qui cum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cum lacte bibunt, ſenio confectos in fruſta cædunt, qui verò morte intereunt feris deuorandos abijciunt: aut moribundi iam ſenes à propinquis deuorandi ſuis legibus permittuntur, legibus Perſarum inceſtas permitti nuptias cum matribus, cum filiabus, ſororibus. Et Tibareni (inquit) Hieronimus quos dilexerunt, Senes ſuſpendunt in patibulis, legibus Scitarum, viuos cum mortuis qui ab illis diligebantur ſepeliri. Mahumetani qui & voluptuarij cum Epicuro ſummum bonum in voluptate collocant, cibo, potu, vxorumque multitudine, docent in

Hircani apud quos Pantheræ Tygres & Pardi naſcuntur

Meſſagetæ populi Scitici

Perſarum legibus inceſtæ nuptiæ

ſuis quoſque legibus ſalutem conſequi, neque in toto Alcorano actionum prorſus ſpiritualium meminere, cap. 3. dicitur in Alcorano quod Arabice verſibus Rithmicis ſcriptum eſt. Deus & Angeli orate pro Mahumeto, & ſimilia ne quidem ſcripto digna. Manifeſtos verò Iudæorum errores in doctrina Talmuth quæ eſt ipſorum verbum Dei non ſcriptum inuenire eſt, de quibus vide Syxtum Senenſem Bibliotecæ Sanctæ Rabbi Salomon quem Iudęi magni faciunt, in commentario cap. 2. Senenſis, Hoc nunc os ex oſſibus meis, dicit Adamum omnium beſtiarum, ac ferarum inijſſe concubitus, nec priùs libidinem explere potuiſſe, quam ad Euæ amplexus veniſſet, & ſimilia anilia pleraque.

Erant patrum memoria omnium ſceleſtiſſimi, qui ſe non tantum Gnoſticos, ſed etiam Chriſtianos nominabant, cum operarentur hi quæ nec gente queuis barbarę quæ ignorant Deum, auſæ fuerint meditari, indiderant enim ſibi Chriſtianorum nomen, ad hoc vt per eos gentes offendantur, ad detractionem diuini numinis, & Eccleſiæ deteſtationem, præmiſſi à Sathana vt Sanctæ Eccleſiæ vtilitatem, & veram prædicationem, propter illorum facinora, & incomparabilem improbitatem impedirent, & vt putantes nos tales eſſe omnes, auerterent

Gnoſticorum hæreſis auctor Carpocrates.

aures

aures ſuas à præconio veritatis, ita videntes quæ ſunt illorum, omnes nos blaſphemarent, in nullo cum eis communicantes, neque in doctrina, neque in moribus, neque in quotidiana conuerſatione, Carpocratem impurum, impudentem, & voluptarium, horum qui Gnoſtici appellantur, Ireneus libro 1. capite 24. aduerſus hæreſes, auctorem & ducem eſſe ſcribit, gloriam is aucupabatur ſicut & Simon magus & actibus curioſis, ſcortator ipſe impudentiſſimus, omnem docebant eos exercere oportere libidinem, qui ad perfectionem arcanorum ſacrorum ſuorum peruenire vellent, neque fieri poſſe, vt quiſpiam eos effugeret qui mundi principes (apud eos) appellarentur, niſi infandis fræditatibus omnibus ſatisfeciſſet.

Cerintum verò, Manandrum Nicolaum, Baſilidem, Saturium, Epicuræos, in ventris, & eorum quæ ſub ventre ſunt libidine, in cibo, potu, connubio, ſpem omnem ponere, vitamque traductam iri.

Marcion etiam, qui poſt Cerdonem fuit, & Valentinus erroris ſui ac dogmatis Deo inuiſi duces fuerunt, ſine pudore ac verecundia omni blaſphemantes, Irenęus aduerſus hæreſes Montaniſtarum, quorum crudelitas penè fuit incredibilis, ſactificia horroris plena tradit D. Aug. hæreſi 26.

Cerdon & Valentinus Romæ ſub Higinio Papa domicilium habuere.

Manichæi docentes æquale eſſe peccatum præcidere folium de arbore, ſtirpes ex agris auellere, atque hominem occidere, agricolarum genus, quorum ars omnium artium innocentiſſima eſt, vt infeſtiſſimum, & nocentiſſimum probris & factis inſectabantur.

Iudæorum aduerſus chriſtianam diſciplinam calumniæ.

Iudæorum porro operâ Chriſtianis ſemper aduerſantium (vt ad Gnoſticorum incredibilem impietatem, quaſi per eandem lineam reducta ſerra reuertamur) has eſſe calumnias aduerſus eos toto Orbe diuulgatas, Origenes contra Celſum lib 6. teſtatur ſcribens: *Apparet ſanè nihil ſecus egiſſe ac Iudæi in ipſis Chriſtianæ Religionis, & veræ diſciplinæ primordijs faciebant, qui ad noſtræ doctrinæ notam & infamiam illud diſſeminarent, quod Chriſtianis puerum aliquem immolandi mos eſſet, cuius & carnem ſinguli deuorarent.* Hæc autem calũnia ob Euchariſtiæ ſumptionem ementita, contra Caluinum, veritatem ſacrificij noſtri comprobat.

Inſuper & id mendacio effingebãt, quemadmodum qui ex Chriſtiana diſciplina eſſent, cum ea quæ in operto fiunt, facere vellent, extinctis luminibus, ei quam quiſque nactus eſset, admiſcerentur.

Porro qui Chriſtianis infenſi erant Gentiles homines, quo minus ratione valerent, eo vehementius aduerſus eos calũnijs niſi ſunt

agere,

agere, nam quæcumque erant Gnoſticorum portenta, vel aliorum hæreticorum turpitudines, omnia Chriſtianis omnibus aſcribebant, nimirum illorum conuentus, infanticidia, humanarum carnium eſum, lucernarum euerſiones, promiſcuos concubitus, aliaq́ue abominanda, atque nefanda, quarum quidem rerum rumor vſque adeò increbuerat, totaq́ue Vrbe & Orbe, fama diſſipata erat, vt ſatis eſse putarent Iudices, ipſum dumtaxat nomen ad ſuppliciũ, ſi quod Chriſtianus quis eſset tantummodò accuſaretur, hæc omnia ita ſe ijs ſub Antonino temporibus habuiſse, Iuſtinus auctor eſt Philoſophus in ea quam ad Imperatorem ſcripſit Apologia, de his omnibus conqueſtus firmiter. Vbi præclara eſt hæc in Iudices perperam iudicantes inuectiua, non legitimo examine, iudicia exercetis, ſed affectu præter rationem in tranſuerſum acti, & malorum geniorum flagris, quaſi furijs incitati, cauſa non ſunt iudicata, ſupplicia infertis, nihil penſi habentes &c.

Gnoſticorum quæque turpiſsima ſcelera Chriſtianam inuſta.

Aniceti verò tempore qui Pio Papæ ſucceſſit, nacti occaſionem vrgentis perſequutionis, famoſiſſimi quidam hæretici ſe intruſerunt in Vrbem, vt ſi quo modo poſſent nobiliſſimæ Apoſtolicæ Eccleſiæ ſinceritatem labefactarent, fuit inter alios, qui id præſumpſerunt procax fœmina Marcellina

Marcellina Gnoſticorum vna procax fœmina.

nomine ſectatrix nefandiſſimæ ſectæ Gnoſticorum. ,,Hæc, inquit Irenęus lib. 1. cap. ,,24. Romam ſub Aniceto venit, cùm eſſet ,,huius doctrinæ multos exterminauit, eadẽ ,,de ea Epiphanius hæreſ. 27. & alij.

Cæterùm illud planè fuiſſe videtur conſilium dæmonis praui inferendi in Vrbem Gnoſticos hæreticos, vt non tantum ſi poſſet impijs dogmatibus fideles seduceret, ſed & ſuis ipſorum turpiſſimis, ac nefãdis actionibus, quas titulo Chriſtianitatis patrarent, cæteris fidelibus illic agentibus, ac purè ſanctèque viuentibus ſummæ infamiæ notas inureret. In Catholicos enim ab ipſis omnia commiſſa ſcelera redundabant. Nam cum Gnoſtici pro arbitrio colere idola, & cuncta facere quæ Ethnici vellent, parati eſſent, ac proinde inter eos vt ipſi Gentiles æquè haberentur, & qui firmiter, atque conſtanter ſe Chriſtianos profiterentur, omnia iſta turpia ac pudenda de promiſcuo concubitu, & cænis Thyeſteis, quæ Gnoſtici perpetrarent criminis loco vertebant, ac propterea ea ſic de illis ſparſa calumnia omnium in ſe ciuiũ animos ijdem concitabant.

At quoniam edicto Marci Imperatoris mandatum erat, ne quis Chriſtianus ob id tantum quod eſſet Chriſtianus, accuſaretur, Gentiles illam cõſuetam ab eis exerceri fraudem ad impunè aduerſus eos agendum de-

nuò

nuò prætexuerunt, nimirum cum horrendorum criminum apud Proconſules accuſarent Chriſtianos, liberam hanc honeſtam (vt videbatur) aperientes calumnijs ſibi viam, vt planè innumeram diris ſubijcerent quæſtionibus plebem. Quàm porro aſpera, quàm atrox, atque immanis fuerit perſequutio, ex ijs, quæ certa fide, ex litteris Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis deſcribit Euſeb. lib. 5. cap. 10. qualiter alijs pleriſque in locis grallata fuerit, facile eſt exiſtimare. Gentiles qui Romæ agerent, quod ex cauſa dictorum cæpiſſent in Chriſtianos obloqui, in dies magis magiſque, odio turgeſcentes & inuidentes, quod nimirum cum ſub Commodo, tum etiam ſub Seuero Imperatoribus, immenſa ciuium cuiuſque ordinis, ſed præcipuè Senatorum multitudo obtruncata eſset, ipſi ſoli inſpectores malorum tutò ac quietè agerent, furore ex liuore correpti, haud voluerunt ſe vlterius, intra æqui lineam continere, quin foras in perſequutionem erumperent, ea nimirum honeſtiſſima (vt ipſis videbatur) occaſione captata, quod cum nonnulli leuioribus de cauſis rei conſtituti, capitis pænam exoluiſsent, Chriſtiani imperij perduelles quod nullo prorſus lætitiæ ſigno excepiſsent aduenientem in Vrbem Victorem Imperatorem, nec aliquo vt cæteri, pietatis publico officio,

Propter nefandam Gnoſticorum inſaniam Catholici à Gentilibus exagitati, & multi capitis damnati.

ipſum demeruiſſent, læti atque pacifici, im-mune que à cędibus agerent, ex ijs igitur coloratis gratia Imperatoris prætextibus, alio atque alio ſuperaddito nouo caſu, antiquiſque illis in eos iactatis iterum refoſſis calumnijs, grauis in Vrbe aduerſus eos perſequutio repetita conflata eſt.

Nec præter expectationem accidere potuit, vt Principes ita hanc populuſque ſacrilegam Gnoſticorum amentiam (ſi modò innocentes rei non eſſent) deteſtati ſunt; vt auctores eius ferro præciderent. Videbant enim curam honeſtatis auferri, omnem coniugij copulam ſolui, ſimulque diuinum ius humanumque ſubuerti, ſi eiuſmodi hominibus vſquam viuere, cum profeſſione licuiſſet.

Chreſtiana religio probroſa prorſus imagine, deridẽda exponitur.

Quo interim Romæ Chriſtiana Religio affecta fuerit ludibrio, quibuſve ſannis cõmentiſque deriſa, hic enarrare operæ pretium exiſtimamus. Tertullianus enim rem geſtam (in Apologia cap. 16.) in hæc verba deſcribit. Sed noua iam Dei noui in iſta ciuitate proximè editio publicata eſt, pictura propoſita cum eiuſmodi inſcriptione, Deus Chriſtianorum Ononochites. Is erat auribus aſininis, altero pede vngulatus, librum geſtans & togatus. His haud diſſimilibus notis & picturis ſui videlicet inſidens Mammoſę, auribus aſininis, cum mitra, & oletum

oletum manu geſtans, ipſe ſummus Eccleſiæ Paſtor, à Lutheranis & Caluiniſtis ludificandus exponitur.

Et in hac quidem vitiorum colluuie nullus Epiſcopus, nullus Eccleſiæ Paſtor inuenitur, ſtabat à parte populi & ipſius vulgi hæc tota ferè impietas, à priuatis videlicet & laicis, aut in nulla eccleſiaſtica dignitate conſtitutis hominibus. Hereſes noſtri temporis, Caluini, Lutheri, &c.

Eſt enim omnis hęreſis hic genius, vt non niſi in hominum profligata ac conclamata prorſus fece ac impietate ſubrepat. Hæreticorum enim vidimus doctrinam plerumque ex Apoſtatis conualuiſſe, ſicuti ex diſcipulis Luciani Martyris quidam etiam à fide ad ſuperſtitionem Gentilium deflexerunt, quorum Euſebius Nicodemienſis Smares Calcedonenſis, Theognis Nicenus, inter alios diſcipulos Luciani habentur & hæreſis Arrianæ non minima pars fuerũt, de quibus Niceph. lib. 8. cap 31. Quod noſtra ætate manifeſtiſſimis argumentis experimur. Sunt popularia omnia, mollia, diſſoluta, & carni placentia, hi ſunt fructus hæreſeos Patriarcharum Lutheri, Caluini, & multorum noſtrorum hoc æuo admodum calamitoſo emergentium, quaſi Scarabæi ex ſtercoribus fœcundiſſimi, nulla aut ieiuniorum, aut vigiliarum, aut orationum lege teneri, nulla Sacramẽtorum cura, obſeruationum eccle-

ſiaſti-

Digitized by Google

ſiaſticarum cęremoniarum, bonorum operum profunda obliuio. Nulla commiſſorum peccatorum pænitentia, nulla malæ actæ vitæ recordatio, nulla diſplicentia, ſola fide ſeu potius præſumptione ſuperba ſperare ſalutem, atque in ea ſpes omnes ſuas collocare? Ita homines ad omne facinus proiectos obtinent, & carnis ſollicitudo perpetua, & in Deum pietas falſa.

Paradoxũ lutheri & modernorum hæreticorum

Tradunt huius ætatis hæreſeos auctores atque architecti per fidem iuſtificari omnem hominem, qua quiſque certo credit, ſe propter Chriſtum, coram Deo eſſe iuſtum; Quod cum quolibet paradoxo comparari poteſt, non enim eſt id ſupra, vel præter rationem, ſed plane contra rationem omnem. Quare enim cum incipio credere me eſſe iuſtum, vel ſum iuſtus, vel iniuſtus, ſi iuſtus, igitur non iuſtificor per fidem, qua credo me eſſe iuſtum quia iſta fides eſt poſterior mea iuſtitia, ſi iniuſtus, ergo iſta fides eſt falſa, ergo non eſt fides diuina iuſtificans, niſi dicamus iuſtificari per mendacium.

Anabaptiſtarum hereſis promiſcuas habet vxores.

Habent & Anabaptiſtæ perniciosa dogmata. Baptiſmum paruulorum damnantes, adultos rebaptizantes, vxores volunt eſſe communes, ſicut Plato in ſua Republica, & nocturna exercent conuenticula, nuptias caninas habent, vt ex articulis quos Ioannes Coclæus refutauit, colligitur, paraneſi præmiſſa

miſſa vt creſcant & multiplicentur. Propalam ſororibus iunguntur. Genus hominum propè arreptitium,& factio planè execrabilis, & pleriqne ex eo hominum genere lunaticis non diſſimiles. Exemplo liquet à Laurentio Surio lib. Commentariorum de rebus in Orbe geſtis. Quidam (inquit) Sangalli quod eſt Heluetiorum oppidum, inſpectante vtroque parente, fratri ſuo Germano caput præcidit, dicens id ſibi diuinitus Imperatum. Verùm ſententia Magiſtratus eandem pænam ipſe quoque luit. Et alius Monachus Præmonſtratenſis Apoſtata, Chriſtum damnatum affirmabat, nam his in Cruce dictis. Eli, Eli lama ſabathani deſperaſſe ait homo omnium impudentiſſimus. Sed & ſub Donato, Maiorini Carthaginenſis Epiſcopi ſucceſſore pſeudo Epiſcopo, ſed qui ſibi vniuerſalem Eccleſiæ curam arrogaret, ſub tali inquam tantoque doctore, adeò ſuperbo, tumido, & inſano creuit Donatiſtis pariter cum furore ſtultitia, nam eo dementiæ peruenerunt, vt quaſi martyrum gloriæ cupidi nouum excogitarent martirij genus, ſeipſos ſcilicet necantes præcipitijs, aut aqua, aut igne, vel alios ad inferendum ſibi ipſis necem cogentes,quos ita fūctos, inſana Donatiſtarū turba colligere,& loco digno cōdere, atque

Immane facinus Anabaptiſtæ Fatidici.

Donatus Pſeudo Epiſcopus Carthaginenſis Maiorini ſucceſſor.

Donetiſtæ Martirij gloria æſtuantes ſibi ipſis necem inferút præcipitio, flammis.

atque honore Martyribus congruo venerari ſoleret. Quorum amentiæ meminit Optatus lib. 3. & D. Aug. innumeris pæne locis.

Eo inſuper arrogantiæ venit Donatus ille Carthaginenſis Antiſtes, à quo & Donatiſtæ, vt præfectos coutumelijs iaceſſeret. & in Imperatores conuitia & probra conijceret. De præfectis quidem Optatus lib. 3. ad Gregorium præfectum virum Senatorium, ſic ſcribere non dubitauit. Gregori. (inquit) macula Senatus, & dedecus præfectorum, & cætera talia. Cui patiẽtia Epiſcopali reſcripſit. Sub eodem Donato, ipſo docente puto (ait (Aug. in Pſal. 131. exorti ſunt in Africa Circumcelliones, vulgò dicti Circelliones, quia circũ cellas vagabãtur. At de eo, quod ſpectat ad nomen, à Donato tamen Agoniſticos, & eorũ præfectos, Duces Sanctorum nominatos eſſe Optatus eodem lib. 3. teſtatur. Erant hi ſectę defenſores, qui auderent præfectis quoque reſiſtere, quique per nundinas, villas, vicoſq́ue circumaugantes, prę ſe ferebant ſe eſſe publicæ iuſtitiæ defenſores, ac vindices. Quo prætextu & ſeruos vocabant ad pileum, & oppreſſos ære alieno à creditoribus liberabant, minaces litteras ad eos mittentes, quibus mortem minabantur, niſi expungerent eorum debita, atque chyrographa delerent quibus tenebantur aſtricti. Hęc tum ex Optato lib. 3. tum ex Aug. libro 5.

Pſal.

Digitized by Google

Pſal. 132. Ex quibus potiſſimum immania ſcelera ab ijſdē perpetrata aduerſus Catholicos, legere poſſis lector beneuole. Quorum graſſationes primò per Leontium, deinde Vrſacium, duodecimo verò Conſtantij anno per Paulum atque Macarium legatos repreſſæ ſunt.

Et hos Ethnicis quidem deteriores atque immaniores in noſtris eſſe quotidie audimus, ſiue in Anglia, aut aliquot Germaniæ, ac Galliæ partibus, Cum enim perſequutio eſſet cæpta ſub Maximiano, Ethnicos homines Chriſtiani cum quererentur, latebris abdidiſſe, ex hiſtorijs eccl. didicimus, eoſq́; ſæpe pecunia mulctatos, & carceri mancipatos fuiſſe, non ob aliud quam quod profugientes ad ſe perdere nollēt, eoſque eadem fide, qua ſeipſos tuendos putarent, non veriti ob id ſe periculis obijcere. At nunc mirifici iſti nouæ hæreſeos inuentores, nulla æquè re, vt inſidijs clari, omnia in contrarium faciunt. Ipſi enim vltro carnifices effecti, & occultatos rimantur, vt eos è latebris eruant, & occultatoribus inſidias nectunt, ęquè ſibi inimicum & occultatum, & occultatorem arbitrantes, ita natura cruenti ſunt, & homicidæ, & ſcelerum æmuli.

Atque in hæc tam immania ac ſtulta facinora cum Anabaptiſtas tum Donatiſtas, alioſque Sciſmaticos progreſſos, ſed qui tam

Sturmij de luthero dictum Effera audacia fuerunt

impotenti & efferà audacia ac importunitate fuerint, haud facilè aliquòs inuenias. Lubet hic Sturmij de Lutero ac ſectatoribus adferre iudicium. Si Magiſtratus (inquit) illis hominibus per triduum gladium ſuum concederet, crudeliſſima ſtatim ſequutura condamnationum fulgura, fulmina.

Caluini cum lutero mutuum odium.

Porrò cùm Lutero atque aſſectoribus eius Caluino erat certamen inexpiabile, vt inſignes ſcurras inter ſe commiſſos dixeris. Longum eſſet præclara illa emblemata omnia hic commemorare quibus Saxonicum illum Antipapam Luterum, ſimulque aliquot Saxonicas Ciuitates, que eius ſententiam damnaverant fædiſſimis lędorijs, & maledictis pro ſectæ ſuæ modeſtia inſectatur. Sic eius errore Luteranos eſſe faſcinatos ſcribit, vt quod pueris in Cathecismo traditur, veterani ad verius Veteratores Theologi non teneant. Quid valeat, quorſum ſpectet de cæna doctrina eius, nunquam guſtaſſe brutos iſtos homines, ne guttam quidem ingenui pudoris in eis eſſe, nimis largam in eis copiam cauillationum profluere, dum Lutheri ſui hiperbolas proijciunt, modò plebeculam, fraterculoſque, ſuos faſcinent, popularis theatri plauſu contentos, nec Dei, nec Angelorum iudicium magnopere curare, tribuit illis furioſum impetum, nugatoriam leuitatem, cæcam temulentiam, caninam improbitatem, diabo-

Luterus à Caluino præclaris epithetis pro ſuo merito laudatur.

Triſmegiſti ſententia.

diabolicam ſuperbiam,quod eis ſuperbia ſit loco pietatis,quod eos ferocitas omni humanitate ſpoliauerit, quod obſtinatio nihil reliquum fecerit moderaminis, vocat eos vertiginoſos homines, Cyclopes, ſuperbam factionem, Gigantum Latrones freneticos, beſtias,proteruos,faſtuoſos,pertinaces; dum verò queritur de illis quod ſe ſuoſque indignos eſſe clamitent quos terra ſuſtineat, ita quod niſi repente exterminentur è mundo, non poſſe meliùs agi cum eis, quàm vt vel ad Scytas vel ad Indos ablegentur, accuſare eos ſegnitiem principum, quod non exerto gladio deleant Sacramentariorum memoriam. Hæc ibi Caluinus, in quem pulchrè quadrat illud Eccleſiaſtici 21. ,,Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam. Quæ enim hæretici in alios iactant maledicta, ea in eos ipſos recidunt, cũ plerumque aut peiores aut paulò admodum meliores ſint illis, quibus maledicunt. Et reuera quales hic Lutheranos depingit Caluinus, tales ſunt plerique omnes hæretici, qui dati in reprobum ſenſum, per præcipitia falſitatis ruunt in omne flagitiorum genus. In Caluino ſanè, vel maximè cernere licuit ea omnia, quæ Lutheranis ille tribuit.

Et Lutherus quidem nullum vnquam edere potuit miraculum, quamquam miracula omnia facilè euincat, quod Monachus apoſta-

Lutherus pro miraculo Coppeni facto qui vna

docte dominicæ reſurrectionis ex Monaſt. 9. Deo conſecratas virgines abduxit. quarum vnam Catherina poſtquam biennio inter diſcipulos eius vagantem, lecti ſocia inexpiabili turpitudine aſciuit. Gilbertus in Tragic. lutheriani in Atheiſmum proni & in Ethniciſmum ſæpius prolabuntur Quem præconē ſequeretur homines infa.

apoſtata inceſto ac ſacrilego monachæ concubitu pollutus, tot iam olim ante mille annos damnatarum hæreſum inſtaurator, tot flagitijs coopertus, homo importuniſſimus, audaciſſimus, maledicentiſſimus; qui nulli omnino parceret, omnia ſurſum deorſum miſceret, qui in vita, & in morte poſt ſe in multis Europæ ampliſſimis regnis, & Prouincijs ſupremam propemodum attulit vaſtitatem, religione, & Dei cultu mirabiliter confuſo, & perturbato, innumeris Eccleſijs, ac diuerſis ædibus ſacris deſtructis, ac monaſterijs vaſtitate ſumma & perpetua deletis, omnibus pijs abrogatis cæremonijs, & ritibus Eccleſiaſticis, ac profligatis, vt ad Mahumetanam conſtituendam impietatem, parum aut nihil ſupereſſe videatur, & certe quibuſdam in locis, vbi illorum hæreſis regnat, homines in Atheiſmum atque prope in Ethniciſmum prolabuntur, eos fructus affatim produxit ille omnium longe infæliciſſimus mortalium, qui vtinam nunquam natus fuiſſet, aut certe ſolus perijſſet.

Conatus eſt quidem aliquem dæmonem eijcere, ſed fruſtra, Anno enim Domini 1545. adducta è Miſnia Vuittembergam ad Lutherum puella, ea ſpe quod dæmonem eſſet eiecturus. Ille quidem vt male ſibi conſcius principio ſe valde difficilem præbuit,

buit, tandem iuſſit puellam in ſacrarium parochianæ Eccleſiæ introduci, ibi quibuſdam Luthericis exorciſmis adiurat dęmonem, ſed dęmon eius exorciſmos cachinnis & ſannis inſectatur; tum verò Lutherus mirè angi & diſcruciari, cæpit ex ſacrario ſe velle proripere, ſed malus dæmon adeò obſtruxit oſtium firmè, vt neque foris, neque intus reſerari potuerit, ęa res miſerum in maiores anguſtias contraxit: Iamq́ue per feneſtras erumpere conatur, ſed conatus eius cancelli ferrei retardabant, denique ſecuri per cancellos immiſſa, oſtium perfringi oportuit, vt Luthero pateret exitus. Vtinam cooperante Deo ad ſaniorem mentem, vel ſerò redeant, qui eius hominis nulla virtute præditi, nulla gratia miraculorum præclari, infauſtam magno totius Europæ malo doctrinam complexi ſunt.

ni, Deus palam oſtendit iis temporibus ex vacca quæ ad fines Wittenbergæ, vitulum caluo capite & cucullatum admirando, ſed accōmodatiſſimo exēplo aut potius portento, ac oſtento enixa eſt.

Sed quid ad Traſonicum illum Gallum, qui Saxonem Lutherum à ſuis ſectatoribus Ioãnis Baptiſtę ſpolijs ornatum Apoſtolum, ſuum & Eliam agnominatum, dicebat vitia pro virtutibus amplecti? Quæ ipſe vitia Traſon Gallicus (ſic enim Caluinus à Lutheranis cognominabatur) non eſt complexus, qui à pederaſia etiam minimè abſtinuit, propterea ferro cauteriſatus, pudorem ac ignominiam ſuam non ferens è Gallia Argentoratum profugus, atque Argentorato,

Caluinus. Geneuenſis Synagogæ 1. Hæreſiarcha.

Genuenſem poſtea Sinagogam conſtituit; quæ non ſcripſit nomine ſuo ac perſona digna? talia prorſus quæ citra horrorem legi vix poſſint, quamquam ea quoque infęliciſſimis mortalibus, non alio quidem quàm ipſius Verbi Dei titulo obtruduntur. Sunt autem cum intolerabili in Deum blaſphemia coniuncta, neque tantum pietati, ſed etiam rationi contraria, quod omnia abſoluta neceſſitate eueniant, quodq́ue Deus ſit cauſa peccatorum, & quod ſcelera & flagitia omnia in homine Deus operetur, & cætera his ſimilia & prorſus anilia.

Miraculum Caluini honoris plenum.

Hic itaque ſapientiſſimus Synagogæ ſathanæ Geneuæ primus architectus, multa præditus auctoritate cum eſſet, vt doctrinā ſuam miraculo etiam confirmaret, rem profecto ſempiterna memoria dignam aggreſſus, vt cognoſcat poſteritas omnis, quibus dolis atque impoſturis vti non vereātur, qui Catholicam Eccleſiam ſub Euangelij inſtaurandi prætextu ſibi oppugnandam ſumpſerunt. Perſuaſit hic (ſcribit Surius commen. lib.) ſuæ hæreſeos ſectatori, vt ſe pateretur tanquam mortuum in templum inferri, fecit id conſentiente coniuge; porro Caluini cōſilium erat, vt hominem coram populo iuberet redire ad ſuperos, moxq́ue ſe erigere, vt inaudito miraculo certā & ſacroſanctam in orbem terrarum doctrinam inuexiſſe videretur:

deretur: Sed ô Dei clementiam, quæ perfidi hominis aſtum incredibilem noluit latere mortales, vt ſic maturè ab eius conſortio ſe ſubmouerent, miſer ille qui in templum viuus illatus eſt, mortuus inde elatus eſt. Cùm enim Caluinus propiùs acceſſiſſet, & ſi ſua doctrina vera eſſet, eum iuberet reſumpto ſpiritu ſurgere, vt homo callidus laqueo quẽ tetenderat, ipſe ſtrangularetur, & omnes intelligerent falſiſſima eſſe, quæ miſeris pro verbo Dei venditarat, nihil prorſus ſeſe cõmouit homo, quippe lucis huius vſura repentè priuatus.

Vide & attende, Lector, quod ad miraculorum virtutem ſpectat, numquam ad falſæ doctrinæ atteſtationem ab hæreticis aliquod factum miraculum reperitur, quod verè miraculum dici poſſit. Ex quibus & alterum in medium adduxiſſe ſatis ſit, Vindemialis, Longinus, ac Eugenius Epiſcopi virtute ac miraculorum gratia cùm pollerent, Cyrola Arrianorum Antiſtes horũ gloriam æmulatus, ne vel hac ex parte ijs inferior appareret, quod virtute perficere non daretur, ſubdola arte facere cogitauit, quid fecerit, audi Gregor. Turon. hiſt. Franc. li. 2. cap. 3. dum ait: „Quod cernens ille nequam Arrianorum Antiſtes nempe Cyrola „vocatum ad ſe quemdam hominem ab illo „quo ipſe videbat errore deceptum, ait non

Cyrolæ Arriani miraculum quale?

,,patior quod hi Epiſcopi multa ſigna in po-
,,pulo depromant, illoſque cuncti me ne-
,,glecto, ſequuntur. Acquieſce nunc his
,,quæ precipio, & acceptis quinquaginta
,,aureis ſede in platea per quam nobis eſt
,,tranſitus, & manum ſuper oculos clauſos
,,ponens me præeunte reliquis, clama mag-
,,na virtute dicens: Te beatiſſime Cyrola
,,noſtræ religionis Antiſtes deprecor, vt reſ-
,,piciens, manifeſtes virtutem & gloriam
,,tuam, vt oculos meos aperiens, merear lu-
,,cem videre quam perdidi: Qui iuſſa com-
,,plens, reſidenſque in platea, tranſeunte
,,hæretico cum Sanctis Dei, iſte qui Deum
,,irridere cogitabat, exclamabat magna vir-
,,ture dicens. Audi me beatiſſime Cyrola.
,,audi me Sancte Sacerdos Dei, reſpice cę-
,,citatem meam, experiar ego medicamenta
,,quæ ſæpe cæci reliqui à te meruerunt, quæ
,,leproſi experti ſunt, quæ etiam ipſi mor-
,,tui perſenſerunt, adiuro te per iſtam vir-
,,tutem quam habes, vt mihi deſidera-
,,tam reſtituas lucem, quia graui ſum cæ-
,,citate percuſſus. Veritatem enim ne-
,,ſciens, verùm dicebat, quia cæcauerat
,,eum cupiditas, & virtutem Dei Om-
,,nipotẽtis per pecuniam exiſtimabat, tunc
,,Epiſcopus hæreticorum paululum ſe di-
,,uertit, quaſi in virtute triumphatu-
,,rus, elatus vanitate atque ſuperbia, po-
ſuit

,,nit manum ſuam ſuper oculos eius,
,,dicens. Secundum fidem noſtram, qua
,,rectè Deum credimus, aperiantur o-
,,culi tui, & mox vt in hoc nefas erupit,
,,riſus mutatur in planctum, & dolus Epiſ-
,,copi patefactus eſt in publico, nam tantus
,,dolor oculos miſeri hominis inuaſit, vt eos
,,digitis vix comprimeret, ce crepatent.
,,Denique miſer clamare cæpit ac dicere. Væ
,,mihi miſero qui ſeductus ſum ab inimico
,,legis diuinæ. Vę mihi qui Deũ per pecuniã
,,irridere volui,& quinquaginta aureos acce-
,,pi vt hoc facinus perpetrarẽ, ad Epiſcopum
,,aiebat,ecce aurũ tuum,redde lumẽ meum,
,,quod dolo tuo perdidi, Voſque rogo glo-
,,rioſiſſimi Chriſtiani, ne deſpiciatis miſerũ,
,,ſed velociter ſuccurrite pereunti, verè e-
,,nim cognoui quia Deus nõ irridetur. Tunc
,,Sancti miſericordia moti. Si (inquiunt)
,,credis,omnia ſunt poſſibilia credendi Mar.
,,9 At ille clamabat voce magna. Qui non
,,crediderit Chriſtum filiũ Dei,& ſacro ſan-
,,ctam æqualem habere ſubſtantiam, atque
,,Deitatem cum Deo Patre, hodie quæ ego
,,perfero patiatur. Et adiecit Credo Deum
,,Patrem Omnipotentem,Credo filium Dei
,,Chriſtum Ieſum æqualem Patri, Credo
,,Spirirum Sanctum, Patri & Filio conſub-
,,ſtantialem, atque coæternum. Hæc illi au-
,,dientes & honore mutuo præuenientes, o-

Sancti Dei hi e. rant; Vindemialis, longinus, & Eugenius, Epiſcopi.

,,ritur inter eos ſancta, contentio,qui oculis ,,eius ſignum Sanctæ Crucis imponeret. ,,Vindemialis verò & Loginus Eugeniū, il- ,,le vero è contra eos exorat, vt manus im- ,,ponerent cęco. Quod cum feciſſent, & ,,manus ſuas ſuper caput eius tenerent, S. ,,Eugenius crucē ſuper oculos cæci faciens, ,,ait: In nomine Patris & Filij & Spiritus ,,Sancti veri Dei,quem trinum in vna æqua- ,,litate ac omnipotentia confitemur, aperi- ,,antur oculi tui. Et ſtatim ablato dolore, ad ,,priſtinam redijt ſanitatem.

Manifeſtiſſimè autē patuit per huius cæcitatem,qualiter hæreticorum Epiſcopus oculos cordium miſero aſſertionis velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miſerum qui non ingreſſus per ianuam id eſt Chriſtum qui eſt ianua vera, lupus magis gregis, quàm cuſtos effectus eſt, & pacem fidei quam in credentium cordibus debuerat accendere, prauitate cordis ſui conabatur extinguere; Sācti verò Dei alia ſigna multa fecerunt in populo, & erat vox vna populi dicentis. Verus Deus Pater, verus Deus Filius, Verus Deus Spiritus S. vna fide colēdus, vno timore metuēdus, eodéq; honore venerandus, nam quæ Cyrola aſſerit,falſa eſſe cunctis eſt manifeſtum. Attende ò lector quibus lapſibus hæreſum ſectatores à fide Catholica ſemel excidentes,

præ-

præcipites ſemper ad deteriora deferantur. Atque per abrupta, & Gentilibus quoque, qui Deum ignorant inuia & inacceſſa à malo Dæmone impellantur. Vix apud Ethnicos vnum Empedoclem, vel alterum inuenias peregrinum ſeſe flammis dedentes, qui ab ipſis tanquam moſtra habētur oſtentui. Apud Donaſtitas verò Anabaptiſtas, ſimileſque Simiſtas horum examina reperias ab eiſdem vt ſanctiſſimos martyres honorari, atque immenſis emblematis cumulari. Exemplis res illuſtratur. Cain tremens paricidio fratris ſemper infamis à fide Patris ſui Adæ & Seth fratris receſſit, vt alterius ciuitatis ſcilicet Diaboli eſſet architectus. Impius Nemroth ipſius Cain nepos à Noe ſocietate qui Sethi religionem per manus traditam ſemper ſanctè coluit, ſe ſubduxit & ad falſos idolorum cultus inuitos quoſque pertraxit. Iſmaël eiectus exhæredatus ac fide Abrahæ & Iſaac patrum ſuorum poſthabita, quam continua ſucceſſione à Sancto Noe acceperant, Agarenorum, & Idumæorum gentem Dei cognitione carentem, ſed latrocinijs ſemper inſignem condiderunt. Et Hieroboam relicto templo Hieroſolimitano nonne ſemper prolapſus idolis ſiue vitulis in Samaria erectis, in deteriora, & fecit peccare populum (vt dicitur numeri 6.), in Excelſis. Neque minor Manaſſis impietas

qui in Monte Garizim templum ſcilicet ſciſmaticum ducta in vxorem Saraballe Perſarum Patrapæ filia ad Hieroſolimitani templi æmulationem erexit? Quid Oiæ templũ in Ægypto an voluntate Dei erectum? Quid Chore, Datan & Abyron, quare Moyſi & Aaron reſtiterunt, an non terra dehiſcente, ea operti atque abſorpti ſunt. Deſcenderũt, inquit Scriptura, in infernum viuentes. Et de Manaſſe dicitur tranſire fecit Regum 21. filios ſuos per ignem, quare filios ſuos per ignem, immolans eos idolo Moloch? Sed & vallis gehennæ propter idolorum deteſtationem, nonne locus ſtercorum & omnium immunditiarum factus eſt? ,,Non ſitis itaq; ,,concupiſcentes malorum, vt dicitur Cor. 1. ,,neque efficiamini idololatrę ſicut ſcriptum ,,eſt. Sedit populus manducare & bibere, & ,,ſurrexerunt ludere, neque fornicemur, ſi-,,cut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceci-,,derunt vna die viginti tria millia, neque ,,tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum ,,tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt, ne-,,que murmuraueritis, ſicut quidam eorum ,,murmurauerunt, & perierunt ab extermi-,,natore.

,,Noli itaque decipi nomine veritatis (alloquitur D. Auguſt. Eccleſiam contra Fauſtum, tom. 6. lib. 15. cap. 3.) hanc ſola tu habes, & in lacte tuo, & in pane tuo. In hac nul-

nullus error, nulla turpitudinis nota, nulla macula eſt in ea, tota pulchra eſt. Sequitur verò Aug. eodem loco. „Appello interim paruulos tuos, fratres, filios, Dominos meos, quos vel tanquam oua ſollicitis alis foues, vel tanquam infantes lacte nutris, ſine corruptione fæcunda Virgo Mater. Hos in te appello teneros fœtus tuos, ne garrula curioſitate ſeducantur abs te, ſed potius anathematiſent ſi quis euangeliſauerit, præter id (Gal. 1.) quod acceperunt in te. Sed & ex eodem Patre pro ſanctitate Eccleſiæ coronidis cauſa adijciamus. li. de ciuit. Dei 28. „Nihil in Chriſtianis Eccleſijs, inquit, tur„pe & flagitioſum ſpectandum imitandum„que proponitur, vbi veri Dei aut præcep„ta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur.

CA-

DE ECCLESIÆ DOCTRINA SANCTA, & eius efficacia, de ſanctitate Patrum noſtræ Religionis, & miraculorum in ea gratia.

CAPVT X.

HABET Eccleſia non ſolùm doctrinam ſanctam & efficacem, ſed etiam Doctores ſanctos, & ſignorum ac miraculorum gloria clariſſimos. Si quis enim conſideret Eccleſiæ Catholicæ Magiſtros, Patriarchas & Prophetas, deinde Doctores, qui contra ſingulas hæreſes dimicarunt, denique Inſtitutores Ordinum Religioſorum, inueniet omnes tam ſauctos, caſtos, pios, ſobrios fuiſſe, vt aduerſarij nihil habeant quod reprehendant, niſi nimiam ſanctitatem. Quod autem nos admonet Cyprianus vt ad fontem recurramus, id eſt Apoſtolicam traditionem, & inde canalem in noſtra tempora dirigamus: Optimum (inquit Auguſt. de Bapt. contra Donatiſt. lib. 5. cap. 26) eſt, & ſine dubitatione faciendum, volens ſcilicet Apoſtolorum & Eccleſiæ traditiones præſertim continua ad nos vſque ſucceſſione deriuatas diligenter cognoſcen-

noſcendas & retinendas eſſe. Et hom. 10. ſerm. de temp. qui eſt tertius de Trini. Eccleſiæ, inquit, regula ſanctaque Patrum traditio, atque iudicium perpetuum, firma ſolidaque permaneant.

De quorum Patrum auctoritate, quia ſancti ſunt, quia eruditi, quia liberi ab omni ſtudio partium, ideòque habeant omnia quę ad Iudicem pertinent. Non habes, (inquit lib. 2. contra Iulianum Pelagianum) quod ſpernas: Nunquid milites, nunquid ſcholaſtici auditoriales, nunquid nautæ, tabernarij, Cætarij, coqui, lanij, nunquid poſtremò de qualiumcumque clericorum turba iſti ſunt? Iſti ſunt Epiſcopi, docti, graues, ſancti, veritatis acerrimi defenſores, aduerſus garrulas vanitates nouitateſque. In quorum ratione, eruditione, libertate, quia tria bona tanquam Iudicibus inſunt, non poteris inuenire quod reprehendas. Iſti catholicam fidem in lacte ſuxerunt, in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt; Talibus poſt Apoſtolos ſancta Eccleſia Plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus creuit. Tales habet Magiſtros, tales Doctores Eccleſia profert, talem doctrinam quæ conuertat animas, vt dicitur Pſalm. 18. habet & ſermonem viuum & efficacem, & gladio omni penetrabiliorem,

Genuenſem poſtea Synagogam conſtituit; quæ non ſcripſit nomine ſuo ac perſona digna? talia prorſus quæ citra horrorem legi vix poſſint, quamquam ea quoque infęliciſſimis mortalibus, non alio quidem quàm ipſius Verbi Dei titulo obtruduntur. Sunt autem cum intolerabili in Deum blaſphemia coniuncta, neque tantum pietati, ſed etiam rationi contraria, quod omnia abſoluta neceſſitate eueniant, quodq́ue Deus ſit cauſa peccatorum, & quod ſcelera & flagitia omnia in homine Deus operetur, & cætera his ſimilia & prorſus anilia.

Miraculum Caluini honoris plenum.

Hic itaque ſapientiſſimus Synagogæ ſathanæ Geneuæ primus architectus, multa præditus auctoritate cum eſſet, vt doctrinā ſuam miraculo etiam confirmaret, rem profecto ſempiterna memoria dignam aggreſſus, vt cognoſcat poſteritas omnis, quibus dolis atque impoſturis vti non vereātur, qui Catholicam Eccleſiam ſub Euangelij inſtaurandi prætextu ſibi oppugnandam ſumpſerunt. Perſuaſit hic (ſcribit Surius commen. lib.) ſuæ hæreſeos ſectatori, vt ſe pateretur tanquam mortuum in templum inferri, fecit id conſentiente coniuge; porro Caluini cōſilium erat, vt hominem coram populo iuberet redire ad ſuperos, moxq́ue ſe erigere, vt inaudito miraculo certā & ſacroſanctam in orbem terrarum doctrinam inuexiſſe videretur:

deretur: Sed ô Dei clementiam, quæ perfidi hominis aſtum incredibilem noluit latere mortales, vt ſic maturè ab eius conſortio ſe ſubmouerent, miſer ille qui in templum viuus illatus eſt, mortuus inde elatus eſt. Cùm enim Caluinus propiùs acceſſiſſet, & ſi ſua doctrina vera eſſet, eum iuberet reſumpto ſpiritu ſurgere, vt homo callidus laqueo quē tetenderat, ipſe ſtrangularetur, & omnes intelligerent falſiſſima eſſe, quæ miſeris pro verbo Dei venditarat, nihil prorſus ſeſe cō-mouit homo, quippe lucis huius vſura repentè priuatus.

Vide & attende, Lector, quod ad miraculorum virtutem ſpectat, numquam ad falſæ doctrinæ atteſtationem ab hæreticis aliquod factum miraculum reperitur, quod verè miraculum dici poſſit. Ex quibus & alterum in medium adduxiſſe ſatis ſit, Vindemialis, Longinus, ac Eugenius Epiſcopi virtute ac miraculorum gratia cùm pollerent, Cyrola Arrianorum Antiſtes horū gloriam æmulatus, ne vel hac ex parte ijs inferior appareret, quod virtute perficere non daretur, ſubdola arte facere cogitauit, quid fecerit, audi Gregor. Turon. hiſt. Franc. li. 2. cap. 3. dum ait: „Quod cernens ille nequam Arrianorum Antiſtes nempe Cyrola „vocatum ad ſe quemdam hominem ab illo „quo ipſe videbat errore deceptum, ait non

Cyrolæ Arriani miraculum quale?

„patior quod hi Epiſcopi multa ſigna in po-
„pulo depromant, illoſque cuncti me ne-
„glecto, ſequuntur. Acquieſce nunc his
„quæ pręcipio, & acceptis quinquaginta
„aureis ſede in platea per quam nobis eſt
„tranſitus, & manum ſuper oculos clauſos
„ponens me præeunte reliquis, clama mag-
„na virtute dicens: Te beatiſſime Cyrola
„noſtræ religionis Antiſtes deprecor, vt reſ-
„piciens, manifeſtes virtutem & gloriam
„tuam, vt oculos meos aperiens, merear lu-
„cem videre quam perdidi: Qui iuſſa com-
„plens, reſidenſque in platea „ tranſeunte
„hæretico cum Sanctis Dei, iſte qui Deum
„irridere cogitabat, exclamabat magna vir-
„ture dicens. Audi me beatiſſime Cyrola.
„audi me Sancte Sacerdos Dei, reſpice cę-
„citatem meam, experiar ego medicamenta
„quæ ſæpe cæci reliqui à te meruerunt, quæ
„leproſi experti ſunt, quæ etiam ipſi mor-
„tui perſenſerunt, adiuro te per iſtam vir-
„tutem quam habes, vt mihi deſidera-
„tam reſtituas lucem, quia graui ſum cæ-
„citate percuſſus. Veritatem enim ne-
„ſciens, verùm dicebat, quia cæcauerat
„eum cupiditas, & virtutem Dei Om-
„nipotētis per pecuniam exiſtimabat, tunc
„Epiſcopus hæreticorum paululum ſe di-
„uertit, quaſi in vittute triumphatu-
„rus, elatus vanitate atque ſuperbia, po-
nit

„nit manum ſuam ſuper oculos eius,
„dicens. Secundum fidem noſtram, qua
„rectè Deum credimus, aperiantur o-
„culi tui, & mox vt in hoc nefas erupit,
„riſus mutatur in planctum, & dolus Epiſ-
„copi patefactus eſt in publico, nam tantus
„dolor oculos miſeri hominis inuaſit, vt eos
„digitis vix comprimeret, ne crepatent.
„Denique miſer clamare cæpit ac dicere. Væ
„mihi miſero qui ſeductus ſum ab inimico
„legis diuinæ. Vę mihi qui Deũ per pecuniã
„irridere volui, & quinquaginta aureos acce-
„pi vt hoc facinus perpetrarẽ, ad Epiſcopum
„aiebat, ecce aurũ tuum, redde lumẽ meum,
„quod dolo tuo perdidi, Voſque rogo glo-
„rioſiſſimi Chriſtiani, ne deſpiciatis miſerũ,
„ſed velociter ſuccurrite pereunti, verè e-
„nim cognoui quia Deus nõ irridetur. Tunc
„Sancti miſericordia moti. Si (inquiunt)
„credis, omnia ſunt poſſibilia credendi Mar.
„9 At ille clamabat voce magna. Qui non
„crediderit Chriſtum filiũ Dei, & ſacro ſan-
„ctam æqualem habere ſubſtantiam, atque
„Deitatem cum Deo Patre, hodie quæ ego
„perfero patiatur. Et adiecit Credo Deum
„Patrem Omnipotentem, Credo filium Dei
„Chriſtum Ieſum æqualem Patri, Credo
„Spiritum Sanctum, Patri & Filio conſub-
„ſtantialem, atque coæternum. Hæc illi au-
„dientes & honore mutuo præuenientes, o-

,,ritur inter eos ſancta, contentio,qui oculis ,,eius ſignum Sanctæ Crucis imponeret. ,,Vindemialis verò & Loginus Eugeniū, il-,,le vero è contra eos exorat, vt manus im-,,ponerent cęco. Quod cum feciſſent, & ,,manus ſuas ſuper caput eius tenerent, S. ,,Eugenius crucē ſuper oculos cæci faciens, ,,ait: In nomine Patris & Filij & Spiritus ,,Sancti veri Dei,quem trinum in vna æqua-,,litate ac omnipotentia confitemur, aperi-,,antur oculi tui. Et ſtatim ablato dolore, ad ,,priſtinam redijt ſanitatem.

Sancti Dei hi e. rant; Vindemialis, longinus, & Eugenius, Epiſcopi.

Manifeſtiſſimè autē patuit per huius cæcitatem,qualiter hæreticorum Epiſcopus oculos cordium miſero aſſertionis velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miſerum qui non ingreſſus per ianuam id eſt Chriſtum qui eſt ianua vera, lupus magis gregis, quàm cuſtos effectus eſt, & pacem fidei quam in credentium cordibus debuerat accendere, prauitate cordis ſui conabatur extinguere; Sācti verò Dei alia ſigna multa fecerunt in populo, & erat vox vna populi dicentis. Verus Deus Pater, verus Deus Filius, Verus Deus Spiritus S. vna fide colēdus, vno timore metuēdus, eodéq; honore venerandus, nam quæ Cyrola aſſerit,falſa eſſe cunctis eſt manifeſtum. Attende ò lector quibus lapſibus hæreſum ſectatores à fide Catholica ſemel excidentes,

præ-

præcipites ſemper ad deteriora deferantur. Atque per abrupta, & Gentilibus quoque, qui Deum ignorant inuia & inaccessa à malo Dæmone impellantur. Vix apud Ethnicos vnum Empedoclem, vel alterum inuenias peregrinum ſeſe flammis dedentes, qui ab ipſis tanquam moſtra habētur oſtentui. Apud Donaſtitas verò Anabaptiſtas, ſimileſque Simiſtas horum examina reperias ab eiſdem vt ſanctiſſimos martyres honorari, atque immenſis emblematis cumulari. Exemplis res illuſtratur. Cain tremens paricidio fratris ſemper infamis à fide Patris ſui Adæ & Seth fratris receſſit, vt alterius ciuitatis ſcilicet Diaboli eſſet architectus. Impius Nemroth ipſius Cain nepos à Noe ſocietate qui Sethi religionem per manus traditam ſemper ſanctè coluit, ſe ſubduxit & ad falſos idolorum cultus inuitos quoſque pertraxit. Iſmaël eiectus exhæredatus ac fide Abrahæ & Iſaac patrum ſuorum poſthabita, quam continua ſucceſſione à Sancto Noe acceperant, Agarenorum, & Idumæorum gentem Dei cognitione carentem, ſed latrocinijs ſemper inſignem condiderunt. Et Hieroboam relicto templo Hieroſolimitano nonne ſemper prolapſus idolis ſiue vitulis in Samaria erectis, in deteriora, & fecit peccare populum (vt dicitur numeri 6.) „ in Excelſis. Neque minor Manaſſis impietas

qui in Monte Garizim templum ſcilicet ſciſmaticum ducta in vxorem Saraballe Perſarum Patrapæ filia ad Hieroſolimitani templi æmulationem erexit? Quid Oniæ templũ in Ægypto an voluntate Dei erectum? Quid Chore, Datan & Abyron, quare Moyſi & Aaron reſtiterunt, an non terra dehiſcente, ea operti atque abſorpti ſunt. Deſcenderũt, inquit Scriptura, in infernum viuentes. Et de Manaſſe dicitur tranſire fecit Regum 21. filios ſuos per ignem, quare filios ſuos per ignem, immolans eos idolo Moloch? Sed & vallis gehennæ propter idolorum deteſtationem, nonne locus ſtercorum & omnium immunditiarum factus eſt? ,,Non ſitis itaq; ,,concupiſcentes malorum, vt dicitur Cor. 1. ,,neque efficiamini idololatrę ſicut ſcriptum ,,eſt. Sedit populus manducare & bibere, & ,,ſurrexerunt ludere, neque fornicemur, ſi-,,cut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceci-,,derunt vna die viginti tria millia, neque ,,tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum ,,tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt, ne-,,que murmuraueritis, ſicut quidam eorum ,,murmurauerunt, & perierunt ab extermi-,,natore.

,,Noli itaque decipi nomine veritatis (alloquitur D. Auguſt. Eccleſiam contra Fauſtum, tom. 6. lib. 15. cap. 3.) hanc ſola tu habes, & in lacte tuo, & in pane tuo. In hac nul-

nullus error, nulla turpitudinis nota, nulla macula eſt in ea, tota pulchra eſt. Sequitur verò Aug. eodem loco. „Appello interim paruulos tuos, fratres, filios, Dominos meos, quos vel tanquam oua ſollicitis alis foues, vel tanquam infantes lacte nutris, ſine corruptione fæcunda Virgo Mater. Hos in te appello teneros fœtus tuos, ne garrula curioſitate ſeducantur abs te, ſed potius anathematiſent ſi quis euangeliſauerit, præter id (Gal. 1.) quod acceperunt in te. Sed & ex eodem Patre pro ſanctitate Eccleſiæ coronidis cauſa adijciamus. li. de ciuit. Dei 28.
,,Nihil in Chriſtianis Eccleſijs, inquit, tur-
,,pe & flagitioſum ſpectandum imitandum-
,,que proponitur, vbi veri Dei aut præcep-
,,ta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur.

Digitized by Google

DE ECCLESIÆ DOCTRINA SANCTA, & eius efficacia, de ſanctitate Patrum noſtræ Religionis, & miraculorum in ea gratia.

CAPVT X.

HABET Eccleſia non ſolùm doctrinam ſanctam & efficacem, ſed etiam Doctores ſanctos, & ſignorum ac miraculorum gloria clariſſimos. Si quis enim conſideret Eccleſiæ Catholicæ Magiſtros, Patriarchas & Prophetas, deinde Doctores, qui contra ſingulas hæreſes dimicarunt, denique Inſtitutores Ordinum Religioſorum, inueniet omnes tam ſanctos, caſtos, pios, ſobrios fuiſſe, vt aduerſarij nihil habeant quod reprehendant, niſi nimiam ſanctitatem. Quod autem nos admonet Cyprianus vt ad fontem recurramus, id eſt Apoſtolicam traditionem, & inde canalem in noſtra tempora dirigamus: Optimum (inquit Auguſt. de Bapt. contra Donatiſt. lib. 5. cap. 26) eſt, & ſine dubitatione faciendum, volens ſcilicet Apoſtolorum & Eccleſiæ traditiones præſertim continua ad nos vſque ſucceſſione deriuatas diligenter cognoſcen-

noſcendas & retinendas eſſe. Et hom. 16. ſerm. de temp. qui eſt tertius de Trini. Eccleſiæ, inquit, regula ſanctaque Patrum traditio, atque iudicium perpetuum, firma ſolidaque permaneant.

De quorum Patrum auctoritate, quia ſancti ſunt, quia eruditi, quia liberi ab omni ſtudio partium, ideòque habeant omnia quę ad Iudicem pertinent. Non habes, (inquit lib. 2. contra Iulianum Pelagianum) quod ſpernas: Nunquid milites, nunquid ſcholaſtici auditoriales, nunquid nautæ, tabernarij, Cætarij, coqui, lanij, nunquid poſtremò de qualiumcumque clericorum turba iſti ſunt? Iſti ſunt Epiſcopi, docti, graues, ſancti, veritatis acerrimi defenſores, aduerſus garrulas vanitates nouitateſque. In quorum ratione, eruditione, libertate, quia tria bona tanquam Iudicibus inſunt, non poteris inuenire quod reprehendas. Iſti catholicam fidem in lacte ſuxerunt, in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt; Talibus poſt Apoſtolos ſancta Eccleſia Plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus creuit. Tales habet Magiſtros, tales Doctores Eccleſia profert, talem doctrinam quæ conuertat animas, vt dicitur Pſalm. 18. habet & ſermonem viuum & efficacem, & gladio omni penetrabiliorem,

rem, vt (inquit) Apoſtolus Hæb. 4. & vſque ad animæ & ſpiritus diuiſionem, compagum quoque & medullarum pertingentem, eſt enim ſermo Dei diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.

Barbaros Apoſt. leges domant.

Sed quis ſermo, qui doctrina, quæ leges barbaros etiam perdomuere, ac peruicere, quæ in ea ſunt totius terrarum orbis vaſtiſſima ſilua monſtra ferarum, atque portenta, quæ nec fingere ſatis potuit ſcriptorum Gentilium vanitas, Ad quæ perdomanda, è Galilæa piſcatores ſunt miſſi, quę de complurium illorum moribus Theodoretus de curatione Gręcauicarnm affectionum lib. 9. ſummatim collegit, Licet autem hæc D. Hieron. ſit fuſius proſequutus contra Iouinianum lib. 2. Perſicæ inquit nationes, quæ iam pridem Zaradæ legibus regebantur, matrum, & filiarum & ſororum connubijs ſuſque deque commixtæ, rem quam iuſtiſſimam arbitrantes, id quod erat facinus immaniſſimum, audita Piſcatorum lege, & acceptas Zaradæ leges vt inquitatem maximam conculcarunt, Euangeliçamque protinus temperantiam complexæ ſunt. Quique prius edocente illo didicerunt mortuorum corpora canibus depaſcenda, volucribuſque porrigere, tunc iam cum cæperunt in Chriſtum credere, ab eiuſmodi immanitate abhorrent, & mortuos terræ infodiunt,

Saradas

neque

neque curant principum leges, quibus id fieri prohibetur, neque tortorum ſæuitiam perhorreſcunt, magis enim timent Dei Iudicium, cumque præſentia cuncta irrideant &c. Has itaque nouas leges acceperunt à Promulgatoribus Galilæis, quique non timuerunt Romanorum potentiam, ſeſe vltro crucifixi hominis imperio ſubdiderunt. Atque vt hi Romanis legibus viuerét, neque Auguſtus ipſe imperauit, neque Traianus qui Perſarum regnum ſubuertit, & tamen Apoſtolorum monumenta Perſæ homines tanquam cælitus allata fuerint, venerantur.

Et paulo poſt, miſerrimos eſſe homines arbitrati, qui alio mortis genere, quam violenta nece decumberent, quique idcirco legem de mactandis ſenibus comedendiſque tulerunt, poſtquam piſcatorum leges, ſutorumque acceperunt, abominabiles illas dapes ac hoſtias pertæſi ſunt, Tibareni quoque ſoliti olim de altis rupibus ſe dare præcipites, legem iniquiſſimam conſciderunt Euangelica lege accepta, neque amplius Hircani, neque Capſij ipſi alunt canes, hominum cadaueribus deuorandis, neque Scytæ, vna cum mortuis hominibus viuos infodiunt, quos illi viuentes olim dilexerant, tantam morum mutationem piſcatorum leges inuehere potuerunt. Hæc pauca ex multis ſatis inſi-

Lex Euangelica accepta feritatem domat.

Poteſtas legum ecclesiaſticarum.

inſinuaſſe credimus, vt his qualis eſſet tunc orbis terrarum facies, intelligatur, magiſque Chriſti potentiam admiremur, qui per paucos, abiectoſque homines, tot orbis monſtra domuerit, ac ſuo iugo ea ipſa ſubegerit.

At quoniam ad id quod eſt nobis propoſitum, non parum adiumenti adferre videtur, ſi qua ratione Conſtantinus Imperator ad fidem Chriſtianam ſe contulerit, commemoremus, indeque ſumemus ſermonis initium: Cùm enim Diocletianus, & Maximianus cognomento Herculius, conſenſu quodam animorum inter ſe ipſos depoſuiſſent imperium, priuatumque viuendi genus delegiſſent, & Maximianus qui & Galerius dictus, duos deſignaſſet Cæſares, Maximianum Orienti, Seuerum verò Italiæ præfecit, Conſtantinus Pius Patri Conſtantio ſuccedens in Britannia tum ab exercitu Imperator eſt declaratus, Romæ autem Maxentius Herculij filius, militum prætorianorum ſuffragijs ad tyrannidem, non ad gerendum imperium elatus, Maxentius interea Romanos miſerè affligit, opprimitque, ac longè multos neci dat; alia denique flagitia his ſimilia deſignat. De quibus rebus Conſtantinus Imp. certior factus, omni cura & cogitatione ſibi incumbendum ſtatuit, vt Romanos ſeruitutis iugo oppreſſos in libertatem vindicaret, ac ſtatim conſilium inire cœpit quo-

pit quomodò Tyranno vitam adimeret, & dum eſſet in iſta cogitatione, conſiderauit diligenter quem Deum inuocaret; Venit itaque illi in mentem Diocletianum & Maximianum qui toto pectore vt dicitur in Deorum Gentilium cultum incubuerunt, nihil inde commodi cæpiſſe, proq́ue certo comperit ſuum ipſius Patrem Conſtantium qui ſe ab illorum Deorum veneratione auocauerat, vitam longè beatiorem traduxiſſe. Illi igitur tã in ancipiti deliberatione poſito, & forte vnà cum militibus iter neſcio quo facienti, viſio quædam, vt admirabilis ſpectatu, ita dictu planè incredibilis ſeſe obtulit, nam circiter meridiem, die aliquantulum iam in pomeridianum tempus inclinato, columnam lucis in cælo effigiem crucis radijs mire exprimentem vidit, in qua litteræ inerant iſta verba complectentes. *In hoc vince.* Quo viſo fluctuans Imperatoris mens diuino illo atque admirabili oraculo fuit admodum confirmata. Ita & nocte inſequente Chriſtum videt, qui ſic illum affatus. Crucis effigiem (inquit) ad huius ſigni exemplar fabricare ſtude, eoque tanquam inſigni quodam ad victoriam vtere. Quo fretus maiori cum alacritate ad res gerendas ſe confert, frequentes ad Conſtantinum veniebant Roma oratores, ne vrbem Imperatorum matrem deſpiceret, ne ſe à fera ſæuiſſima vaſtare

Quam efficacia promiſſa Dei.

pateretur. Igitur Conſtantinus ad Dei ſuorumq́ue ciuium, vindicandas iniurias diuino oſtento fretus, Labaro id eſt crucis inſigni præeunte, cum hoſte conflixit, & victoriam reportauit. Maxentius verò fulga lapſus vindicem iram Dei euadere ne ad tempus quidem potuit, ſed diris vltricibus inſequentibus, in Tiberim ponte Miluio quem ad decipulam Conſtantino parauerat diſſoluto, lapſus interijt. Dum verò ea quæ hactenus Pharaoni contingerunt ad oculum repræſentata ſunt, æquum quoque fuerit ad exemplum magni illius ſerui Dei Moyſis, qui Doctrinam Deo acceptam tulit, itidem vt ille fecit, nos quoque lætos, & alacres contra impium iſtum tyrannum alioſque Eccleſiæ Sanctæ ac Catholicæ hoſtes concinere, currus Pharaonis deiecit in mare, electos aſcenſores demerſit, deſcenderunt in profundum quaſi lapis, auxiliator & protector factus eſt nobis, Iſte Deus meus, & glorificabo eum, Deus patris mei, & exaltabo eum. Quis ſimilis tui in Dijs Domine, quis ſimilis tibi? glorificatus in ſanctis, admirandus in gloria, faciens mirabilia: De quibus Prudentius.

Teſtis Chriſticolæ ducis aduētantis ad Vrbem.
Miluius exceptū Tiberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans, quænam victricia viderit arma
Maieſtate Regis quod ſignum dextera vindex.

Pratu-

Prætulerit quali radicum ſtemmate pila.
Chriſtus purpureũ, gemmanti textus in auro
Signabat labarũ clipeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat sũmis crux addita criſtis.

Conſtantinus verò tam ampla beneficia à Deo adeptus, ea officia, quibus ei, qui tam benignus in ipſum extiterat, gratias ageret ſedulò obire cepit. Chriſtianos cum primis à perſequtionum tempeſtatibus liberos eos omnes qui à patria extorres fuerant, domum redire iuſſit, carcere clauſos dimittere. Et quorù bona publicata erant, fortunas poſtliminio reſtituere, dirutas Eccleſias denuò erigere, quæ quidem omnia propenſo prorſus ſtudio ac voluntate perfecit. In quibus & virtus diuina Dei omnipotenis maniſeſtis ſeſe argumentis oſtendit, adeò firma ei apportando ſubſidia, vt iſta acerba calamitas quæ obnoxios mortales tenuit, iam ex omni mundo, Conſtantino Imp. radijs ſolis illuſtrato prorſus exempta, & profligata videretur, quæ vniuerſi ſimul & ſinguli accurrata cogitatione perpendere debemus, quam efficax ille ſermo diuinus, qualis fuerit illa poteſtas, quæ ſemẽ perditiſſimorũ hominũ Imperatorum ſcilicet Diocletiani, Maximiani, Maxẽtij, Seueri, Maximiani, Licinij deleuerit labefactaritq́; Bonorũ verò lętitiã quaſi denuò reuocatã in omnes regiones affatim fude-

Quàm efficax ſermo diuinus

fuderit, & omnibus conceſſerit facultatem, tum officia diuinæ legi ac diſciplinæ conſentanea cum omni obſeruãtia præſtandi, tum illis qui ſe chriſtianæ fidei conſecrauerunt, poteſtatem virtutis munera ſedulò excolendi, qui quidem tanquam ex craſſa caligine emergentes de cætero cultum debitum, & honorem pium erga Deum, eiq́ue congruentem declararent.

Statim verò quæ lege fuere præſcripta re ipſa proceſſerunt, & omnia his contraria, quæ paulò antè à crudelibus tyrannis patrata fuiſsent, geſta ſunt. Imperatoriſq́ue beneficijs potiebantur hi, quibus ea tribui lege ſancitum fuit. Gentibus quoque per varias Prouincias diſperſis Præfectos qui ſalutari Chriſti fidei ſe addixiſsent, miſit, templa ædificari iuſſit, Deiq́ue Eccleſias, tum longitudine, tum latitudine ampliores effici, vt in poſterum omnes homines inſano illo & ſuperſtitioſo multorum Deorum colendorum ritu è medio ſublato, Deo Optimo Maximo reconciliarentur. Talia tum omnino inſtituere, tum his qui Prouincijs præfuerũt per litteras ſignificare, Imperatorem ſua ipſius erga Deum ſanctimonia incitauit, lege etiam ſanxit, vt pecunijs largiendis non parceretur, & à theſauro regio promerentur, ad parandas res illis extruendis neceſſarias. Quin etiam ad Prouinciarum Præſides paſſim

Contra inſanum idolorum cultum.

paſſim de eiuſmodi rebus litteras dare dignatus eſt. Præterea cùm ſacroſanctam diſciplinam, quæ ad Dei cultum pertinet, augere ſtuderet, omnibus Prouincialibus cuiuſque nationis, qui falsò idololatriæ errore ante ipſius ætatem implicati fuiſsent, litteras dedit, prudentiq́ue perſuaſione cohortatus eſt eos qui ipſius parebant imperio, vt Deum auctorem omnium agnoſcerent, & ipſum Chriſtum palam & perſpicuè ſuum Saluatorem eſſe profiterentur. Atque ipſas litteras Imperatoris manu ſcriptas apud Euſebium de vita Conſtantini lib. 2. inuenies. Et quidem illud modò ſatis ſit obiter attigiſſe, neminem veri amantem, & antiquarum litterarum ſtudioſum negaturum, Primum omnium Chriſtianorum Imperatorem eumdemq́ue maximè pium, ac pariter munificentiſſimum, ore quoque Gentilium prædicatum, Chriſtianam Religionē quam auita ſuperſtitione relicta, primus ferè Auguſtorum omnium (quod pro rei nouitate viſum eſt eſſe portentum) præter ſententiam Senatus & populus amplexatus eſt, cunctis quibus valuit officijs coluiſſe atque muneribus frequentaſſe. Ad quæ præſtanda cùm pietas eum impelleret, & æmulatio ex antiqua gloria aduerſariæ Religionis vrgeret, atque ſtimulus ea de cauſa (vt ait Zozimus) hoc tempore offenſi ſibi at-

que palam obtrectantis Senatus exagitaret, vt non tantum paria Gentilium Sacerdotum conceſſerit Chriſtianę Religionis Antiſtibus priuilegia, ſed maioribus auxerit eos, atque Chriſti templa donarijs; ſed ipſam potiſſimum Romanam Eccleſiam, in qua ſciebat totius Chriſtianæ Religionis vigere principatum, atque cardinem verti, eam in medio æmulantium, laceſſentium, atque oblatrantium hoſtium collocatam, in ipſorum odium & inuidiam, ampliſſimis donaſſe muneribus, ſummaque potentia communijſſe, atque iuribus ſtabilijſſe. Quorum aliquibus licet modeſtia Romanorum Pontificum non ſit vſa, non tamen ea ratione negari poſſit eſſe collata, ſicut nec quis iure inficiari poterit, tributa olim ab Auguſto eſſe (quod Dio teſtatur) Africam, Numidiam, Aſiam, Epyrum, Græciam, Dalmatiam, Macedoniam, Pontum, Bithineam, Cyrenem, Syciliam, Sardiniam, & Hiſpaniam Beticam, licet ijſdem Imperatores poſteriores pro arbitrio vſi ſunt.

Magnum eſt de collatis illis Romanæ Eccleſiæ à Conſtantino muneribus, quod Frãcorum Chriſtianiſſimi Reges, ſuis ipſorum diplomatibus ea à Longobardis ablata Romanæ Eccleſiæ reſtituere profeſſi ſunt: Si enim Romana Eccleſia ante collata illa à Françorum Regibus priuilegia, iam potie-

batur

batur rerum dominio, vnde illud ſibi niſi iure debitum potuit vindicaſſe, cùm ſit certũ nulla id factum armorum vi, atque violenta graſſatione, ſilentibus præſertim nec minimum reclamantibus, qui illis temporibus regnabant in Oriente Imperatoribus, alioqui in Romanam Eccleſiam parum æquis, quam & auſi fuerunt, (quod queritur Sanctus Greg. in Pſal. 4) redigere ſub tributum. His addit Auguſtinus Cornelius, Hiſpaniæ Regnum Eccleſiæ Rom. tributariũ factum anno Domini 430. Angliæ verò regnum tributi quoque nomine Eccleſiæ Romanæ additum anno Domini 740. & pleraque alia regna idem auctor ex Baronij annalibus enumerat.

Enimuerò quod tradit Eutropius lib. 10. Conſtantinum inter Diuos eſſe relatum, vel potius eiuſmodi recenſita officia à Chriſtianis ei poſt mortem exhibita, vel à Gentilibus Senatoribus more patrio actitatum: Illud notum eſt omnibus à Græcis ſolemni celebritate Conſtantinũ coli vt Sanctum, animã eius ſubuectam inter Beatos in cœlum. Inter Sanctos enim reperitur relatus in Eccleſiaſticis eorũ dem Grçcorũ tabulis, qui diem anniuerſarium natalis eius religioſo cultu hactenus proſequuntur.

Eiuſdem quoque Conſtantini temporibus diuinę cognitionis lux apud Indos affulgere

Frumentius postea Iudorum Episcopus.

gere cæpit. Quæ verò cauſa eos ad Christi fidem amplectendam impulerit, paucis explicabo. Tyrius quidam philoſophus deſiderio Indiæ viſendæ incenſus, duobus adoleſcentibus comitatus Frumentio & Ædeſio Filijs fratris ſui, qui ſimul atque animi ſui deſiderium expleuerat reditum maturans, adaquationis cauſa forte ad littus nauis appulſa eſt. Barbari autem in eos facta incurſione, nonnullos in quorum numero erat hic Tyrius Meropius dictus, aut interemêre, aut aliquos demerſêre, Adoleſcentibus ad Indorum Regem deductis. Quod verò plurimis annis egregiam ei fidem præſtitiſſent, moriturus Rex domum redeundi copiam fecit: Atqui Ædeſius quidem Tyrum, Frumentius autem ſtudium erga pietatem pluris faciens, quàm aſpectum parentum, Alexandriam contendit, docet illius Eccleſiæ Epiſcopum Indos maxima duci cupiditate luminis diuinæ cognitionis percipiendi, tenuit quidem id temporis Eccleſiæ iſtius gubernacula Sanctus Athanaſius. Qui cum res audiuiſſet, quis inquit melius quàm tu vel ignorantiæ caliginem ab oculis animorum huius gentis depellere, vel ſplendorem prędicationis diuinæ illis porrigere poterit? Quæ cum dixiſſet, ei ſacroſanctum Epiſcopatus impertit munus, mittitque ad animos illius gentis pietatis doctrina excolendos,

dos. Ille igitur tum patria relicta, tum longiſſimi pelagi traiectu neglecto, ad gentem contendit, culturæ diuinæ penitus expertem, quam quidem diuina gratia iuuante, ſumma cum animi alacritate excoluit, nam miraculis quæ more Apoſtolorum edebat, eos qui verbis, & doctrinæ ſuæ conabantur contradicere, in ſuam pertraxit ſententiam, & prodigijs quæ faciebat, ſua dicta confirmans, quàm plurimos in dies ſingulos fidei adiunxit.

Et Armeni ijſdem penè temporibus chriſtianam fidem ſuſceperunt operâ D. Gregorij Taumaturgi, vt nonnulli, quamquam alij Greg. Agrigentinum putent, certior tamen ſententia plurium auctoritate ſcriptorum vnum eundemque eſſe conſtat Epiſcopum Neocæſarienſem in Ponto; Cùm enim Greg. ille Origenis diſcipulus multa à Teridate propter Chriſtum paſſus, & poſt multas variaſque malorum ſpecies ad quatuordecim annos foueæ cænoſæ & caliginoſæ incluſus eſſet, Teridates ipſe eius gentis Princeps cum domo ſua tota, & cum Optimatibus ſuis, diuinæ iræ vindictam eſt expertus. Ad vitam enim & formam porcorũ vt oculis videbatur tranſlati, ſeipſos dentibus laniabant, ſed à Gregorio curari, accuratiùſque Chriſtum edocti, & cum vniuerſa gente fidem complexi eam, ad noſtra vſque tempo-

ra tenuere, ſciſma tamen Græcorum ſecu-
ti.

Haud longe poſt per finitimos populos ad plurimas gentes dogma noſtrum peruenit, à quibus & ad Perſas perueniſſe doctrinam exiſtimandum eſt, nonnulli enim ex Perſis cum Armenijs familiarius agentes & cum ſanctis quibuſdam viris verba conferentes paulatim virtutem illorum experti, in vitæ eorum æmulationem tacite ferri, & Chriſtianiſmum amplecti cæpere. Vbi autem cum tempore numerus eorum eſt auctus, Eccleſiæ conſtructæ, ſacerdotium conſtitutum, aliaque quæ noſtrorum ſunt ſacrorum peracta, non mediocrem ea res magis attulit plagam. Ij enim antiquitus familia quædam ad quam ſacerdotium pertinebat, rem diuinam apud eos procurabant, Quin & Iudæis qui ibi ſunt ægrè fuit, iam dudum odio atque inuidia aduerſus religionem noſtram nobis infenſis, Ij Saporem qui tum Regnum occupabat adeunt, & Symeonem Seleuciæ Creſiphontis, primariarum in ea regione Perſidis ſcilicet vrbium Epiſcopum per calumniam deferunt, veluti Romanorum Imperatori amicum, rebuſque Perſarum infeſtum. Quæ res occaſio opportuna & Magorum perſequutionis, & Symeonis Epiſcopi, atque ſororis eius Vſtazanis & centum aliorum Eccleſiaſticorum viro-

Perſæ ex Chriſtianorum conſuetu. facti Chriſtiani, inuidia poſtea Magorum & Iudæorum perſecutio. nem paſsi.

virorum pridie Reſurrectionis diei cædis fuit, inter quos & Ananinæ trementi eiuſdē Eccleſiæ Presbytero, Puſices regiorum artificum Præfectus: *Conniue* (inquit) *paulu-lum ſenex, & oculos claude, & fidenti animo enſem excipe, ſtatim enim videbis magnum lumen Dei.* Qui & ipſe cum filia virginitatem profeſſa, nouo quodam modo ad mortem eſt condemnatus, ceruice namque percuſsâ, lingua inde eius eſt extracta.

Quemadmodum & Iberi ex Hiſpania coloni, gens barbara & bellicoſa, Chriſti fidem complexi ſunt Conſtantino Rom. imperium gubernante: Habitant autem in inferiori Armeniæ parte, ad Septemtrionem & Euxinum verſus, præiuit eis in religione colenda captiua quædam mulier, cùm inter Barbaros verſaretur, nam multa in caſtitatis diſciplinā exercenda, quæ & filio Regis tenera admodum ætate in morbum grauem delapſo, & Regi venationi occupato ac Deū captiuæ inuocanti, tenebris & caligine circumuento ſoſpitatis remedium attulit. Horum conuerſionem ex Nicephori li. 8. cap. 34. Rufino qui & hæc ſeſe à Bacurio didiciſſe ſcribit, qui Iberij Regulus fuit, & Theodoſio Imp. in bello contra Maximum tyrannum ſuſcepto, maximo ſubſidio fuit, Templi Hieroſolimitani à Iuliano fundamenta cæpta diſſipantur,

Captiua mulier Iberos ad Chriſtū conuertit

Sed

Sed & Iudæi timore percuſſi, etiam Chriſtum Deum inuiti confeſſi ſunt, non tamen eius veritati ac voluntati morem geſſerunt, ſed opinione Iudaiſſimi mentibus concepta omnino tenebantur conſtricti. Hæc Locta. hiſt. Eccleſiæ cap. 17. lib. 5 Qui & ſubdit de notatis eorum veſtimentis ſigno ſanctæ crucis. At non tantùm terræ motu & igne exturbatum opus fuiſſe diuinitus, ſed & ventorum turbinibus, materiam omnem præparatam eſſe diſſipatam; Theodoretus præterea addit cap. 77. lib. 3. Verùm poſtquam infinitos calcis modios (impenſæ enim dabantur Imperatoris apoſtatæ mandato ex ærario publico.) In vnum congeſſerant, ex improuiſo ventos vehementer cæpiſſe ſpirare, turbines ingruere, tempeſtates ac procellas oriri, quæ totam illam materiam penitus diſſipauerunt.

Viſis ſignis Iudæi confitentur eſſe Deum.

Audito quoque miraculo de aſſeruatione ſanctæ Euchariſtiæ, multi Seuerianorum ſectæ ad ſanctam catholicam Eccleſiam conuerſi ſunt. Cùm enim Seuerianorum ſectæ cuiuſdam ſeruus foras profectus, tradidiſſet clauem in qua Euchariſtia aſſeruabatur, aperto oſtio Seuerianus vidit omnes paticulas culmos & ſpinas germinaſſe. Vnde ingēti timore comprehenſus in nouo admirandoque ſpectaculo, ſumens particulas, & cū omni domo ſua clamans Kyrie eleyſon, conuenit

Ad miraculum aſſeruatæ Euchariſtiæ Seueriani multi conuerſi.

uenit ad ſanctam Eccleſiam, vbi præerat Venerabilis Dioniſius Epiſcopus, hoc autem ſummum & terribile miraculum omnem mentem, hominemq́ue excedens, omnis Eccleſia, ciues atque indigenæ, omnes quidem pariter gratias Deo agebant, plurimiq́ue pro eiuſmodi mirabilibus quæ Deus operabatur, credentes additi ſunt ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ.

Coſmiana autem Germani Patricij vxor volens nocte quadam diei dominicæ adorare viuificum Domini noſtri IeſuChriſti monumentum, & cùm appropinquaret ianuæ ſacrarij, apparuit illi viſibiliter Dña noſtra Sancta Dei Genitrix, quomodò inquit cùm noſtra non ſis (erat enim ſectæ ſeuerianæ, quæ Acephala dicebatur) huc audes ingredi, & prohibebat eam. Illa interim intentiùs orabat, vt mereretur ingredi. Ad quam Dei Genitrix: Crede mihi mulier, huc non ingredieris niſi nobiſcum communicaueris, accerſito itaque Epiſcopo, Eccleſiæ ſanctæ catholicæ reconciliata, ſumptoq́ue ſacro corpore & Sanguine pretioſo Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque ita permiſſa eſt nullo prohibente, adorare ſanctum, & venerabile ſepulchrum Domini noſtri Ieſu Chriſti. Intellige quàm efficax ſit Eccleſiæ doctrina, & quæ ſit ſermonis diuini vis, vt Seueriana mulier à Virgine ac Dei matre admonita, ab Epiſco-

Coſmiana ab hæreticis ſeducta, per Chriſti Matrem ad fidem reducta.

Epiſcopo edocta, Eccleſiæ Catholicæ redderetur.

Prophetæ Baal quia doctrina ſua populum Iſrael auertebant à Deo, propterea ab Elia interfecti.

Ita & Moyſi ſigna & miracula diuinitus operanti cùm reſtitiſſent diu atque obſtinatiſſimè Pharaonis malefici incantatores Iannes& Mambres, victi dixerunt, *Digitus Dei eſt hic.* Et quia Pharao moueri tot oſtentis minimè potuit, cum exercitu ſuo in aquis perijt, fideles pro muro, aquis diuiſis, à dextris & à ſiniſtris, ſiccum iter ſequuti ſunt. Et Elias vt eos qui Idolo Baal ſeruiebant, ad vnius Dei veri cultum reuocaret, partibus, Elia, & falſis Prophetis coëuntibus, duos boues in fruſtra concidere, ſupra geminam lignorum ſtruem ſeparatim componentes, vt conſummato diuinitus ab igne ſacrificio in illum crederent, qui ſacrificium conſummaret, fruſtra ergo Baal Prophetis, à mane vſque ad meridiem laborantibus, lanceolis ſe concidentibus, ac inuocantibus, Baal, exaudi nos, & non erat vox, nec qui reſponderet, clamate voce maiori dicebat Elias, Deus eſt, & forſitan loquitur, aut fortaſſe in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. Cùm tranſiſſet autem meridies & illis prophetantibus venerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, vocato ad ſe Elias populo curauit altare Domini quod deſtructum fuerat, & compoſuit ligna, diuiſitque per membra

bra bouem, & poſuit ſuper ligna, & fudit ſemel & ſecundo aquam ſuper holocauſtum, & ſic orauit. Exaudi Domine exaudi me, vt cognoſcant quia tu es Dominus Deus. Cecidit autem ignis, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, (qui erant poſiti ad numerum duodecim tribuum filiorum Iacob) puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquæ ductu lambens: Credidit ergo populus in Deum, & dixit, Dominus ipſe eſt Deus. Dixitque Elias ad Populum: Apprehendite Prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendiſſent, duxit eos Helias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos qui idolorum cultum illis perſuaſerant. Et propter Idololatriæ ſcelus immane areſcente terra, (non enim pluerat Dominus annos tres, & menſes ſex.) Nulla in agris erat fæcunditas, ſterilitas autem vaſtabat omnia: Orante Elia, & cœlum dedit pluuiam, terra autem fructus ſuos, fide redintegrante, quod Idololatriæ perfidia obſtruxerat.

Hæretici Baalitis ſimiles ſeducentes populum.

D. Amb. ſerm. 9. agens de Arrianorum perfidia, volentium obſcurare infidelitatis ſuæ caligine Martyrum gloriam tot miraculis nobilitatam atque illuſtrem, ſic de Arrianis ſcribit. Dicunt nō ſunt iſti Martyres, nec torquere diabolū poſſunt, nec à dæmone libera-

libertate. Cum tormenta Dæmonum voce probentur, & beneficia martyrum, remedijs cæcorum, & ſolutorum iudicijs declarentur. Negant cæcum illuminatum, ſed ille non negat ſe ſanatum. Ille dicit: Video qui non videbam. ille dicit; Cæcus eſſe deſiui, & probat facto. Iſti beneficium negant, qui factum negare non poſſunt, notus homo eſt, publicis cum valeret mancipatus obſequijs, Seuerus nomine, lanius miniſterio: Depoſuerat officium, poſtquam ſuperuenerat impedimentum; Vocat ad teſtimonium homines, quorum ante ſuſtentabatur obſequijs, eos ſuæ viſionis accerſit, quos habebat teſtes & arbitros ſuę cæcitatis, clamat quia vt contigit fimbriam de veſte martyrum, qua ſacræ reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi lumen. Inferiùs autem quomodò ipſi ſpiritus nequam redarguerent coacti licet Arrianorum impietatem, ſubſequitur auctor.

Confitentur dæmones quod negant hæretici.

Audiuimus hodie dicentes eos quibus manus imponebantur, neminem poſſe eſſe ſaluum, qui Patrem & Filium & Spiritum Sanctum negaret, qui Trinitatis omnipotentem virtutem non crederet. Confitetur diabolus quod Arriani nolunt confiteri. Dicit enim diabolus: His torqueatur, quemadmodum ipſe à martyribus torquetur, qui Spiritus Sancti diuinitatem negarit. Non accipio à diabolo teſtimonium, ſed confeſſionem,

ſionem inuitus dicit diabolus, ſed exactus & tortus, quod nequitia ſupprimit, extorquet iuſtitia. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere neſciunt hæretici? Quanta perpeſſi ſunt, & quemadmodum Pharao indurantur plagis, & malis ſuis. Dicebat diabolus: Scio te, quis ſis: Tu es Filius Dei viui. Dicebant Iudæi, neſcimus quis ſit, & vnde ſit: Dicebant hodie dęmones: Scimus quia martyres eſtis, & hæretici noſtri dicunt: neſcimus, nolumus intelligere, nolumus credere.

Sed & in Nicęna Synodo, vt ſcribit Niceph. l. hiſt. 8. c. 15. Philoſophi Græcæ ſuperſtitionis profeſſionem noſtram impugnare ſatagebant; quorum vnus arte dicendi ſeſe ambitiosè venditans, Sacerdotibus noſtris inſultabat, & nugas ac deliramenta dicta eorum eſſe, cum reprehenſione obijciebat. Eius tam arrogantem ſuperbiam ſimplex quidam ſenex non ferens, (creditur autem celebris & magnus Spiridion fuiſſe) cũ illo eſt diſputatione congreſſus. Et temerarijs quidem ea res riſui fuit, qui vero æquiores, humanioreſque erant, verebantur ne ab homine arte multa inſtructo vir Græcarum diſciplinarum prorſus expers, ludus fieret, & tanta dignitate ſpectatum inhibere reformidabant. Itaque cùm ei permiſſum eſſet.

Chriſtiana doctrina dialectica arte non expugnatur.

Philoſophus à S. Spiridone conuictus credit.

V In no-

In nomine Ieſu Chriſti Philoſophe, audi: Vnus eſt Deus cæli & terræ, viſibilium & inuiſibilium omnium Conditor, qui vniuerſa hæc virtute produxit, & ſuſtinet, & ſanctitate ſpiritus eius ſtabilit & confirmat. Id verbum quod à nobis filius Dei nominatur, errorem & ſeductionem humani generis miſeratum, natum eſt ex muliere, & humanum ſubſtantialiter recepit corpus, mortuus eſt etiã pro nobis, & ſurrexit, & veniet primo quoque tempore, factorum cuiuſque quęſitor & Iudex. Hæc ſic ſe habere, citra curioſam inquiſitioně credimus, nec tu quomodo hæc ſint quęrere, neq; rationem eorum arguere, aut explorare audeas, ſuperant enim hæc rationě, & cognitionem omnem longè præcellunt, & paululum conticeſcens, crediſne ait hæc, reſponde. Ad hæc primùm hianti ore conſternatus Philoſophus, deinde credere ſe dixit, victũq; ue ſe eſſe ſtatim profeſſus, eadem quę diuinus ille ſenex ſentiret, ſe quoque ſentire dixit, atque vt & alij eundem reciperent animum auctor fuit, iureiurando confirmans omnibus, non ſine diuino numine, religionem complexum, ſed arcana quadam vi, ſe ad ſacra Chriſtianorum traductum eſſe.

Idem poſtea Alexandro Conſtantinopolitano Epiſcopo accidiſſe, idě auctor eodem

cap.

cap. ſcribit. Vixdum poſt Synodum Conſtantinus Byſantium venerat, cum quidam Philoſophi eum reprehenderunt, quod ſe illegitimo cultui religionis dedidiſſet, ac res diuinas nouaſſet, ſacra alia quàm maiores eius coluiſſent, & tot ſæculorum tempora tuliſſent ſectatus. Et vt periculum eius de noua religione facere, atque cum Epiſcopo ſermones inire liceret, rogarunt, atque ille tametſi inexercitatus, & artium diſſerendi imperitus, vitæ tantummodo integritate fretus, erat enim vt vix quiſquam alius, honeſtus & bonus, tamen Imperatore iubente, colloquij congreſſum non detrectauit, & cum multi Philoſophorum conueniſſent, vt ex omnibus alijs præſtantiſſimus vnus ad diſputandum deligeretur, alijque taciti, & quieti ſedentes auſcultarent, petijt. Ita vni ad certamen progreſſo. In nomine Ieſu Chriſti Alexander dixit: Tibi vt ne loquare impero. Atque ille vnà cum verbo lingua eius impedita, obmutuit, eo quod ſibi acciderat facto reliquos per nutum admonens, atque exterrens. Et cum ſignis, manuum geſtu credere ſe ſignificaſſet, cum lingua ſoluta ſimul vocem recuperat. Sic ille ſcilicet experientia ipſa, vim & documentum myſterij diuini accepit.

Alexander Alexandrinus Epiſcopus Philoſophum Chriſti nomine inuocato expugnat.

Angelus ad aures Ambroſij loquitur.

Paulinus porro Presbyter de Manichęo quopiam loquens ſic ſcribit: Erat, inquit, Manichęorum de numero vir quidam acerrimus nimis diſputator, & ad fidem Catholicam amplectendam nimis durus; Is in Eccleſia conſtitutus Angelum ad aures Epiſcopi tractantem vidit, vt verba Angeli populo Epiſcopus nunciare videretur, quo viſo conuerſus fidem quam expugnabat, cæpit ipſe defendere.

S. Thomas diuinitus edocetur.

Occurrit quoque D. Thomæ locus perdificilis in Eſaia, multiſque obſcuritatibus inuolutus, vacabat ieiunijs & precibus, vt eius ſenſum penetraret, audiuit Reginaldus cum illo quoſdam ſermones agitanres. Atque illis abeuntibus vocato Reginaldo amanuenſi ſuo (ſic enim ſuſpicari lubet) commentaria in Eſaiam tam exactè atque expeditè, ac ſi ſcripta legiſſet, ſcribenti dictauit. Porro per Chriſti nomen Reginaldus obteſtatus Diuum Thomam, vt qui eſſent quibuſcum ſermones contuliſſet, ſibi indicaret, reſpondit, Apoſtolos Petrum & Paulum luculenter, cùm ingenij ſui vires ea omnino ſuperarent, explicaſſe.

Venit & ipſe Thomas Mollariam, & ad Cardinalis Richardi ædes diuertit, contigit porro primarios Iudęorum quoſdam Iudaica doctrina apprimè eruditos eo pariter diuer-

diuerti, quibuſcum Thomas ſermonem de rebus diuinis ſumma cum voluntate ac voluptate Cardinalis inſtituit, atque ſummis in eo ingenij viribus laborauit, vt perfidiam eorum expugnaret, cumq́ue multis vltro citroq́ue allatis rationibus certatum eſſet, Thomas tantis tamq́ue mirabilibus dicendi luminibus Chriſti illis præſentiam, atque aduentum demonſtrauit, vt Iudęi erroris & perfidiæ conuicti obmuteſcerent, eaq́ue conditione diſcederent; cùm interim S. Thomas, & votis, & precibus Deum interpellaret, donec poſtridie poſita Iudaiſmi perfidiæ obſtinatione, Chriſto nomen darent. Duo Primarii Iudæorum ab illo conuerſi ad fidem.

Meritò itaque Eccleſia in Conſilio Conſtantiēſi prædicatur tum propter doctrinæ ſanctitatem, nulla fallacia in ea, ſiue morum, ſiue doctrinæ inuenitur, tota pulchra, tota formoſa, abundans omni virtutum varietate & decore, cuius doctrina efficax, quia præceptum lucidum, & lex ſapientiæ præſtans paruulis.

Quotidianis hæc doctrina atque eius efficacia exemplis demonſtratur. S. Baſilio ſacros codices legente, vidit Effrem linguam igneam loquentem per os eius, & vt græcè S. Effrem loqui poſſet, Sanctus Baſilius à Deo impetrauit. Qui Valentem Imperatorem cùm increparet, quod Eccleſiam quæ Ca- S. Baſilius lingua ignea viſus eſt loqui, baſilii precibus Effrem græcè loquitur.

tholicorum iuris erat, Arrianis tradidiſſet, ſublatis iurgijs, eò res reducta eſt, vt fidei periculum facerent. Clauſerunt (ita partibus conſtitutis) Eccleſiæ fores, decernentes, vt ad quorum precationes, per ſe patefierent, illis eius poſſeſſio cederet. Arriani tres dies perpetuis ſupplicationibus fruſtrà exegerunt, Baſilius verò cum ortodoxis ſuis precatus, Eccleſiæ ianuas vt leui tactu attigit, veluti ſi aurium ſenſu, quas minimè habebant, percepiſſent, ſic officiosè Baſilio & orthodoxis patuerunt, Eccleſia illis adiudicata, plerique Arrianorum relicta perfidia fidelibus aggregati ſunt, quod ſolis illis apertum eſſe cæli auditum dicerent, ad quorum inuocationem, ſic Eccleſiæ ianuas aperiri viderunt.

Pictor Chriſti imaginem hebitu Iouis depingens punitur

Nicephorus lib. 15. cap. 13. auctor eſt Gennadio Epiſcopatum Conſtantinopolitanum gerente, Pictorem, Seruatorem habitu & forma Iouis pingere auſum. Facinoris quoque hanc tuliſſe mercedem, nam manus eius exaruit, quam cum crimen ille publicè confiteretur, Gennadius reſtituit.

Paruo verò interlabente tempore euenit (ſcribit idem auctor eodem lib. 15. cap. 25.) vt duo Epiſcopi, quorum alter Arrij rabie infectus, dicendi ac diſputandi arte inſtructiſſimus: Alter verò virtute, religione, & recta fide ornatiſſimus erat, de doctrina religionis

Digitized by Google

ligionis contenderent, Porro Orthodoxo & recte ſentienti viſum eſt verborum contentione relicta ad rem ipſam deſcendere, ac plane veritatem explorare, videlicet vt rogo ingenti accenſo, ſeſe in ignem conijcerent. Quod vbi Arrianus detrectauit, Orthodoxus igni ſe commiſit, atque inde cum impio ſermonem conferens, diſputauit, ſaluuſque etiam veſtibus intactis permanſit.

Orthodoxus Epiſcopus cum hæretico in igne diſputat.

Copres præsbiter Eremi Thebaidis cultor, cum quendam vidiſſet contagione ſuæ peſtis hæreſeos (erat verò Manicheus) inficere, alios ſatagentem aduocata populi concione, pyram accendi iuſſit, conditione propoſita, vt quis eorum pyram ingreſſus, aduri minime poſſet, eius fidem omnes complecterentur, Manichæus haud ſibi bene conſcius, animal timidum, Copretem prius ignem experiri iuſſit. Coprete interim ingreſſo, nec ignis veſtigia ſentiente, Manichæum ſpectaculo qui aderant, in ignem conieceerunt, Copretiſque opem implorantem, & ignis eum adurentis veſtigia expertum, vſtulatum, Copres tamen ſeruauit, Sed tamen cuius virtutem, & tentando cognouit, & inuocando confeſſus eſt, & ab igne ſeruatus ſenſit, fidē ſequi noluit, tanta iam mentem eius præoccupauerat inſania, tātus furor

Præſbiter in igne diſputat.

hominem poſſederat. Atque ita in perfidia perſeuerans, theſauri ſauit ſibi iram in die iræ iuſti iudicij Dei, ſicut dicitur Hæb. 9. & poſt mortem iudicium.

Habuit & alios pleroſque ſanctiſſimos Monachos Syriæ ſolitudo, in quibus Catholici confirmabantur, & hæretici confundebantur.

'Alij volunt ignea lingua loquentem.

Quidni ſummis celebret præconijs Sanctus ille Effrem ſolitudinis incola, lumen illud Monachorum orbis magiſtrum S. Baſilium, quem ſciret diuini Spiritus aperta ſignificatione laudatũ ſiquidem (vt auctor eſt Gregorius Niſſenus, & eius vitæ acta teſtantur) cum illum conuenit, vidit ſuper Baſilij dexteram inſidentem columbam eidem concionanti ſermonem ſuggerentem.

Columbam dicunt Hieroglificum eſſe Spiritus Sancti, quod ex ſancto Euangelio notum eſt.

Valens Imper. cùm incumberet, ad ſubſcribendam Baſilij exilij legem calamo ſcribendo & tertio non reddente atramentum, & dextera tremore occupata, ita emollitus eſt, vt tempeſtas exortæ perſequutionis, inde ex parte deſierit, bello à Gottis ſuperatus fuſiſque copijs in ædem obuiam ſubiens, atque latere cupiens, domo circumſepta, magna lignorum ſtrue comportata ignem ſubijciunt, flamma autem ſecundo vento fortè

agitata,

Digitized by Google

agitata, totam materiam peruaſit, pariterque res in domo repoſitæ flamma conceperunt, quæ & Imperatorem Valentem & eius calamitatis ſocios incendio abſumpſerunt. Rectè quidem incendio interijt, qui Modeſto præſidi ſuo, Legatos ad ſe miſſos, Eccleſiaſtici ordinis numero octoginta, nauigio impoſitos comburendos curauit, legationis cauſa hæc erat, ne Valentis tanta violentia opprimerentur, quam tantam feritatem, diuina poſt vindicta proſequuta eſt, nam ingens fames conſequuta, vniuerſam Frigiam depaſta eſt, & qui orthodoxos illos naui impoſitos flammis cruciandos deſignauit, idem ipſe ignis incendio corporaliter interiret, æterno ignis ſupplicio cum corpore & anima cruciandus. Vnus ex comitibus Imperatoris per feneſtram elapſus nunciauit ardere Imperatorem; Addit Nicep. Iſaicium Conſtantinopoli agentem ea ipſa hora, qua malè perijt Valens, diuino afflatu Spiritus dixiſſe. *Nunc valens igne torretur, & nares profluentem ab eo ingratum odorem ſentiunt.* De quo Hiero. epiſt. 3. Imperator Valens, cum ſagitta ſaucius fugeret, & ob dolorem nimium, ſępe equo laberetur, ad cuiuſdam villulæ caſam deportatus eſt, quo perſequentibus barbaris, & incenſa domo, ſepultura quoque caruit. De quo & Zonaras annal. 3. Poſt barbarorum diſceſſum (inquit) cum Impe-

Valens Imperat. incendio abſumptus. cum enim ſagitta per cuſſus fugeret & ob dolorem ſæpius ex equo labe- retur, in villam deportatus interijt ſepultura priuatus.

V 5 ratoris

ratoris corpus quæritur, inuentum eſt in ijs ædibus vbi combuſtus fuerat, vetus ſepulchrum cum hac inſcriptione: *Hic Macedo Mimas Imperator eſt ſitus*. Quod quidem ad oraculum illud Valenti antea demonſtratũ eo diſticho:

Miſer ab mimanta magnum iter capeſcito,
Situs hic te ſæuæ mortis opprimet dolor.

Hæc enim in ſomnis ipſi dicta teſtatur au-ctor, ab eruditis interpretata de Mimante monte Aſiæ ad mare ſito. Præceſſerunt & alia ſigna prænuncia mortis Valentis, vt inſcriptio illa reperta Chalcedone, necnon vulgi clamores Anthiochiæ editi: *Viuus ardeat Valens*. Et alia quę Ammianus memorat.

Miſerat hic Valens Traianum Ducem contra Barbaros; at poſtquam victus Traianus ab hoſtibus reuertitur, Valens illum cõuicijs lacerare, & mollitiem ignauiamq́ue illi obijcere cæpit. At ille liberè vti generoſum virum decebat: Non ego, inquit, ô Imperator, victus ſum, ſed tu ipſe prodidiſti victoriam, qui contra Deum aciem inſtruere non deſinis. Et ita auxilium barbaris concilias, nam abs te oppugnatus, ſe illis adiungit. Atque Deum ſemper ſequitur victoria, & ad eos accedit, quibus ſe ducem præbet, non noſti quos viros Eccleſijs expuleris, & quibus eas tradideris? Et Arintheus & Victor qui duces quoque erant, ingenuè con-

feſſi

feſſi ſunt, Imperatoremque hortati, ne reprehenſiones cum veritate coniunctas, iniquo animo ferret. Hæc Theodoretus lib. 4. cap. 29.

Aphratem cito gradu incedentem ætate iam confectum, cum Valens quò iret interrogauit, & ille inquit pro Regno tuo oraturus. At intra cellam tuam, ait, tibi manendum, vt lex monaſtica poſtulat. Pręclarè admodum dicis, ô Imperator, & ita hactenus feci; dum oues pace fruebantur, at modo per te diſperguntur, & vexantur, ſatagendum eſt, ne pereant, ſeruentur incolumes. Quæ cùm loquutus fuiſſet Aphrates, Imperator illi interminatus conticuit. Ex Imper. autem cubicularijs vnus, grauiores contra diuinum hominem iactauit minas, qui paulo poſt de monte exiens, in calidiſſimum balneum immergens extinguitur, his & alijs fides teſtata eluceſcit. Deus vlciscitur iniurias ſeruorum ſuorum.

Quantopere his qui ſanæ doctrinæ erant abhorrerent ab hæreticis, planè conſtat ex eo ponb Antiochenis dato Epiſcopo Eunomio, nullus omnino eorum in conuentum Eccleſiaſticum venit, nullus in colloquio, nullus aſpectu dignatus eſt, nec in balneo quidem lauari eadem aqua qua ille lotus fuiſſet ſuſtinuerint, quaſi contagione hæreſis polluta.

Nec minis à Lucio abhorruere ijdem Anthioce-

thioceni cuius aſini pedem, pila ludentium puerorum in platea eo fortè tranſeunt, cum contigiſſet eam quaſi infectam ignem purgandum ſibi putauerint. Theodoret, lib. 40. cap. 20.

Erat & ipſe Iulianus Sabas, quem Arriani, ſuæ ipſorum factionis ſiue ſectæ fauere falſo diuulgarant (& tria illa luminaria fidei veritatis & ipſi miraculorum gloria inſignes Flauianus, Diodocris & Aphrantes) hic perſuaſus vt Anthiochiam veniret, in itinere, atque etiam & Anthiochiæ multa fecit miracula, in reditu verò Ciprum tranſiens rogatus à fidelibus, vt ſibi auxilium ferret contra Aſterium, qui Epiſcopatum inuaſerat, & captioſis argumentis veritatem fidei illorum impugnabat, ſic illis ſenex. Eſtote bono animo, inquit, & Deum nobiſcum ſupplicate corporis afflictionem precibus adiungentes, quibus Deum rogantibus pridie, quàm die feſto ille verba facturus erat, diuinitus plaga percuſſus, è viuis ſublatus eſt.

Sed & alios pleroſque Sanctiſſimos Monachos Phiryæ ſolitudines habuerunt, quibus & Catholici confirmabantur, & hæretici confundebantur, de quibus Theodoretus lib. 4. cap. 24.

Hoc loco quemadmodum Gothi erroris Arriani perniciè infecti ſunt arbitror opere pretium

Digitized by Google

pretium explanare. Vbi Iſtro amne tranſmiſſo, cum Valente, pacis fœdera iunxerant, eodem momento Eudopius qui & Valentem annitente Dominica Auguſta ad Arrianam hæreſim primitus pellexerat, perſuadet Imperatori, vt Gothos qui olim cum diuinæ cognitionis luce primum illuminati eſſent, doctrina Apoſtolica fuerant inſtituti, ad ſuam traduceret communionem: Nam opinionis communione & conſenſu pacem firmiorem fore duxit. Qua probata ſententia Valens, eorum ducibus hanc de doctrinæ conſenſione conditionem proponit. Qui reſponderunt ſe nullo modo, velle auitam doctrinam deſerere, eodem tempore Vlphilas eorum fuit Epiſcopus, cui facilè obſequebantur, eiuſque verba pro ratis legibus habebant: Quem cum Eradoxius & verborum lenocinijs deleuiſſet, & pecuniæ ineſcaſſet illecebris perfecit, vt barbaros illos ad communionem Imperatoris amplectendam induceret. Adiecit præterea, quo faciliùs ei perſuaderet, contentionem illam ex ambitione ſolùm orta, nullam omnino doctrinæ eſſe differentiam. Itaque ad hodiernum diem Gothi Patrem maiorem eſſe filio dicunt illi quidem, ſed filium creaturam appellari, licet cũ his qui illud dicant communicent, nequaquam ferre poſſunt. Quin etiam ab auita doctrina, non penitus deſtiterunt,

etenim

Gothi ab ab ipſo Conſtantini tempore Chriſtiani, quorũ Epiſcopus Theophilus, qui Conſilio Nicæno interfuit, vt patet ex eius ſubſcriptione.

etenim cum Vlphilas concionem eis Eudoxij & Valentis perſuadere conaretur dixit, nullam eſſe differentiam in doctrina aut diſcrepantiam, ſed ex inani & leui contentione eam in Eccleſiam diſcordiam inuectam eſſe.

Modeſtus à Baſilio morbo curatus eſt.

Modeſtus verò Imper. Valentis præfectus morbo affectus D. Baſilio ſupplex factus, ſancti viri ſe manibus ſubſternens, Satisfactionem habes, da ſalutem, & hanc quidem conſequutus eſt, vt ipſe fatebatur, & multis huius rei ignaris perſuadebat, neque enim illius virtutem admirari, & prędicare deſinebat.

Hæc eo pertinent quæ de efficacia doctrinæ immaculatæ, viuo penetrante ſermone vſque ad diuiſionem animæ, ſuperiùs diximus, etiam reciproco ordine cumulatoria reddamus.

Nicephorus aliter ſentit lib. 15. c. 6. & quod de Epiſcopi domus obſidione dicitur, de regio palatio intelligẽdum.

Antiſtitem Conſtantinopolitanum S. Ioannem Chryſoſtomũ, *vere os aureum* Gaina militiæ magiſtro capitali odio perſequente militibus hoc negotium datum eſt, vt domum Ioannis aggreſſi incenderent, atque ipſum ſi fortè flammas euaſiſſet, ferro perimerent. Qui vbi domum appropinquaſſent, viſis circa eum Angelorum copijs, territi fugam capeſſunt. Iterum ſequenti nocte miſſi, eadem viſione repelluntur, & re infecta ad Gainam reuertuntur, poſtremò ipſe Gainas ratus Epiſcopum conductitios

ctitios milites habere, qui ſibi præſidio eſſent, cum validiore militum manu, ad eum inuadendum profectus eſt, ſed ipſe oſtento ſimili Angelorum excubitorum perterrefactus, celeriùs quàm venit vrbe exceſſit; Ita ab hæreticorũ inſidijs tutatus eſt Dominus ſeruum ſuum, Gainas porro quod ſibi fraudulentas inſidias etiam alias Imperatori ſtructas, mInus procedere cerneret, in Cherſoneſum peruenit, traijcere ex eo loco in Orientem cogitans, Imperator autem oratores ſibi ad eum mittendos duxit, ſed nemo legationem eam ſuſcipere audebat, omnibus ergo alijs relictis, in maximũ illum heroem reſpiciebãt, ille porro nihil veritus, quod ſibi non ita pridem cum eo interceſſerat diſſidiũ (Gtinæ videlicet cũ hæreticus eſſet petenti ſibi & ſuis Biſantij Eccleſiã, ſilentio impoſito) Orator ſtatim ad Barbarum eſt profectus. Verum Gainas poſtquam legatum ad ſe venientem quiſnam eſſet intellexit, libertatem dicendi, qua vſus apud ſe fuerat, in mentem reuocauit, nihilominus ſi quid aliud, & virtutem viri reueritus, quamuis & Barbarus & hoſtis eſſet, longiùs ei honoris cauſa progreſſus eſt obuiam, & dexteram eius oculis admouit, & oſculatus eſt, liberoſque ſuos adductos, ſacris illius gentibus adhibuit. Et tum ille quidem arma depoſuit, & le-

Præſidium cæleſte is cernit.

Chriſoſ. S. Ioan. ad Gainam orator mittitur.

& legationi morem geſſit. Vſque adeo virtus etiam hoſti pudorem & terrorem incutere coſueuit, ſed Gainas ad ingenium iterũ reuerſus oppreſſis diuturna velitatione militibus, cum paucis incolumis & fugam ſæpe mutans, in alias Romanorum incidit copias, atque ibi cum fugæ comitibus cæſus, huius caput exſiccatum Conſtantinopolim eſt delatum.

Ad Vrbem verò Romam cum furore ardenti Attila ferri videbatur, cũ iam iãq; copias, vbi Mincius in Padum influit traijcere pararet, occurrit ei Pontifex Leo, malorum Italiæ impendentium miſericordia motus, cuius diuina eloquentia perſuaſum eſt Attilæ, vt regrederetur, qui interrogatus à ſuis, cur præter conſuetudinem flexus eſſet, atque tam humiliter Romani Pontificis monitis obtemperaret: Reſpondit: Leone loquente, apparuiſſe habitu ſacerdotali, quempiam decorum, diuinum quid præ ſe ferentem, minitantemq́ue mortem, niſi Leonis Pontificis Magni iuſſa capeſſeret. Alij textus habent duos viros apparuiſſe, alterum à dextris, alterum à ſiniſtris, quorum viſione perterrito, nihil ſibi præterea reliquum fore, quàm quod minaci vultu numen exigeret ipſe homo quam citò perſolueret, quod nõ eſſet mortalium facultatis, diuinitati reſiſtere, vel in ſuperos bellum inferre. Teſtabantur qui-

tur quidem ipſum vera fateri inter interrupta pauore, atque conciſa tremore verba, trucis, atque inexorabilis vultus pallor, & robuſti audaciſque animi improuiſa deiectio, atque totius corporis conſternatio. Conſideraſti, ô Lector, quàm ſit terribilis Deus in Sanctis ſuis ſuper filios hominum.

Enimuerò omnia hæc Dei nutu facta quis dubitet, nam & Theodoricus de Gallicia in Luſitaniam victor ſuccedens, dum Emeritenſem vrbem deprædari molitur, Beatiſſimæ Eulaliæ Martyris terretur oſtentis, mox aduerſis ſibi nuncijs territus, de Emerita egreſſus Gallias repetit.

Theodoricus Rex ab Eulalia abſterritus abſtinet à deprædatione vrbis Emerentianæ.

Res planè digna memoria, cùm hic barbarus, Gothus, alienigena, hæreticus, Arrianus Princeps, licet importunis ſciſmaticorum ſtudijs, & illiberalibus eorumdem vrgeretur aſſultibus, reueritus tamen culmen Apoſtolicæ Sedis, eius potius ſe protectoré, quàm perſequutorem exhibuit, vt ipſa acta Synodalia declarant, cùm enim ſciret haud ſuarum eſſe partium Orthodoxos Antiſtites ad Synodum conuocare, non ſibi plus æquo tribuens, regia incedens via, more maiorum, auctoritate in primis ipſius Symmachi Papæ id perficiendum curauit, ab ipſoque Põtifice litteras ea de re ad Epiſcopos, vt ſe ad Synodum die ſtatuta conferrent, dari voluit. Vides quàm expreſſum habes, nec Ar-

Hic Theodoricus Tholoſanis imperitabat in Gallia. Alter Italiæ Rex Theodoricus reuetur Summum Pontificem.

rianum quidem Regem, abſque conſenſu, & certis litteris Romani Pontificis, Synodum congregare præſumpſiſſe, quod id ſibi minime licere in comperto eſſet.

Alarici regnum tamdiu ſtetit incolume quamdiu ſanctos honorauit

Verum accidit vt ſicut in humano corpore cum oſſa franguntur, proſternitur homo, ita cum è regno ſanctiſſimi viri tolluntur, qui totam molem precibus fulciebant, ipſum magno fragore corruat. Quod igitur ſanctorum ſubnixũ precibus diu ſteterat inconcuſſum Alarici regnum, pro cuius fælicitate ſancti Antiſtites, ad Deum iuges fundebant orationes, ſimul ac ab eo S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus eſt paſſus exilium, & S. Quinctianus factus extorris, omnino collabitur.

Atque in omnibus quæ ad noſtram ſalutem neceſſaria ſunt videmus nihil deeſſe, & quidem admirabilem Deum cum ſanctis ſuis nimis, & in gubernanda, cuſtodiendaque Eccleſia ſua, ſummam eius prouidentiam, dignum eſt contemplari. Cum enim Eccleſia Orientalis iam propemodum arefacta, careret illis luminaribus, atque anteſignanis, doctrina eminentibus, qui aduerſus hæreticorum Phalanges, ante aciem progreſſi pugnarent, vt fuerunt magnus Athanaſius, S. Baſilius, S. Gregorius Theologus, Chriſoſtomus, & Cyrillus, quorum vel ſolum nomen, ad terrorem incutiendum cunctis

cunctis aduerſantibus hæreſeos ſectatoribus, præpotens eſſe videretur, cum his (inquam) horumque ſimilibus omnino careret Orientalis Eccleſia, & ex aduerſo fortiores inſtarent hoſtes, ac fortiora mouerent prælia, quos & præiret pollens viribus, furens audacia Imperatorum: Alia voluit Deus via Catholicæ veritati eſſe conſultum, nempe miraculorum, qua omnibus cęcutientibus licet, manifeſtè tamen conſtaret, militare Deum in caſtris orthodoxorum, ex eorumque parte ſtare Catholicam fidem, in qua ex editione ſignorum eandem atteſtantium, ineſſe Dei potentia cerneretur, noſceretur. Edita ſunt hæc ſigna per magnum illum Danielem Stylitem Anachoretam ſanctiſſimum, quem omni conatu Acatius Conſtantinopolitanus Epiſcopus è columna, ad columnam veritatis ſuffulciendam Conſtantinopolum accerſiuit. Sed quomodo cuncta ſe habuerint, ex ipſo fonte petamus, ex ipſius inquam Danielis actis, in quibus res ab ipſo geſtæ fideliſſimè narrantur. Hæc acta Danielis, apud Surium tom. 6. Die 11. Decembris.

Plura in eam ſententiam poſſunt adferri exempla, quæ breuitatis cauſa prætereo, nam & ampliſſimas nationes ab ipſis temporibus quo Apoſtoli Eccleſiam fundauerunt, ad fidem Catholicam ſuperiùs diximus

conuerſas, & adhuc conuertuntur hoc noſtro ſæculo multa millia, tum in nouo orbe, tum alias exteras nationes conuertuntur. Et in ipſa vrbe Roma Iudæorum nonnulli. Turcarum atque hæreticorũ, ſingulis quippe annis Eccleſiæ Catholicæ adiunguntur. Hęretici ſicut & Iudæi circumeuntes mare, & terras, vt vnum proſelitum faciant, vix vnum aut alterum conuertunt, cum tamen comparent ſe cum Apoſtolis, & habeãt tum in Germania ampliſſimas Iudæorum Synagogas, tum Turcarum in Hungaria & Polonia plurimos. Haud intempeſtiua Aug. ſententia lib. contra Fauſtum cap. 12. Hæreticos cum perdice cõparat, quę quotidie congregat pullos quos non peperit, cum è contrario Eccleſia columba ſit fœcundiſſima quæ quotidie nouos pariat pullos. Ita enim contra hæreticos ſcribit, extat & aliquis hæreticus &c. de quibus ſuperiùs. Concludamus ergo cum eodem Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 28. Nihil in Chriſtianis Eccleſijs turpe & flagitioſum ſpectandum, imitandumque proponitur, vbi veri Dei aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut beneficia poſtulantur & cap. 7. lib. 22. Perſuadebitur veritas noua conſuetudine, ſed non contraria rationi.

Hic lubet annotare quæ de notis & dotibus Eccleſiæ contra hæreticos, Caluinum & Lu-

& Lutherum ac reliquos, nouarum hæreſum conſarcinatores ſcripſerunt Bellarminus, Optatus Mileuitanus, & Cunerus, dicentes eas ad hæreticorum machinas euertendas oportuna eſſe tela. De quibus iam non eſt aliud dicendi locus, quàm quod ſua manifeſtatione, præter alias dotes, quas Chriſtus Dominus noſter ſuæ Eccleſiæ liberaliter contulit, duas ſuper addidiſſe videtur, vnam à S. Marco, alteram à S. Luca poſitam. Illam de operatione virtutum ſeu miraculorum fidelibus collatam, quæ communis omnibus Chriſtianis eſſe poſſit; Hanc de diuinarum ſcripturarum intelligentia Apoſtolis ſpecialiter conceſſa. Quæque Dei dona non niſi in Eccleſia Catholica reperiri, nec àb alijs vſurpari poſſint, propterea & ſponſæ dotes & notę à Patribus ſunt appellatæ, neque ad falſæ doctrinæ atteſtationem ab hęreticis miracula facta legimus, de quibus poſtea erit dicendi locus.

CAPVT XI.

DE GLORIA MIRACVLORVM.

Miracula ſunt neceſſaria ad noſtram fidem perſuadendam.

PROSEQVAMVR ergo quæ de miraculorum gloria opitulante Deo nos dicturos polliciti ſumus. Sunt enim miracula neceſſaria, tum ad nouam fidem, tum ad extraordinariam miſſioně perſuadendam. Probatur Exod. 4. Cùm Moyſes mitteretur à Deo ad populum, ac diceret: *Non credent mihi, nec audient vocem meã*, non reſpondit Deus, debent credere, velint, nolint, ſed dedit illi poteſtatem faciědi miracula, & ait, vt credant quod apparuerit tibi Dominus. Dixit ergo Dominus: Quid eſt quod tenes in manu tua. Et Matth. 10. Euntes prędicate, dicentes: Appropinquauit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos curate, dæmones eijcite. Et Ioannis 15. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Vnde ad declarandam diuinitatem eius Rom. 1. Apoſtolus dicit Chriſtum eſſe prædeſtinatum, ſiue declaratum, aut manifeſtatum Filium Dei ex reſurrectione mortuorum,

tuorum, per hoc tamen quod ſe-ipſum ſuſcitauit, declaratus eſt Deus. Nam etſi multi ſuſcitati ſunt ex mortuis, nullus tamen propria virtute ſurrexit. Suſcitauit Lazarum, Ioannis 6. verbo ſolo dicens: Lazare veni foras, ſuſcitauit & viduæ filium, Lucæ 7. & ſolo quidem verbo, Adoleſcens tibi dico ſurge. Et filiam Archiſinagogi non ſolùm verbo, ſed & tactu manus, ſic enim ſcribit Matthęus cap. 9. Et cùm eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit, puella ſurge, & ſurrexit puella. Et quis eſt qui poteſt ſolo imperio & ſermone à morte reuocare ad vitam, niſi ſolus Deus.

Nam etſi homines ſancti ſuſcitauerint mortuos, non ſua tamen virtute, ſed Dei ſiue in Chriſti nomine. Aliud enim eſt imperare, aliud impetrare, aliud mereri, aliud donare. Helias quidem ſuſcitat, ſed orans, non imperans, Heliſæus cum filia Sunamitidis priùs clauſo oſtio erat, Petrus cùm Tabitham ſuſcitauit, priùs poſitis genibus orauit, & conuerſus ad corpus, dixit: Tabitha ſurge. Æneam autem paraliticum ab octo annis jacentem in lecto curauit, ait: *Ænea ſanat te Dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi, & cōtinuò ſurrexit.* Hic lubet intueri qualiter nō in ſuo nomine, ſed in Chriſti nomine operantis, omnem

ſalutis ſpem reponit, & cum Claudum petẽtem in ingreſſu templi eleemoſinam cõſolidaſſet, *ait, argentum & aurum non habeo, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge.*

Eſt & neceſſarium ei qui mittitur ad prædicandum, vt teſtimonio eius à quo miſſus eſt, auctoritatem ſuam oſtendat, alioqui nemo tenetur eum recipere, Debet autem omnis verbi Dei miniſter, vel à Deo per prælatos ordinatios, vel extra ordinariè à ſolo Deo mitti. Et quidem qui mittitur ab Ordinario, debet oſtẽdere litteras Ordinarij ſigillo munitas, Qui autem à Deo ſolo mittitur, eius debet oſtendere neceſſario ſigillum ſiue teſtimoniũ, quod nihil eſt aliud quàm miraculũ, quomodo Mat. vlt. dicitur: *Illi autem profecti prædicauerunt vbiq;, Domino cooperãte, & ſermonẽ confirmante ſequentibus ſignis.* Neque ſoli ij qui miracula propugnant idem fatentur, ſed etiã aduerſarij fidei Catholicæ, nam & Melanchthon in Matthęum ſic dicit. Vnde magnæ ſunt tenebræ vocari nouos Doctores, & ſemper addi noua à Deo miracula, vt certò ſciamus, à Deo eſſe miſſos. Quod adeò verùm eſt, vt ipſe D. Auguſtinus dicat lib. de ciuit. cap. 8. *Miracula ideò neceßaria, ut mundus crederet.*

Sunt etiam miracula efficacia, quibus Eccleſia efficaciter credit & teſtimonia ſuffi-

cientia

cientia, & vbi eſt verum miraculum ibi ſit vera fides, facilè probari poteſt, ſi quidem vera miracula non poſſunt fieri niſi Dei virtute. Dicitur enim miraculum, quod ſuperat vires omnium creaturarum, & ideo omnibus creaturis eſt mirabile, & propterea etiam in ſcripturis dicuntur teſtimonia Dei. Quare quod miraculo confirmatur, Dei teſtimonio confirmatur, Deus autem teſtis mendacij eſſe non poteſt, igitur quod miraculo confirmatur, verum ſit neceſſe eſt. Deus enim qui veritas eſt contrarius ſibi eſſe non poteſt, quare ad falſæ doctrinæ atteſtationem ab hæreticis nullum edi miraculum poteſt.

Concludamus ergo apud Ethnicos, Iudæos, Mahumetanos, nullam eſſe fidem veram, nulla iam apud eos eſſe miracula, De paganis nonnulla apud Valerium maximum lib. 8. circum feruntur leuia, & quæ præſtigijs dęmonum ſunt facta, vt de brutis & ſtatuis loquentibus, de fluuio Pytagoræ loquente ac dicente; Salue Pytagora. De Virgine Veſtali aquam cribro hauriente, & quomodo Brennus Gallorum Dux Appollinis templum Delphis ingreſſus, quaſi Dei volũtate, in ſe ipſum verterit manus. Quod Ceres, Mileto capto ab Alexandro, milites, qui templum ſpoliaturi irruperant, flamma obiecta priuarit oculis. Et cum Apollo,

Carthagine euerſa à Romanis, veſte aurea nudaretur, id egit vt ſacrilegæ manus, inter fragmenta, abſciſſæ inuenirentur. Ex Valer. Max. cap. 4 lib. 2. quæ omnia Tertull. in Apologetico 23. cap. & ab Aug. lib. 10. de ciuitate cap. 16. Facta eſſe opera Dæmonum luce clarius oſtenduntur. Et vnum de Piſcina miraculum, quod adhuc durabat apud Iudæos Chriſto prędicante, & miracula operante, poſtea cum reliquis defeciſſe manifeſtum eſt.

Et cum Petrus princeps Apoſtolorum cum impio Simone Mago contentione orta, tumorq́ue impietatis in malefico illo ſupra modum excreuiſſet, poſtremò quàm licentioſiſſime in conſpectu omnium Romæ ad Petrum loqueretur. Tu verò (inquit) Simon quid ais, propterea Chriſtus tuus magnus eſt, quod à terra cælos conſcendit? quin & mihi id facere procliue eſt. Et confeſtim manibus extenſis, ſurſum verſum. Dæmonibus eum quibus ſe commiſerat, ducentibus ferebatur, Petrus autem admodum anxius eſſe, & cum Deo in corde per precationem colloqui, & tandem ſpiritu plenus, poteſtates illas, quæ nefarium hominem in ſublime attollebant increpare, & vt ab eo diſcederent iubere; At ille per aërem deorſum verſum præceps fertur, & humi alliſus mortuus rumpitur. Locus in quo luctuo-

ſum

ſum hoc ſpectaculum incidit, in hodiernum vſque diem Simonium vocatur, etiamnũ Antichriſti perniciẽ, & interitum declarans.

Dicat Simon, qui ſe magnam Dei virtutem, & meretriculam ſuam Spiritum ſanctum appellauit, quomodo tempore certo Romæ, debitum naturæ per ſucceſſionem ad ſe delatum perſoluerit, quando in media Vrbe concidens extinctus eſt: Epiphanius aduerſus Simoniam. ,,Cum (inquit) Simon ,, ſe Chriſtum diceret, & tanquam filium ad ,, Patrem ſe volando aſſereret poſſe con- ,,ſcendere, atque elatus ſubitò magicis ar- ,,tibus volare cæpiſſet: Tunc Petrus fixis ,,genibus precatus eſt Deum, & precatione ,,ſancta vicit magicam leuitatem, & velut ,,vinctum illum de ſublimi aëre depoſuit, ,,& pręcipitio in ſaxo elidens crura eius ,,confregit. Hæc ille ſerm. de ſanctis.

,,Idem Aug. epiſt. 86. de ieiunio Sab- ,,bathi agens. Eſt (inquit) & multorum ,,quidem opinio, quamuis eam plerique fal- ,,ſam perhibeant. Quod Apoſtolus Petrus ,,Romę cum Simone Mago, die Dominico ,,certaturus, propter ipſum magnæ conten- ,,tionis periculum pridie cum eiuſdẽ Vrbis ,,Eccleſia ieiunauerit, & cõſequuto tã proſ- ,,pero euentu glorioſe eundem morem te- ,,nuerit, eumq́ue imitatę ſunt nonnullæ Oc- ,,cidentales Eccleſiæ.

Digitized by Google

Manes hæreticus volens curare filiũ Regis Perſarum excoriatur

Manes verò à quo & Manichæi, cum Perſarum regnũ Meſopotamiamq́ue ſubintraſſet, temerarioq́ue ac impotenti animo Regis, ibi filium ſe curaturum eſt pollicitus, maioribus ſe obiecit malis. Poſteaquam enim inde eſt verus & manifeſtus Dei contemptor repulſus, cum eo rediјſſet, comprehenſus à Rege (vt filij eius necis auctor) detracta pelle ſeu cute, nudus canibus eſca obiectus. Quod ſi quis nugas eius perſequi velit, compluribus is opus habeat libris. Et quidem hæc falſa & impia dogmata, ex innumeris iamdudum extinctis hæreſibus cõgeſſit atque accumulauit. Tales doctrinas ominum animis verſutiſſimus ſerpens ſuggeſſit, vt aciem anteſignanorum ſuorum aduerſus veritatem inſtrueret. Verum facilè Dominus mendacium coarguit, aduerſus hanc hæreſim ſtrenuè libris compoſitis depugnarunt Titus Boſtreæ, & Diodorus Metropolis Ciliciæ Epiſcopi.

Arrius ſeptingentas meretriculas circumducit

Et Arrius qui & Thaliam lenocinijs plenam ſcripſit, Septingentas meretrices (vt auctor eſt Epiphan. hæreſi 9.) ſeduxerat, & circumducebat. At quos non pellexiſſet hiſce delitiarum illecebris, perditiſſimus hæreſiarcha? virginum examina circumducens? Quas tenellas Arrianorum meretriculas Alexander nominat. Hæ illæ ſeptingentæ profeſſæ virgines erant Alexandrinæ Eccleſiæ.

De

De quibus Alexander ille Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, ad Alexandrum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum, vt eius generis homines deuitaret, ſcribit. ,, Eſt propoſitum inquit hominibus improbis, in ,,quorum animis inexplebilis honoris, & ,,pecuniæ cupiditas inſita eſt, vt Eccle-,,ſijs quæ plus habere videntur dignitatis, ex ,,occulto inſidientur, qui per varias ac mul-,,tiplices vias ſinceram Eccleſiæ pietatem ,,oppugnare non ceſſant: Nam impulſu Dia-,,boli, qui vim ſuam in eorum animis exer-,,cet, in furorem acti, ad voluptates quæ for-,,tè ſe offerunt feruntur præcipites, atque ,,ab omni pietate refugientes, timorem diui-,,ni iudicij proterunt. Et paulo poſt; Seditio-,,nes in nos quotidie concitare, graues ciere ,,perſecutiones, & interdum lites per mu-,,lierculàrum impurarum ſermones, quas ,,ipſi in fraudem impluerunt, intendere, non ,,numquam religionem Chriſtianam, ſuas ,,tenellas meretriculas, per ſingulas plateas ,,turpiter circumducendo, grauiſſimis con-,,tumelijs afficere, quin etiam inconſutam & ,,indiſſolubilem Chriſti tunicam, quam tor-,,tores diſcindere, hi diſcrepere non dubita-,,runt. Hæc ex Theodoreto, lib. 1. cap. 4. quapropter ſeptingentis virginitatē profeſſis in vnum contractis, præsbiteros etiam ſeptem, & duodecim diaconos abſtraxiſſe

Multi propter negatos honores & dignitates hęretici facti

fama

fama eſt, Sed & venenum ipſum ſtatim vſq; ad Epiſcopos peruenit.

Arrij crapularum liber ſiue Thalia.

Secundo Pentapolis Epiſcopo, & alijs perſuaſit, vt ſimul cum ipſo adducerentur, fiebant autem hæc in Eccleſia ignorante Alexandro Epiſcopo, donec Meleſius in Ægipto etiam ipſe Archiepiſcopus ex Thebaide reuelaret. At quodnam qualeue eſſet Arij Thaliæ exordium, Athanaſius lib. 5. diſciplinæ cap. 7. & 8. reddit his verbis, quę tamen non ad numeros Metricos tranſlata eſſe reperiuntur, ait ergo: Tale igitur crapularum Arrij & vaniloquentiæ exordium moribus, numeriſque effæminatum inuenias; Et ſecundum fidem electis Dei pueris ſanctis rectigradis: Qui ſanctum Dei ſpiritum acceperunt, iſta didici, ego ex ſapientiæ cō ſortibus, ab hominibus Dei diſcipulis, per omnia ſapientibus, horum per veſtigia cum eadem dogmatum opinione inceſſi. Ergo ille perinclitus multa paſſus, propter de Deo exiſtimationem, à Deo autem ſapientiam condidici, & cognitionem cognoui. Hæc ex Thaliæ principio Athanaſius ſcribit. Quod ſpectat ad damnationem eius factam, vna cum ipſo etiam eius ſcripta fuiſſe damnata *Zozom.* lib. 1. cap. 20. tradit his verbis. ,, Concilium autē tum Arrium, tum ſuæ opinionis fautores pariter abdicauit, decreuitque veniret Alexandriam,

„driam, quin etiam & verba quibus expli-
„cabatur eius opinio, & librum quem de
„eadem ediderat, inſcripſeratque Thaliam
„legi vetuit, cuius libri ſtilus ita diſſolutus
„eſt, vt ſotadicis cantibus ſimilis videatur.
Sed dum poſt præſtitum Conſtantino Imp. de fidei profeſſione iuramentum vt ad communionem (hoc enim Conſtantinus Alexandro mandauerat) Arius reciperetur à quibuſdam Euſebij ſatellitibus deductus per forum inſolenter gradiebatur, & per mediam Vrbem venditans ſeſe inferebat, poſtquam in forum ventum eſt, vbi ingens illa Porphiretica Conſtantini ipſius columna magnificè in altum excurrit, timor de repente ex conſcientiæ vulnere Ario inceſſit, eumque alui laxitas conſequitur. Et vrgebatur eo caſu maxime, proindeque ſeceſſum publicum qui in propinquo erat petit. Ibi animo ei defecto, ſua ſponte incrementa effluunt, & multus ſanguis effunditur, conſtitutio quoque interna corporis omnis, vnà cum inteſtinis, hepate, & ſplene diffluit. Atque ita ille perit. Ipſe ſiquidem Dominus Ieſus Chriſtus iudicem ſe præbens, Arrianam hæreſim condemnans, oſtendit eam indignam eſſe Eccleſiæ communione, omnibuſque manifeſtum reddidit. Iure ab Eccleſia damnatum, declaratumque eſt manifeſtiſſimè Arrianorum officinam, non

Vindicta diuina Arrium conſequitur.

non Deo gratam, ſed impiam & Deo inimicam eſſe.

Epiſcopi abſciſsis linguarū radicibus loquuntur

Huc pertinet huiuſmodi ingens totoque orbe vulgatiſſimum miraculū, ſumma prouidentia eius factum eſt, qui facit mirabilia ſolus, vt cùm Diuinitas filij ſui impugnaretur, adeo vt qui lingua eam defendere potuiſſent, extra Prouinciam in Inſulas, & alia loca fuerint relegati, eandem ſine linguis, ſed ſublimioribus vocibus, tuba cæleſti, diuino præconio, Spiritus ſancti tonitruo, quo etiam aduerſarijs timor incuteretur & tremor, voluerit non in vna orbis parte ſolùm, ſed vbique terraram audiri, vt planè dicere verè licuerit illud Act. 12. *Non hominum ſed Dei voces*. Et illud Pſal. 17. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia*, cùm ſine humana lingua, ab hominibus in ſui nominis confeſſione ipſa veritas proferretur lingua cæleſti, eiuſdem quidem generis cum illis quæ ſuper ſingulos qui conuenerant, apparuerunt, vt dicitur in Actibus, cùm cōpleti eſſent dies Pentecoſtes, linguæ diſpertitæ tanquam ignis cælitus miſſæ ſunt. Vt illud Prophetæ Amos 3. vſurpare licuerit: *Dominus loquutus eſt, quis non prophetabit*, cum admirando modo, *introiuit de cælo Dominus*, Pſal. 17. *& Altiſſimus dedit vocem ſuam*, cuius ſono tinnirent audientium aures, non eorum dumtaxat, qui eodem vixerunt

runt tempore, ſed & qui hoc noſtro ſæculo ſunt Chriſtiani, (niſi inſtar aſpidis ſurdæ obturent aures) ſi velint, poſſint audire Dei vocem, teſtantis apud illos eſſe Catholicam fidem, quos teſtificatione ſua ipſe Deus ſignificauit eſſe catholicos.

At quamnam fidem ſectari ſe antea illi profeſſi ſunt? Audiſti nuper eorundem Epiſcopos in publica collatione publico dato libello, eſſe profeſſos ſequi ſe fidem illam, quam Romana profiteretur Eccleſia, quam & profeſſi ſunt eſſe caput omnium Eccleſiarum. Porrò rem tantam non vni, vel alteri, nec vnius prouinciæ, ſed omnibus qui remanſerant Catholicis diuinitus impertitam, nec vna die, vel menſe, annove, ſed vno fermè ſæculo, vſque ad obitum ſcilicet illorum omnium, qui talia paſſi ſunt, patefactam, neque vna in ciuitate, vel Prouincia Africæ, ſed etiam in tranſmarinis regionibus in quas illi diſperſi ſunt, prædicatam. Voluit Deus etiam ſummæ auctoritatis ſcriptoribus reddi poſteris omni ex parte teſtatam: Etenim non ſolùm Victor, idemque gloria confeſſionis illuſtris, qui iſtæc omnia oculis vidit & manibus contrectauit, poſteris commendauit, ſed & Imperatoriæ ſanctionis teſtificatione, res tanta meruit celebrari.

Audi diuini operis dignum præconem, Iuſtinianū inquam ipſum Imperatorem, qui

Digitized by Google

Iuſtinianus Imp. eiuſdem rei teſtis.

in conſtitutione à ſe edita; de officio præfecti prætorio Africæ. Iſta ait: *Vidimus (inquit) Venerabiles viros, qui abſciſsis radicitus linguis pœnas ſuas miſerabiliter, ac potius mirabiliter loquebantur.*

Aeneas Philoſophus Platonicus.

Accipe alium rurſum huius rei teſtem, doctiſſimum virum Ænæam Gazæ, qui his temporibus claruit. Platonicus Philoſophus, hic enim ad calcem diſputationis elucrubratiſſimæ de animarum immortalitate, & corporum reſurrectione, in dialogo, qui inſcribitur Theophraſtus, iſta habet: cum per dialogiſmum Axithæus ſic ad Theophraſtum. Quod autem heri, & quidem paulò ante factum eſt, id opinor ipſe quoque vidiſti, Theophraſte quid id eſt, cedo? Axith. magnam Lybiam, dura premi tyrannide. Ac quoniam Tyrannis humanitatem, ſiue benignitatem, & ſanam, atque veram de rebus ſententiã, haud admittit, ſanè Tyrannus criminis in loco ducit eorum, qui ipſius imperio ſubſunt, pietatem, iubetque illud tam præclarum, & bonum dogma ſacerdotes abnegare, ijs qui nõ obtemperant (Proh ſcelus) caram Deo linguam exſcindit, Terei illius, de quo ſcriptum eſt in fabulis, exemplum imitatus, qui cum vim virgini feciſſet, & accuſationem ſceleris declinare ſtuderet, linguam execuit. At virgo populo facinus intexuit, & exponit arte, cum natura vt loque-

loqueretur non daret. Illi verò de quibus nobis eſt oratio, nec populo opus habent, ſed ipſius naturæ conditorem implorant, qui recentiorem eis naturam die tertia poſt largitur, non dando quidem alterius linguam, ſed facultatis ſine lingua articulatè quam vnquam antea, quod vellent eloquendi munere. Ego verò putabam fieri non poſſe, vt tubicen carens tuba, artis ſuę ſpecimen vllum daret. Itemq́ue cytharedus ſine cythara, muſicam artem exerceret. Atque nouum hoc ſpectaculum cogit me ſententiam illam mutare, nihilq́ue earum quæ videntur rerum firmum ac fixum exiſtimare, ſi quidem id Deus loco ſuo mouere velit.

„Ipſe ego vos viros vidi, & loquentes audiui, & vocem adeò articulatam eſſe poſſe miratus ſum, inſtrumentum vocis inquirebam, & auribus non credens, oculis iudicandi munus remiſi, atque aperto ore linguam totam radicitus euulſam vidi, ac ſtupefactus mirabar, non ſanè quo pacto vocem conformarent, ſed quomodo conſeruati eſſent. Atque hoc ipſum imperiti etiã cuiuſq́ue ad credendum duritiem emolliret, ac doceret verum eſſe quod dicimus, corpora collapſa reſurgere. Ad eoſdẽ confeſſo. res auctoris confeſſio.

Sed & de re tanta quæ reliquę ſunt teſtificationes (licet ad fidem faciendam illę

opus non ſint, in re adeò perſpicue demonſtrata, & omni fide probata) in medium afferamus, quo fiet vt nec improbus aduerſarius, & refractarius contradictor, & calumniator liuidus, negare & à fide reſilire omnino poſſit.

Adoleſcens lingua ab Arrianis abſciſſa Hunerici Regis iuſſu loquitur.

Addamus igitur citatis auctoribus Marcellinum Comitem, qui & his viuentibus, vixit, claruitque ſub Iuſtiniano Imper. Ipſe enim eadem habet in chronico, qui & hoc addit mirabilius. ,,Tunc idem Rex Hune,,ricus, vnius Catholici adoleſcentis vitam à ,,natiuitate ſine ſermone ducentis, linguam ,,præcepit abſcindi, idem que mutus qui ſine ,,humano proloquio credens Chriſto, fidem ,,didicerat, mox præciſa ſibi lingua, loquu,,tus eſt, gloriáque Deo, in primo vocis ſuæ ,,exordio dedit. Denique ex hoc fidelium ,,contubernio, aliquantos ego religioſiſſi,,mos, præciſis linguis, manibuſque truncatis ,,apud Bizantium, integra voce conſpexi lo,,quentes. Hæc Marcellinus.

Alij truncantur manibus, & ſine lingua loquuntur.

Admonitio.

His omnibus adde Procopium Rethorem hiſtoricum, qui eodem vixit tempore, & ſub Iuſtiniano nobiliſſimos duxit militiæ ordines, & eadem quæ vidit, ſcriptis teſtatus eſt. Habes hic luculenta teſtimonia, quibus tanta progidia voluit Deus reddi omni fide teſtata, omnibuſque perſpicua, vt poſteris cũctis innoteſceret, curare noſtra Deum,

cum

Digitized by Google

cum tam magno periculo, iam ſubacta à Vuandalis Africa, ipſa Catholica fides preſſuram paſſa, tunc de victoribus triumpharet, vbi extingui penitus putaretur. Sicque certa, fida, tutaque ſemita monſtraretur, per quam fideles cuncti abſque errore, periculoque ſecuri, quo tendunt in cælum perueniant. Ex quibus non illius tantum temporis, emendari valuiſſent hæretici, ſed omnes qui poſtea emerſere, quive perditiſſimo tempore, tamquam ranæ in Ægypto ebullientes Catholicã veritatem infeſtant. Etenim quos Deus tanto ſigno, tot ſine lingua teſtantibus vocibus, docuit eſſe Catholicos, & fidem cuius cauſa ſubirent martyrium eſſe veram, planè & Eccleſiam in qua eſſent, dici debere Catholicam perſpicuè demonſtrauit. Ab ea quàm longè abſint Nouatores, qui ſe hodie Catholicos profitentur hæretici, lectis Sanctorum Patrum ſententijs & miraculis, tum ab eis tum ab alijs ad fidẽ Catholicam confirmandam vel illuſtrandam patratis, perſpicuè ſatis ſi modo velint, intelligere poſſunt: contra verò cum nos eandem cum illis fidem ſectemur, eadem habeamus communia ſacraméta, per omniaque doctrinam ſimilem, Catholicos nos non eſſe, dicere haud poſſunt, redarguti ab jis, qui linguas non habentes, pro nobis altiſſima voce clamant, vt planè per conſecrata illa ex fidei confeſſione

Digitized by Google

organa, benedictus ipſe Deus loqui intelligatur.

Huius rei teſtis eſt quoque D Greg.

Ad poſtremum ſuccedunt ijs qui viderunt, teſtes qui audierunt ab illis qui viderunt. Eſt hic ſanctus Gregorius Papa, qui dial. lib. 3. cap. 32 de ijs ita ſcribit. „Iu-
„ſtiniani Auguſti temporibus, dum contra
„Catholicam fidem exorta à Vuandalis per-
„ſequutio Ariana in Africa vehementer in-
„ſaniret, quidam in defenſione veritatis E-
„piſcopi fortiter perſiſtentes, ad medium ſunt deducti, quos Vuandalorum Rex, verbis, & muneribus ad perfidiam flectere non valens, tormentis frangere ſe poſſe credidit. Nam cum eis in ipſa veritatis defenſione ſilentium indiceret, nec tamem ipſi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forſitan conſenſiſſe viderentur, raptus in furorem eorum linguas radicitus abſcindi præcepit. Res mira, & multis nota ſenioribus, quia ita pro defenſione veritatis, etiam ſine lingua loquebantur, ſicut priùs loqui per linguam conſueuerant. Hi itaque eo tempore profugi, ad Conſtantinopolitanam Vrbem venerant. Eo quoque tempore, quo pro negotijs Eccleſiæ, ad Principem ipſe tranſmiſſus ſum, ſeniorem quendam Epiſcopum reperi, qui ſe adhuc eorum ora, ſine linguis loquentia vidiſſe teſtabatur, ita vt apertis faucibus clamarent. *Ecce videte, quia lin-*

guas

Digitized by Google

guas non habemus, & loquimur. Videbantur enim à reſpicientibus, vt ferebant, quod abſciſſis radicitus linguis, quaſi quoddam baratrum parebat in gutture, & tamen ore vacuo, plena ad integrum verba formabantur. Quorum illic vnus in luxuriam lapſus, mox priuatus eſt dono miraculi, recto videlicet Dei omnipotentis iudicio, vt qui carnis continentiam ſeruare neglexerat, ſine lingua carnea, non haberet verba veritatis, hactenus Diuus Gregorius.

Eadem de iiſdem Confeſſoribus, qui linguis abſciſcis, rectè tamen nihilominus loquerentur, S. Iſidorus teſtatur in hiſto. Vuandalica. *Teſtis eſt Iſidorus.*

Cyprianum Virum Sanctum maximè omnium Carthaginenſes venerantur eique templum magnificum pro Vrbis mænibus ad littus ſtatuerunt, atque præter cultus alios, quos ei exhibent, feſtum quoque anniuerſarium diem celebrant, quem diem Cypriana nominant. *Cypriana Feſta.* Hoc templum Wandali ſub Rege Hunnerico Catholicis per vim ad tempus euertere, eiectis inde cum multa contumelia Sacerdotibus, & deinceps id vtpote Arrianis commodum reſtaurarũt. *Cyprianus cladẽ Wandalorum prædixit Hunerico.* Cum autem eam vicẽ dolerẽt, ac deplorarẽt, Libij perſæpe Cyprianũ ferũt in ſõnis in quibuſdã apparentẽ dixiſſe, Chriſtianos de ſe minime

Digitized by Google

ſollicitos eſſe debere, ipſum enim ſe tempore ſuo vltorem fore. Eam rem vt auſpicatũ omen Imperator habuit, qui in ſomnis mandatum acceperat, vt propter afflictionem, qua nimis opprimebantur Catholici, contra Wandalos Arrianos expeditionem ſuſciperet, victoriamque eum eſse reportaturum ei dictum eſt, expeditio hæc oracularis in Belliſarij tempora rectè incidit, quo Duce Carthago Romano Imperio ſubiecta eſt, nonageſimo quinto anno poſtquam templum id Catholicis eſt ademptum, eo bello Wandali prorſus ſunt expugnati, & Arrianorum hæreſis è Lybia eiecta, Catholici autem templa ſua recuperarunt, juxta Cypriani Martyris prædictionem, ex Niceph. multa lib. 17. cap. Ad hæc Procopius illa quoque memoriæ poſteritatis commendauit.

Iuſtinianus oraculo admonitus Africam infra tres menſes ſubijcit.

Nec impari ratione deluſa eſt Valentis Imperatoris ſuprema in Monachos impietas concitata in eos, tum qui Alexandriam, tum qui Ægyptũ incolebant perſequutione, quo factum eſt, vt vaſtatis euerſiſque omnibus, alij in iudicium adducti, alij in carcerem conjecti, alij alijs tormentis diuexati fuerunt, nam diuerſa cruciatus genera ijs qui ſe etiam quietè, & cum ſumma pietate gerebant inflicta. Cùm rectè ea quæ ab Apoſtolo enumerata ſunt mala, videbantur renouari, nam multi ludibrio habiti, flagris

cæſi,

cæſi, veſtibus ſpoliati, vinculis conſtricti, lapidibus obruti, cruentis gladijs obtruncati ſunt, alij in ſolitudinem concluſi, ouinis capriniſque pellibus operti, auxilio deſtituti, grauiter afflictati, rebus aſperis incõmodiſque acerbè admodum vexati, quos mũdus ſuo complexu continere minimè fuerat promeritus, non pauci per varia loca deſerta oberrantes, in montes, ſpeluncas, terræque cauernas ſe abdiderunt, atque iſta afflictionum genera, propter fidem, propter opera, propter curationes denique, quas diuina gratia operabãtur, morbis medicãtes, dæmones ex obſeſſis corporibus eijcientes, varias ægritudines curantes perpeſſi ſunt. Verùm diuina prouidentia permiſſum fuit, vt iſta ſubirent incommoda, quo per illorũ ærumnas & perpeſſiones alijs ad ſalutem, quæ in Deo, & fide Catholica eſt, pateficeret via. Quod quidem ita eſſe exitus rerum perſpicuus declarauit. Hæc ſe aſpexiſſe Ruffinus, inque calamitatis ſocietatem cum illis veniſſe ſe narrat. Poſteaquam ergo eximij illi viri, haſce rerum aſperarum inflictas plagas patientia ſuperaſſent, Lucius Arrianus Eudoxio Duce militum, cum ingentibus copijs Agapiti Monaſteria, quæ multis Monachorum millibus abundabant, inuaſit, ipſe idem malorum omnium auctor perſuadet militum Præfecto, vt Patres Monacho-

 rum

rum quos anteſignanos ordinis dixerimus, in exilium mitteret. Patres autem hi erant Macharius Ægiptius, & Macharius Alexandrinus; Iſti in Inſulam quandam quæ nullam incolam habebat Chriſtianum relegati fuere, in qua erat delubrum, & ſacerdos quem omnes incolæ pro Deo venerabantur, in quam Sanctis ingreſſis omnia dæmonia metu cæpere exhorreſcere: eodem tempore tale miraculum accidit, vt Sacerdotis filia à dæmonio occupata ſuprà modum fureret, ac contra viros ſanctos vociferans; Cur huc veniſtis, inquit, ad nos abigendos? Sancti, dęmone abacto filiam Patri ſanam, & incolumem reddiderunt, & ſacerdotem, & omnes Inſulæ habitatores ad ſanctam & Catholicæ fidei Eccleſiam tranſtulerunt. Ex templo igitur commutata Religions forma, omnes baptiſati ſunt & doctrinam Catholicam lubentibus animis didicerunt. Quare illi viri ſancti propter conſubſtantialis filij confeſſionem grauiter & acerbè exagitantur, cum illi ipſi magis probati facti ſunt, tum alijs ſalutem dederunt, tum denique fidem effecere multo firmiorem.

Sancti Monachi in Inſula relegati incolas ad fidem conuertũt

Huc pertinent exempla alijs miraculis confirmata, vt orthodoxi Epiſcopi contra Arrianum Epiſcopum in igne diſputatio.

Et Pręsbiteri Copretis in Thebaide eremi cultoris, contra Manichæum in igne diſputatio,

ratio, quæ fuſiùs à nobis, ſuperiori proba-tione dicta ſunt.

Copres præſbiter in igne diſputat. Macharius mortuum ſuſcitat.

Ita quoque ab Abbate Machario reſuſci-tatum mortuum reminiſcamur. Nam cum quidam qui Eunomij perfidiam ſequebatur, ſinceritatem Catholicæ fidei arte Dialectica ſubuertere conaretur, magnámque iam ho-minum multitudinem decepiſſet, rogatus à Catholicis viris qui ruina tantæ ſubuerſionis mouebantur vocatur, Macharius, vt ſimpli-citatem totius Ægypti, ab infidelitatis nau-fragio liberaret: Aduenit Macharius, quem cum Philoſopus arte dialectica atque Ariſto-telicis ſpinis fuiſſet aggreſſus. *Non eſt* (*inquit Macharius*) *in verbo regnum Dei* (1. cor 4 *ſed in virtute.*) Eamus igitur ad ſepulchra, & nomen Dei ſuper mortuum inuocemus, ac ſicut ſcriptum eſt Iacobi 2. *Oſtendamus ex operibus fidem noſtram*. Quo audito hęreticus, coram circumſtantibus pudore affectus aſ-ſenſit quidem conditioni, ſeq́ue craſtino af-futurum. expectantibus populis die poſtero ſpectaculi cupiditate incenſis; exterritus ille de conſcientia ſuæ infidelitatis, aufugit, ac protinus ab vniuerſa Ægypto tranſmigrauit. Quem pro conſcientia ſua conditionem de-clinaſſe cum aduertiſſet Macharius, aſſu-mens plebem quæ ab ipſo fuerat deprauata, ad cōdicta ſepulchra perrexit, atque antiquo cuidam

Digitized by Google

cuidam cadaueri aſtans homo (ait:) Si veniſſet huc mecum hæreticus ille filius perditionis, & aſtante ipſo, nomen Chriſti Dei mei inuocans, exclamaſſem: vtrumne coram his, qui prope erant eius fraude ſubuerſi ſurrecturus fuiſſes, edicito. Tunc ille conſurgẽs, annuentis voce reſpondit. Quẽ interrogans Abbas Macharius, quidnam aliquando cùm viueret, fuiſſet, vel qua hominum ætate, aut ſi nomen Chriſti tunc tẽporis audiuiſſet. Ille ſub antiquiſſimis Regibus Chriſti nomen aſſeruit ſe illis non audiſſe temporibus. Cui rurſus Abbas Macharius: Dormi, inquit, in pace cum cæteris in ordine tuo, à Chriſto in fine temporum ſuſcitandus. Hæc igitur eius virtus, & gratia quantum in ipſo fuit, ſemper fortaſse latuiſset, niſi eum neceſſitas totius Prouinciæ periclitantis, & erga Chriſtum plena deuotio, amorque ſincerus iſtud exercere miraculum compuliſset. Quod vtique vt ab eo fieret, non oſtentatio gloriæ, ſed charitas & totius populi extorſit vtilitas, vt beatum quoque Heliam feciſse Regum lectio manifeſtat, qui ignem de cælo ſuper hoſtias impoſitas, idcirco deſcendere poſtulauit, vt periclitantem Pſeudo-prophetarum prę-ſtigijs fidem totius populi liberaret 3. Regum 18. Ex Ioanne Caſſiano plura lib. 15. cap. 3.

Ciro-

Cirolam verò eum qui ſe cæcũ ſimulaſſet, & qui ab eo perſuaſus quinquaginta oblatis aureis id feciſſet, plane excæcaſſe auctor eſt Greg. Turon, lib. 2. hiſt. franc. cap. 3. de quo ſupra. Redditum verò luci ab Epiſcopis Catholicis. Fruſtra autem conatum Polycronium Monothelitam pro ſuſcitatione hominis mortui, teſtantur publica acta 6. Synodi. act. 15.

Cirolæ & multorum Arrianorum fruſtra attentata miracula

Quæ autem Donatiſtæ hoſtes Chriſtianę concordiæ egerint, & quàm funeſta, ac deplorata patrauerint, Optat. 2. lib. ſatis accuratè recenſet, inuaſiones baſilicarum, altarium demolitiones, direptiones Eccleſiarum, clericorum occiſiones, calicum confractiones, raptationes, trucidationes laicorum, puerorum, matronarum, virginum ſacrarum, omnium diuinorum ſacramentorum violationes, in quibus illud memorabile ad illorum impietatem coarguendam, & diuinam pietatem commendandam, & per tam admiranda ad emendationem euocandum, quod ſacra Euchariſtia canibus proiecta, ijdem canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos, quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos, & inimicos laniauerunt. Ampullam quoque Chriſmatis, per feneſtram vt frangerent, iactatam manus angelica ita ſuſtinuit, vt inter ſaxa illæſa conſederit.

Pauca

Pauca hic ex Hieronymo Balſero in vita Caluini c. 13. libet inſerere. Præterire, inquit, vafram eius & ſubtilem machinationem non debeo, cùm quendam cui Bruito nomen, & patria Oſtunum in vitam reuocare cogitaret, vt miraculorum patratoris nomen ſibi, & famam pararet: Bruito iſte quem dixi, Oſtuno Geneuam demigrat, & cùm inops eſset ipſe & vxor eius, Caluini gratiam aucupabantur, vt ei commendati peculij pauperum fierent participes: eis Caluinus vitæ ſubſidia denique pollicetur, ſi ipſi ſibi etiam ſuam operā non negarent, ad rem quandam quam per eos fieri vellet, ſed opus eſse fide & magna taciturnitate. Viciſſim illi ad id quod iubere vellet promptos ſe aſſerunt, & quemadmodum à Caluino inſtructus fuerat, miſer hic Bruito morbum ſimulat, miniſtri pro concione populo commendant, vt precibus iuuarent, & eleemoſinis paupertati ſuccurrerent, non diu poſt perſonam morti proximam induit, & mortuum ſe ſimulat. Hic Caluinus admonitus, tanquam rerum omnium ignarus deambulatum prodit, ſed comitatus magna caterua amicorum, poſtquā eo ventum eſſet, vbi clamores & eiulatus vxoris quæ miſellam & deſolatam egregiè exprimebat, audiret, quidnam hoc eſſet ſciſcitatus, domum ingreditur, vbi in genua

Caluini prodigioſum miraculum.

nua ipſe & reliqua turba prouoluitur, precibuſque alta voce profuſis, Deum obteſtatur potentiam ſuam oſtendere, & mortuo huic vitam reſtituere, gloriamque ſuam ſic vniuerſo populo ſuo declarare velit, ſimulque manifeſtum facere ſe peculiarem ſibiq; gratum ſeruum eſſe, & à ſe ad Euangelij ſui miniſterium, atque Eccleſiæ reformationem ſingularem verè vocatum; poſt quas preces mortuo appropinquat, & miſeri hominis manu apprehenſa, in Dei nomine imperat, vt ſe erigat; repetit iterum iterumque ſermones, ſæpius voce etiam altiùs eleuatâ: Quid fit? Neque audit, neque loquitur, neque ſe commouet mortuus, iuſto enim Dei iudicio, qui fucos mendaciaque deteſtatur, is qui ſe mortuum ſimulabat, verè eſſe mortuus repertus eſt, & vxor eum quidquid agitaret, quomodocumque impelleret, neque vocem extorquet, neque vt ſe commoueret efficere potuit, ſed totus frigebat, rigebat totus. Quo animaduerſo, plorare, vlulatus ſeriò edere, & ex animo cæpit vxor, & in Caluinum inuecta, impoſtorem eum, ſicarium, latronem, qui maritum interemiſſet appellans, ex ordine rem, quomodò erat geſta clarâ altaque voce expoſuit. Et infrà, negent nunc quantum velint Caluini mancipia, exploratum & cognitum ſatis fuit, veritaſque

rei

rei probata, immo per ipſammet vxorem confirmata.

Lutheri miraculū.

Sed & fruſtra Lutherum Coclæus anno 1523. ſudaſſe ait. Cum in Albi flumine Neſenum aquis abſorptum, atq; morte ſublatum ſpe miraculi vanis murmurationibus in vitam reuocare ſtuduit.

Mirabilia rij hæretici attendant miracula.

Et qui à diſcipula idem magnus miraculorum patrator diabolum eijcere nō potuit, parum abfuit ne ipſe à Dæmone occideretur. Et cui viuenti miracula minime ſuccedere valuerunt,quamquam miracula omnia vincit, quod Monachus Apoſtata inceſto Monachæ concubitu toties pollutus, filios ſuſtulerit, tot iam olim ante mille annos damnatarum hæreſum inſtaurator, tot flagitijs coopertus homo importuniſſimus, audaciſſimus, maledicétiſsimus, qui nulli omnino parceret, omnia ſurſum, deorſum miſceret, tantam ſibi apud cæcos & miſeros mortales exiſtimationem conciliare potuerit, vt non alio quàm Apoſtoli nomine haberetur & loco, idem poſt mortem miraculo illuſtrior fuit: nam cadauer eius quod multis hactenus illecebris diffuſum fuit, ſtanneo quamquam incluſum loculo, media interueniente hieme, quo tempore mortuorum corpora diutiùs conſeruari poſſunt, Wittembergam cum ſumma pompa Iſtebio efferretur, tam tetrum odorem afflare cæpit, vt

Digitized by Google

pit vt cadauer in biuio relictū atque inſepultum diu iacuerit, quod tamen non ſine magna nauſea. Wittembergæ ſepulturæ commendatum poſtea fuiſſe creditur. Vide appendicem in librum Coclæi.

Deinceps illud Tertulliani in lib. de præſcrip. oportunè nobis occurrit ad illorum confutationem. „Si alium Deum prædi-„cant, cur eiuſdem rebus, & literis vtuntur, „contra quem prędicant? ſi eundem quo-„modo aliter? alioqui probent ſe nouos „Apoſtolos, dicant item Chriſtum deſcen-„diſſe, & dediſſe eis virtutem, eadem ſigna „edendi. Volo igitur virtutes eorum pro-„ferre, niſi quod agnoſco maximam virtu-„tem eorum, qua Apoſtolos tranſuerſim „æmulantur? illi enim de mortuis ſuſcita-„bant, iſti de viuis mortuos faciunt.

Enimuerò contra faciunt, nam qui mittitur, eius teſtimonio vtitur, à quo mittitur, ad ſuam auctoritatem confirmandam, quam quia miraculis atteſtari nequeunt, eo quod miraculum ſit ſufficiens teſtimonium ad fidem veram comprobandam, & vbi verum eſt miraculum, ibi vera eſt fides, neque ab Ordinarijs ſunt miſſi, nouam afferentes Doctrinam, pugnantem contra totam antiquitatem, aut ſaltem aliter docentes, quàm docerent ordinarij Paſtores Eccleſiæ, quis niſi inſanus recipiat, & quis nō miretur tam

cæcos eſſe homines, apud quos tantam exiſtimationem etiam facinoroſiſſimi obtinere ſine miraculorum teſtimonijs, ſine miſſione poſſint.

Enimverò teſte Zonara Anaſtaſius Imperator hominem olim librum manu geſtantẽ terribilem vidit, qui diceret: „ Ecce ego ob „ peruerſitatem fidei tuæ, annos quatuor„ decim vitæ tuæ deleo, quod ille Amantio „ Præpoſito cubiculi narrans, ille viciſſim „ retulit. Viſum ſibi aſtantem ſe Maieſtati „ ſuæ à porca proſtratum, atque deuoratum. „ Anaſtaſium itaque nequam & fraudulen„ tum ictum fulmine diuinit[illegible] extinctum, „ Marcell. & Euagr. tradunt.

Imperator Anaſtaſius fulmine ictus interiit.

Conſtantino Copronimo oculi eruuntur.

Conſtantinum vero Copronimum à ſtercore denominatum, quod cum baptizaretur baptiſterium ſtercore fędaſſet, proceres conſilio matris Irenes, luminibus priuant, ex quo ſtatim moritur, Theophranes tamen recenſens vt alijs oculos effoderit, alijs linguas præciderit, ſubdit. Non in longum Dei iuſtitiam, hanc iniuſtam vltionem reliquiſſe inultam, poſt quinquennium namque, eodem inquit menſe, & eodẽ ſabbatho priuatus eſt oculis à propria matre, iuſſionem matris fuiſſe religionis ſtudio, vt tantum teneretur ne amplius imperaret.

Neſtorii pœna

Neſtorius verò ipſo vitæ exitu alter Arrius declaratus, in quo perſpicuè lucet, & quaſi

quaſi pro certo dignoſcitur, quæ merces ſit impiæ in Chriſtum blaſphemiæ propoſita, vterque & Arrius & Neſtorius in eum ſimiliter iecit blaſphemiam, alter appellando creaturam, & alter hominem eſſe exiſtimans. *Ipſe ego* (*inquit Euagr. lib.* 1. *cap.* 7. *hiſt. Eccl.*) *equidem accepi à ſcriptore quodam qui deceſsit è vita talem fuiſſe*, nimirum eius linguam à vermibus eſſe corroſam, Cedrenus totum corpus cum lingua computruiſſe affirmat, ſicque ex huius vitæ miſerijs, ad grauiora ſupplicia iuſto Dei iudicio infligenda eaque ſempiterna migraſſe.

Quid, quod hæreticos, qui ita apertè Deum Chriſtum atque eius matrem (quam nos Theotocon, hoc eſt Dei matrem appellamus) blaſphemant, dicentes Chriſtum non eſſe Deum, nec Dei matrem, ſpoliantes Chriſtum diuinitate ſua, ſic exhorruit Chriſtianus orbis, vt tales proprio vocabulo Athei vocarentur, *homines ſine Deo, in hoc mundo.* Vt Apoſtolus loquitur Epheſ. 2. *& Ethnici, iuxta Chriſti præmonitionem Matth.* 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.*

Ita & Arrius ab Athanaſio ſer. contra Arria. ob cauſam hanc Atheus & Eunomius ab Hier. Atheus vocatur epiſt. ad Octa. & Pama, & Aërius in Eccl. hiſt. Atheus nominatur, talis multo magis Caluinus A-

theus cum ſuis eſt, & omnes noſtræ ætatis hæretici, qui Eccleſia prorſus conculcata, ſe à nemine ordinatos pro Apoſtolis venditant? Sic ita veteribus hæreticis ſe pro Apoſtolis venditantibus, & Eccleſiam vniuerſam contemnentibus, ſicut & noſtris Nouatoribus, qui idem faciunt illud Tertulliani de Marcione, & Valentino de præſcrip. reſpondetur. ,,Probent, inquit, ſe nouos Apoſtolos ,,eſſe, dicant iterum Chriſtum deſcendiſſe, iterum ipſum Chriſtum docuiſſe, iterum crucifixum, iterum mortuum, iterum reſuſcitatum. Sic enim ſolet Apoſtolos facere, dare illis pręterea virtutem ſigna eadem faciendi, quæ & ipſe. Volo igitur & virtutes ſeu miracula proferri.

PRIMVM

PRIMVM SÆCVLVM INCIPIT ab Incarnationis Dominicæ anno 31.

CAPVT XII.

VIdeamus nunc quomodo ad noſtra vſque tempora per fideles operante Domino admirandas virtutes, clara vtique diuinæ & admirabilis virtutis indicia ad noſtram Eccleſiam demonſtrandam, veram eſſe Eecleſiam, non minimum autem erit acceſſionis, ſi per omnes ætates miraculis illuſtrem fuiſſe, ac virtutibus claruiſſe oſtendamus, vt intelligamus eam eſſe veram Eccleſiam, quæ antiquæ ſimilis eſt & in qua hoc durat donum.

In primis ipſe Chriſtus optimus maximus prodigijs & miraculis longe maximis edendis fidem hominum adaugens & cõfirmans diuinitatem ſuam comprobauit, quæ ex Euangelijs manifeſta ſunt, quanquam Chriſti omnia miracula Euangeliſtę ſcriptis nõ ſunt complexi. Huc enim referri arbitror ſi omnia ſigillatim perſcribantur, ne ipſum quidem recepturum eſſe mundum, qui ſcribendi eſſent libros. Ac proinde & nos eorum (Chriſti aliquot miracula.)

quæ ad pręſentem narrationem conducant compendioſè exponendorum , delectu habito , ad reliqua noſtri inſtituti ordine proſequenda accingemur. Quæ ſunt igitur, quę certam, plenamque diuinitatis Ieſu faciunt fidem? Filia Iairi Math. 9. à morte reuocatur, cuius manum tenente Chriſto, ſurrexit puella. Et cum appropinquaret portæ Naim vt dicitur Lucæ 7. ecce efferebatur defunctus filius vnicus matris ſuæ , & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidiſſet miſericordia motus ſuper illam dixit ei, noli flere, & acceſſit & tetigit loculum, & ait: Adoleſcens tibi dico : Surge. Et reſedit qui erat mortuus & cæpit loqui. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum. Non ſubſannabant , ſicut Magdeburgenſes, in ſingulis enim centurijs illis cap. 15. annotantur omnia miracula quæ in ſingulis ſæculis inueniuntur plurima ad dogmatum noſtrorum confirmationem, vt confeſſionis ſacramentalis reliquiarum , imaginum, Euchariſtiæ, pontificatus, monachatus, inuocationis ſanctorum &c. Ipſi enim hos titulos ponunt , & quamuis poſtea ſubiungant, illa omnia fuiſſe dæmonum illuſiones, vel falſas narrationes, tamen nihil afferunt, quod probent, niſi quod ea miracula pugnant cum Euangelio Lutheri.

Et cum Lazarus , quartum iam diem (vt

dicitur Ioan. 11.) defunctus clauſus in ſepulchro, iacuiſſet, grauiterque oleret, cum orationi incubuiſſet, ac totus contremuiſſet, Ieſus altiùs inclamat: Lazare veni foras, & ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus. Laſari reſuſcitatio.

Recenſeamus verò ex pluribus nonnulla quæ faciunt fidem quoque diuinitatis eius. Etenim aquam in vinum ſolo verbo cōuerſam miraculi habere maximam rationem nemo dubitat. Febris itidem verbo propulſata, in Petri ſocru, atque Reguli Filij curatio. Leproſorū ſola voluntate curatio, Claudorum, mutorum, ſurdorum, & membrorum, quæ longiore temporis ſpatio fuerant ſoluta curatio. Dæmones ſæpe ex humanis corporibus eiecti, item quinque panibus, duobuſque piſcibus, quinquies mille viri, ad ſatietatem vſque refecti, quorum reliquiæ ſuperfuere duodecim cophinorum; Paſti ſunt & alij rurſum, ſeptem panibus. quater mille viri, ſportis reliquiarum ſeptem relictis.

Ambulat ſuper aquas, mare increpat, atque vt ſemel dixerim, varios & omnis generis corporum languores curat.

Diuina autem quoque vis & virtus Apoſtolos conſequebatur, nulla infirmitas, nulla vis morbi quæ non ad illorum præſentiam ac contactum continuò fugaretur. Miracula Apoſtolorum.

Digitized by Google

Itaque pro foribus, & ſub dio in plateis deponebantur qui diuturnis confecti erant ægritudinibus, vt ſaltem vmbræ Petri facti participes ab ea qua tenebantut infirmitate curarentur. Ex quorum numero fuit qui à Natiuitate ſua clandus ad templum decumbebat. Plura verò miraculorum exempla tum Chriſti tum Apoſtolorum ex Euang. & Actorum libro petenda ſunt.

SECVNDVM SÆCVLVM.

Ann. 101.

QVæ verò ſecundo ſæculo habemus miracula Chriſtianorum Tertullianus Pręsbiter Carthaginenſis Patre Centurione natus, quem Cyprianus appellat magiſtrum, in Apologia pro fide ad Senatum Rom. ſcribit capite 5. in qua commemorat milites ſub Antonino merentes pluuiam in ſumma ſiccitate, & victoriam in vltima prope deſperatione oratione ad Deum fuſa impetrantes. „Cum Marcus Antoninus „bellum contra Germanos, & Sarmatas ge„reret, aciemque contra hoſtes ſtrueret, ex„ercitum eius omnē, propter ſitim grauem „& diuturnam, ad rerum omnium inopiam, „& deſperationem perueniſſe, ac legionem „noſtrā in genua more noſtro procubuiſſe, „precantem atque Dei opem implorantem,

eam-

,,eamq́ue rem vi nouam, & inſolitam hoſti-,,bus terrorem ingentem intuliſſe. At illis in ,, eundem modum orantibus, aliud inſuper ,,maius præter opinionem & expectationem ,,accidiſſe, frequētibus enim fulminum icti-,,bus hoſtes pulſos, tū quæ ea ſunt ſubſecuta ,,multa denſorū imbriū vi exercitū iamiam ,,ſiti & aquę penuria interiturū, recreatum ,,& reſtitutū eſſe. Tam efficaces noſtrorum fuiſſe preces, Auctor eſt Dyoniſius. ,,Vnam legionem Chriſtiani nominis id impetraſſe, & omnes qui nulla deprauati affectione fideliter & verè id factū noſtris tribuunt. Ex quibus Apollinaris memoriæ mandauit Imperatorē ſtatuiſſe, vt legio illa quæ ex Chriſtianis conſtaret militibus, prærogatiua quadam principem in exercitu obtineret locum, alijſq́ue ſemper pręiret copijs, cui etiam Imperator nomen Ceraunoboli, Tertullianus hoc eſt fulminatricis poſuit, etiā Germanicā illā ſitim Chriſtianorū militū precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur, eundemq́ue Imperatorem capitis quoque pœnam & quidem tetriorem mortem conſtituiſſe dicit Chriſtianorum accuſatoribus. Et ſubiungit: Quā igitur sūt iudices iſti, qui in nos ſolos inquirūt, impij, iniuſti, crudeles quo Veſpaſianus ſeruari iuſſerit, quāuis Iudæorū Victor? Ob quos Traianus ex parte leges fruſtratus ſit, vetādo inquiri chriſtianos, quos

Digitized by Google

neque Adrianus quamquam curioſitatum omnium explorator, neque qui appellatus eſt Pius proſequendos ſanxerit. Sed & Diui Fratres tanti Chriſtianæ legionis beneficij memores, Chriſtianos accuſari vetuerunt, & eiuſdem conditionis cum cæteris eſſe in honoribus adipiſcendis.

Antonius & Verus Diui Fratres neceſſitatem accuſatoribus impoſuerunt ne Chriſtianos læderent. Miracula in Eccleſia Sancti Irænei ætate facta.

Cæterum Irenæus Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus, Pothini, qui curſum vitæ ſuæ cum ad nonaginta annos produxiſſet, & vnà cum alijs martyribus è vita migraſſet, ſucceſſor, in tenera ſua ætate Policarpi auditor fuit, & multa & varia, memoria digna reliquit monumenta; Sed quinque eius extant libri in 2. lib. cap. 57. & 58. eiuſdem operis, clara diuinæ & admirabilis virtutis indicia in Eccleſijs quibuſdam ad ſuam ætatem reſidua fuiſſe, perſpicuè demonſtrat. Ita enim, inquit, tantum abeſt vt ſuſcitādorum mortuorum dono, quemadmodum ipſe Dominus, & Apoſtoli fecerunt, careant, vt perſæpe neceſſitate interueniente Eccleſia orante & ieiunio accedente, ſpiritus in corpus defuncti reuerſus ſit, & homo vitæ donatus.

Et rurſum Quod ſi Dominum non reuera, ſed quaſi fuco obiecto, iſta edidiſſe dixerint, illos ad Prophetarū libros deducemus, atque ex illis oſtendemus, omnia de illo ad eundem modum, & prædicta eſſe, & verè poſt euenisse

euenisſe,& eum ſolum Dei filium eſſe. Quapropter in eius quoque virtute, ac nomine, veri germaniq́ue eius diſcipuli, accepta ab eo gratia, alijs hominibus bene facere, ſicuti ab eo quiſque donum eſt conſequutus, perſeuerant, nam quidam dæmones profligant, aliqui futura prænunciant, nonnulli eos qui grauibus morbis affli&tantur per manuum impoſitionem curant. Iam verò ſicut diximus mortui ſuſcitati ſunt, & multos annos apud nos commorati ſunt. Quid plura? cum numerum donorum Dei inire non ſit, quæ Deus Eccleſiæ ſuæ per vniuerſum mundum diffuſæ donauerit, quibuſq́ue illa in dies in Nomine Ieſu multa miracula ad gentium vtilitatem perficit, neque quemquam dolo & fallacijs deludit aut fraudat, argentum emũgens. Sicut enim grauitò à Deo accepit, ita etiam grauitò ea diſpenſat.

Et alio laico, multos (inquit) fratres in Eccleſia ipſi audiuimus, qui & dona propheti æ habent, & varijs linguis per Spiritus Sancti gratiam loquuntur, & occulta hominum in lucem proferunt, ad eorum vtilitatem; Alij myſteria Dei perſpicuè & efficaciter aperiunt, arcanorum Dei conſiliorum participes effecti.

Porro S. Clemens hoc ſæculo atque ętate 2. cum miraculis, & Euangelica prædi-

cation e

catione exilij ſui ſolum, longè lateque ad Chriſtum adduxiſſet, fontem monſtrante Agno Dei aperuiſſet, diuerſis in locis ædificatis 7. Eccleſijs, tandem anchora ad collum alligata & collo eius ſuſpenſa, in altum mare mittitur. De quo ſuprà opinionem præſentis memoriæ quiddam accidit. Siquidem diebus ſeptem mari ad tria millia paſſuum diuiſo, multi eò eunt, & martyris corpus exoſculantur, templo marmoreo diuina virtute excitato. Et cum aliquando mare (vt aſſolet) diuiſum eſſet, populuſque, ſtata ibi ſacra peregiſſet, atque inde rurſus reuerteretur, euenit vt per parentum obliuionem, illic puer relinqueretur, atque vbi mare in ſeſe redijt, & anno ſequenti cum fluctibus diuiſis parentes eò acceſſiſſent, & puellum ſanum & validum loculis ſancti martyris inſiſtentem inuenere. Vide Niceph. lib. 3. cap. 7. & Hier. Acta quæ de eius ſepulchro mira produnt, Elogium Clementis, ex Eucherio epiſtola ad Valerianum. Clemens ex vetuſta proſaqia Senatorum, atque ex ſtirpe

Clementis ætas & miracula.

„Cæſarum omni ſcientia refertus, omnium-
„que liberalium artium peritiſſimus, ad hanc
„iuſtorum viam tranſijt, Itaque in ea etiam
„excellenter effloruit, vt principis quoque
„Apoſtolorum ſucceſſor extiterit.

S. Ignatius Apoſtolorum diſcipulus.

Sanctus quoque Ignatius Epiſcopus Anthiochenus leonibus expoſitus, à leonibus deuo-

deuoratur, cuius tantum oſſa aſperiora dimiſsa, cum ſummo honore Antiochiam delata innumeris miraculis clarent. Euſeb. in chronico. Hiero. Chriſoſt. Et agente Traiano in hibernis quaſi Deo vlciſcente Ignatij mortem, funeſtiſſimo Antiochiæ terræ motu cōcitato, ægre per feneſtram elapſus Traianus, periculum euaſit, Pedone altero Conſule extincto,

Papias Ioannis diſcipulus.

Pantheon verò templum Romæ celeberrimum, quod erat Iouis vltoris delubrum. Plin. lib. 36. cap. 15. iuſtè Numine vlciſcente de cælo tactum incenditur, cùm vera Religio, Romanorum perſequutione vexatur. Euſeb. Chronic. Hic S. Ignatius, S. Ioannis, inter alios inſignes Epiſcopos Papiam Hieropolis, & Policarpum Smirnæ, ab Irenęo Lugdunenſi auditor recenſetur.

Eodem tempore Policarpus cum tota Aſia maximis perſequutionum procellis premeretur, triduo antequam pateretur, in ſomnis vidit ceruical accenſum flammaque conſumptum, quo in ſtadium currente, vox è Cœlo demiſſa, dixit: „Fortis eſto Policarpe, & excelſo animo rem gere, eum à quo eſſet profecta vidit nemo; Cùm autem Herodes qui Præfectus pacis dicebatur, & pater eius Nicetes Leonibus diſrumpendum adiudicaſſent, à Philippo Numerario reſponſum eſt, ſibi non eſse integrū, quia ferarū

certa-

certamina iam confecta erant, itaque illis viſum, vt viuus in rogum conijceretur, atq; ita factum, vt viſio quæ de ceruicali flãmis conſumpto ei apparuiſſet, impleretur. Verùm vbi rogus extructus, tanquam aries inſignis, ex immenſo grege delectus, vt holocauſtum gratum, & acceptum fieret Deo ómnipotenti, cùm orandi finem feciſſet, cum eum vinculis carnifex retro manibus colligaſſet ad contum, rogum incendit. Qui vbi ardentem flammam effuderat, miraculum ingens, illis quibus idem videre à Deo conceſſum fuit, quiq́ue ad ea quæ gerebantur, cæteris fidelibus verè in poſterum narranda erant reſeruari, viſum eſt; Ignis enim fornicis ſpeciem gerens, tanquam velum nauigij, ventorum flamine turgeſcens, corpus Martyris vndique obuallat, ille in medio conſtitutus, non tanquam caro exuſta, ſed tanquam aurum, aut argentum in camino ignis incendio probatum. Quin etiam tantum & tam gratum fragrantem odorem inde hauriebamus, vt idem ex thure odorifero, aut alio quouis pretioſo aromate afflatus videretur. Ad extremum igitur cùm nefarij & impij homines, eius corpus ab igne minimè conſumi poſſe viderent, carnifici mandata dederunt, vt ad rogum progreſſus, illum ferro ſtricto confoderet. Ex quo tanta cruoris copia effluxit, vt ignem prorſus ex-

tingue-

ſtingueret, & vniuerſa multitudo quæreret ſecum, cum magna admiratione, vtrum tantum eſſet diſcriminis, inter infideles & electos, ex quorum numero Policarpus vnus erat, vir noſtris temporibus omium facilè præſtantiſſimus, Catholicæ Smirnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Doctor Apoſtolicus,& Propheta pius. Nam quodcumque dictum verbum, ex eius ore exibat, idem vel iam expletum erat, vel poſtea pro certo explendum, Centurio autem cùm videret Iudęos in primis atque Gentiles contentiùs inſtare, ne corpus Martyris quod integrum erat atque incorruptum Chriſtiani tollerent, illud in medio poſuit, & vt Gentilium mos fert, igne comburi iubet ac cremari. Sic nos poſtea omnia oſsa eius lapillis pretioſis potiora ex cineribus ſelecta, eo loco repoſuimus, qui illis erat decorus conuenienſque. Iſtą de S. Policarpo, qui Smirnæ martyriū obijt, cùm alijs duodecim ex Phyladelphia profectis, qui idem genus mortis lubentes pertulerunt. Talem quidem exitum res ab admirabili & Apoſtolico Viro Policarpo geſtæ tandem conſequutæ ſunt. Cuius hiſtoriam in ea quam declarauimus epiſtola, Fratres Eccleſiæ Smirnenſis accuratè narrarūt. Hæc ex epiſtola Smirnenſis Eccleſiæ contractiùs annotauimus.

Narciſsus Hieroſolimorum Epiſcopus fama ce- Narciſſus

Hieroſolimorum Epiſcopus.

ma celebris, & miraculis clarus, à nefarijs hominibus, calumnijs & accuſationibus falſis appetitus, clam ſe præ deſiderio ſolitariæ vitæ ſubducēs, ſolitudinem colere non paucis annis elegit, ſeceſſionis eius hæc occaſio fuit: Homines quidam mali, per flagitia omnia & ſcelera, vitam exegerant, conſtantiam & ſeueritatem Narciſſi metuentes, iudicium quoq; eius, ne in fædo deprehēderentur crimine hoc modo declinare volētes, ſtatuerūt calumniam contra eum nequando pænas, quas meriti eſſent, luerent, fallaciam quamdam anteuertentes, conſultis dolis plenam comminiſcuntur, turpemq́ue criminationis calumniam in eum conijciunt. Sicophantiam ergo ſuam iuramento confirmant, diriſq́ue ſeſe & execrationi ſi fallerent deuouentes, atque vnus ſic peierare, ſi non vera dixerim, opto vt ignis incendio diſpeream. Secundus vt ſontico, deteſtabiliq́ue morbo periret. Tertius vt luminis vſu priuaretur, orbitatemq́ue oculorum incurreret. Verum quamuis nemo ex fidelibus, propter nobilitatem, ac teſtatam inter omnes omnino Narciſſi continentiam, atque adeo ob vitæ rationem, ex virtutis regula traductam, illis vel grauiſſimo iureiurando ſe obſtringentibus, animum aut fidem adhibuerit, ille ipſe tamen partim præ indignitate falsò obiectę calumniæ, partim præ cupiditate vitæ in ſa-

pientia,

pientia, ac virtutis ſtudio degendæ, quam iam diu optauerat, multitudine arte quadam decepta profugit, atque annis multis in ſolitudine, deſertiſque locis vitam tranſegit. Cæterùm, qui omnia intuetur ſublimis ille diuinæ iuſtitiæ vltioniſque obtutus, nequaquam cunctabatur, ſed celerrimè impios, qui inter iurandum, tam diris execrationibus, ſeipſos obligaſſent, grauibus calamitatibus afflixit. Primus quidem ſcintilla peregrina noctu in ædes ſubitò ruente, miſerè cũ tota familia, & omni ſtirpe ſua rapido flammarum incendio conflagrauit: Alterius corpus, eodem quem ſibi tanquam mulctam fore imprecatus eſſet, morbo cõtabuit. Tertius ærumnoſos priorum euentus aſpiciens, & cùm celeritatem omnia ſpeculantis diuinæ vindictæ reformidaret, palam inter omnes, quæ contra virum ſanctum ipſe & eius ſocij per dolum & malitiam maleficia confinxiſſet, profeſſus eſt, neque prius, luctus, lachrymarumque modum fecit, quam vnà cum illis oculorum vim, & aciem diffluere ſenſit. Sic illi dignum periurij tulere pretium.

Pleraque verò alia memoria quidem digna de geſtis Narciſſi commemorantur, hoc præterea miraculum ab eo editum in magna & ſolemni Paſchatis vigilia, oleum Diaconis & Miniſtris Eccleſię deerat, vnde cùm

vniuerſam multitudinem grauis quædam ægritudo occuparet, Narciſſum ferunt his qui luminaria apparabant præcepiſſe, vt aquam ex puteo haurirent, & ad ipſum afferrent, hoc ſic facto, illum precatum eſſe, aquæ benedixiſſe, atque vt in lucernam funderetur iuſſiſſe, quare diuina vi in naturam olei colore, & qualitate conuerſa ignis nouam quamdam & clariorem ſpeciem lucemque protulit. Qua ex cauſa idem oleum à multis miraculi gratia eſt ſeruarum. Niceph. lib. 5. cap. 9.

TERTIVM SÆCVLVM.

Anno 201.

Porrò tertia ætate iam ex parte Chriſti Eccleſia gloria affulgente, diuino planè conſilio, ſacra profana Gentilium exoleſcebant, auctoribus ipſiſmet Imperatoribus, nam & Alexander in tẽplis, ſanè nunquam, præter quatuor, aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam poſuit, ſuſurrãs illud Perſij. „In sãctis, quid „facit aurum. Et Maximinus eius ſucceſſor, „auctore Herodiano lib. 7. quæ erãt in templis auri, vel argenti ſuſtulit. Cuius Alexandri Imperatoris Mater Mammea nomine, celebritate Origenis permota cùm Antiochiæ eſſet, explorare cupiens in diuinis rebus ſapientiam eius, piè enim diuina colebat,

Sacra Genti. lium exoleſcunt.

bat, moribuſque ſi quæ alia & ipſa maximè caſtis, & modeſtis erat, virum ad ſe eo accerſiuit, ibique eam doctrina (vt par erat) ad diuini verbi, Chriſtianęq́; diſciplinæ amorem cùm excitaſſet, ad cōſuetum ſcholæ ſuæ laborem eſt reuerſus.

Huius Origenis inſignes fuere diſcipuli, atque inter eos primi Theodorus qui & Gregorius Thaumaturgus ob miraculorum copiam dictus, Neoceſareæ in Ponto quę patria eius erat Epiſcopus, & Athenodorus eius frater (poſt & ipſe Epiſcopus) qui vitam ſuam egregiè omnibus diſciplinis excultam nobiliorem etiam reddidit Martyrio. Cum ergo Phædimus, Amaſæ Epiſcopus prophetico & ipſe ſpiritu clarus inſignes & planè diuinas Gregorij cognouiſſet virtutes, cum fruſtrà conatus eſſet præſentem ordinare Epiſcopum, inuocato Dei nomine abſentem verbo conſecrauit, eique illam ciuitatem attribuit, quę cum eſſet populoſa, tanto idololatriæ tenebatur errore, vt plures quam ſeptemdecim, qui Chriſtianis ſacris initiati eſſent non ſint inuenti, nec plures quam ſeptemdecim in antiquo errore cum moriretur reliquerit, Ciuium ſuorum numero immenſo ad fidem conuerſo, nobilem erexit Eccleſiam, vniuerſo fideli populo pecuniam & operam conferente, quod vt acceptum Deo gratiſſimum Thaumaturgus.

Digitized by Google

munus, nullo valuit vnquam motus impetu peſſumdari, cęteris publicis & priuatis proſtratis ædificijs. lib. de Rom. Pontif. Greg. Niſſenus in vita Greg. Thaumaturgi. Et Theod. lector collat. 1.

Thaumaturgus quæſitus à perſequutoribus non eſt inuentus, ſed tantũ duæ arbores.

Doctrina & miraculis ingentibus floruit. Rupem ingentem collis inſtar, oratione ad Deum fuſa in alium locum tranſtulit, Ædituum templi prophanum eiecto dæmone atque recepto dæmone (hæc ſcriptis mandata proponens Gregorius Sathanæ; Ingredere.) ad Chriſti fidem conuertit. Lacum, pro quo fratres pertinaciter nimis contendebant areſcere fecit. Lici fluminis inundantis, qui & inopinato incolas ſuos opprimebat baculum ſuum quaſi clauſtrum obijciens vndas repreſſit. Baculus autem in ſignum ſanctitatis eius in arborem ingentem excreuit. Hæc de multis pauca ſint dicta.

S. Fabianus columbæ indicio Epiſcop' declaratur.

Fabianus ad quem ſummi Pontificatus adminiſtratio diuinitus delata eſt, columbæ auſpicio in illum deſcendentis Spiritum ſanctum in illo quieſcere hoc tanto miraculo declarauit. Quemadmodum olim certum Seruatori teſtimonium tulit ſanctitatis. Hic Fabianus multa ædificia fieri in cæmeterijs iuſſit, quæ enim ſubtus latebant, in Cryptis arenarijs ſepulchra Sanctorum, erectis deſuper ędificijs reddita ſunt clara, & conſpicua Chriſtianorum vſui oportuna, qui ex more

more eadem cæmeteria viſitarent, atque in eis orare frequenter ſolerent. Huius Pontificatus anno 11. Philippi Auguſti duo Chriſtiana religione initiantur. Certæ leges à Philippo ſancitæ magnũ ſpecimen reddunt Principis Chriſtiani, nam & ſentinam illam deteſtabilium turpitudinum ſuſtulit, & alia plura, piè & ſanctè ſtatuta, quæ exciderunt facilè poſſumus intelligere, quibus & labem inuaſi Imperij ſtuduit abolere, baptiſmate ablutus. Si quid poſt hæc quauis occaſione deliquit, ob quod ab Eccleſia deberet eſſe extorris, facta exomologeſi publicè in Eccleſia Fabiano Papa id expoſcente, magnę pietatis, Chriſtiani Imperatoris culmine dignum exemplum edidit. Euſeb. libro cap. 22 & Niceph. lib. 5. cap. 26.

Cypriano vnde tãta ſcientia Theologiæ?

Cyprianum ad fidem perduxit Cæcilius præſbiter, à quo ob gratiæ ſignificationem nomen accepit, vt diceretur Cæcilius Cyprianus, quemq́ue (vt Pontius inquit) toto honore atque obſeruantia diligebat, obſequenti veneratione ſuſcipiens, non iam vt amicum, animæ coęqualem, ſed tanquam nouæ vitæ parentẽ. Senior acceſſit ad Chriſtum (ex epiſt. 2. vxoratus & cum filijs, & diues vt idem Pontius ſcribit.) Ipſum non ſolum longo tempore acquiſitas diuitias erogaſſe, ſed ſæculo nuncium remiſiſſe, chàriſſima coniuge, & dulciſſimis liberis, Cæci-

Digitized by Google

lio Præsbitero commendatis. Paulò verò poſt Baptiſmum fit Epiſcopus, vnde ei tanta Theologiæ doctrina, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ vſus? Fortè quia adhuc Gentilis contriuit legendo Chriſtianæ Religionis libros, ſiquidem & Tertulliani fuiſſe ſtudioſum ſcimus, niſi res miraculo adſcribatur.

Sub Decio Imperatore accidiſſe Epheſi traditur, vt ſeptem iuuenes ſæuiente Deciana perſequutione in antrum fugientes occluſo à perſequutoribus oſtio ibi ad ducentos annos, ſub Theodoſio iuniore rediuiuos apparuiſſe, de quibus Surius Iulij 27. Metaphraſtes Niceph. Cedre.

S. Mercurius victoriam contra Perſas obtinet.

Cæſareæ quoque in Cappadocia Mercurius pro ſide Chriſti inſigne ſuſtulit martyrium, honoribus pro Perſica victoria auctus, vt ordinum Ductor fieret, hic Angelica præſentia in bello roboratus, cùm primùm de Perſis triumphaſſet, accuſatus quod Chriſtianus eſset, capite plexus de impietate & perfidia Decij Principis triumphauit. Acta apud Surium 20. Decembris.

Oleæ ſterilis miraculo S. Agatha Pannormitanos ciues ignominia notat.

Ad oſtendendam Panormitanorum perfidiam, atque notandam illorum ignominiā, Sancta orāte Agatha, Olea ſterilis enata eſt, & mammilla apparente Petro ei diuinitus reſtituta, cætera quoque membra ſanitati reddita. Quintianus accepta vniuerſa cohorte

horte equitum, occupaturus rerum eius poſ-ſeſſionem, Panormium nauigio traiecturus, duo equi in eum fecere impetum. Et vnus quidem faciem eius morſibus laniabat, alter verò non ceſſabat eum calcibus impetere, donec in flumen eum præcipitarent. Et cũ miraculorum vis in ea clareſceret, Ethna eructãte horribiles ignium flammas circumuicina quæque depaſceret, Paganorũ multitudo fugiens ad ſepulchrum virginis, tulerunt velum eius contra ignem, vt comprobaret Dominus, quod à periculis incendij, meritis Agathæ martyris ſuæ eos liberaret.

Et qui ad templum Martis ducebatur Stephanus, dum oraſſet, continuo tonitruo cum fulgure facto quaſſatoq́ue templo, omnes aufugere diuino miraculo compulit, atque in Crypta Lucinæ, martyrium minimè detrectans, cùm ſacrificium offerret, in ſua ſede obtruncatur, & cum eadem cathedra ſanguine aſperſa ſepelitur. S. Stephani Papæ precibus templum tonitruo & fulgure concuſſum.

Sapricius verò acolytus, Sacramẽta Chriſti corporis portans, cum ea impijs prodere, indignum iudicaret, fuſtibus mactatur, reuolutoq́ue eius corpore, nihil de ſacris myſterijs repertum. Act. S. Step. Sapricius acolytus.

Pauendum verò exemplum, quo mortales quique admonentur humanæ conditionis, Valerianus Imperator qui quãdiu Chriſtianis bene vſus eſt, in imperio floruit, poſt- Valeriani exemplũ nihil Deo inultum

relinquẽte, metuendum.

quam in eos ſæuijt infęliciter prorſus egit. Machriani Ducis proditione, Perſarum Regi Sapori deditus eſt, qui quamdiu vixit, eo incuruato quaſi ſuppedaneo vſus eſt ſubſellio, cùm equum conſcenderet. Dioniſ. Alex. apud Euſeb. lib. 47. cap. 9. Trebellius Pollio. Aurelius Victor Eutr. Conſtantinus porro Imperator in oratione ad Sanctorũ cætum, cap. 24. ſic de Valeriano ait: Quin tu Valeriane, eandem crudelitatem quam Decius in Dei famulos oſtendens, iuſtum ſanctumq́ue Dei iudicium, quaſi ante oculos omniũ ſtatuiſti, dum captiuus prehenſus eras, & vinctus ducebaris, purpura & reliquo apparatu Regio indutus, tandem à Sapore Rege Perſarum iuſſus excoriari, ſaleq́ue conditus, ſempiternum tui infortunij trophęum, ante omnium oculos ſtatuiſti. Quod ipſum, inquit, idem Conſtantinus ad alium Saporem Perſarum Regem ſcripſit. Euſebius in vita Conſtan. lib. 4. cap. 11.

Cæſareæ quoque Philippi, quam Phęnices Paneada vocant, fertur victimã quamdã in fontes qui illic ex radicibus montis Panei prorumpunt (ex quibus Iordanem profluere aiunt) quodam die feſto Gentilium celebritate mactatam conijci, atque eam dęmonis vi ac poteſtate mirandum in modum, ab eorum aſpectu euaneſcere, miraculumq́; videri præſentibus valde memorabile, qui-

bus

bus dum gerebantur, Aſterium quodã tempore interfuiſse, ac cùm videret tam multos illius rei admiratione obſtupefactos, eorum erroris admodum miſertũ eſse, deinde ſublatis in cælum oculis, Deum rerum omnium Moderatorem, per Chriſtum ſupplicẽ precatum, vt dæmonium illud, quod populum tanto errore cæcauiſset, comprimeret, ipſum à fraude ac fallacijs, quas ſolet hominibus intendere, coërceret: Hoc modo cùm Deum orauiſset, repentè victimam fontibus ſupernataſse, atque ita rem illam quam tantopere mirari conſueuerant, in nihilum intercidiſſe, vſque adeo vt nullum in poſterum in eo loco ex ea ederetur miraculum. Ex Euſeb. lib. 7. cap. 14. Aſterius Senator Religioſiſsimus.

Sed & ſingulæ fere Orbis Romani regiones, his atque alijs immanibus cladibus in vltionem Chriſtiani ſanguinis iniuſtè & impiè effuſi, afflictæ fuere. Terræ motibus, multorum dierum tenebris, hiatibus terræ, maris inundationibus, peſtiferâ lue, fame, incendijs (quibus & Dianæ Epheſiæ templum celeberrimum exuſtum eſt) Barbararum gentium incurſionibus & depopulationibus. Tren. in Gatien. Oroſ.

Has autem Barbararum gentium in Romanum imperium irruptiones & depopulationes, quibus Gentiles mirum in modum afflictati ſunt, ad chriſtianæ fidei propaga-

tionem magnopere contuliſſe, Soſomenus lib. 7. cap. 17. teſtatur. Cum Chriſtiani à Barbaris abducti eos vitæ innocentia, & ſanctitate, & mirabilium patratione operum, in admirationem, in amoré; & imitationem ſui conuerterent. Eadem Niceph. l. 8. c. 33.

Aureliano Imperatori quare brachium obriguit.

Sed & Aurelianus nuper malè in Chriſtianos animatus perſequutionem moliens, diuina ſubito vltione deterritus eſt, ſubſcribendo in eos edicto, cum derepente brachium obriguiſſet, & debilitatum ſenſiſſet, Euſ. lib. 7 cap. 24. Quod Trebellius miratur, & fortunæ ludum vel ludibrium putat, Barbararum gentium incurſiones, vaſtationes, irruptiones in tam latè atque longè patens Imperium. Valerianum tam fortem, tam ſolertem, & prudentem Imperatorem, miſerè captum, & imperium penè perditum, Galienum verò nequiſſimum, & ignauiſſimum Imperatorem, aduerſus triginta tyrannos fortiſſimos & prudentiſſimos duces vindicatum retinuiſſe Impetium, non fortunæ ſed diuinæ prouidentiæ concedendum, Chriſtianæ religionis pietati fauenti, dum illum vt eius perſequutorem peſſundat, hunc vt fautorem fortunat.

Erant Hæretici Hieracitæ Gnoſticorum & Manichæorum pulchra propago, porcorum ſimillima, Adamiſtarum noſtrorum, ab Hierace quodam his temporibus, ſed à nullo

nullo annus deſignatur, in Ægypto (inquit) Epiphanius hæreſi 67. Philaſtrius eos ſuo tempore fuiſse in Gallijs & Hiſpanijs tradit, dictoſque eſse Abſtinentes. Euagrius ſcribit in vitis SS. Patrum S. Macharium Ægyptium cùm videret ab Hierarchita ſanam doctrinam argumentis callidis eludi, & fidem fratrum periclitari, prouocaſse ad ſuſcitandum mortuum in teſtimonium rectæ fidei, quem & ſuſcitauit Macharius, Hierarchita præ pudore in fugam verſo, de quibus ſuperiùs dictum fuſiùs.

Suſannæ verò cùm Galerius Maximianus Cæſar vim inferre vellet, Numine deterritus, cuius fulgore eam ambiri cognouit, & ſtatua Iouis ad eius preces proſtrata abſtinuit.

QVARTVM SÆCVLVM.

Ann. 301.

QVarto ſæculo ſub Diocletiano, & Galerio Maximiano Religionis cauſa plures tormentis exagitati, multi etiam morte mulctati, glorioſè coronati ſunt. D. Baſil. de hac perſequutione lib. de virg. ſic ſcribit: Cũ ferueret, inquit, perſequutionis Diocletianæ immanitas, electę virgines propter Sponſi fidem, ad illudendum impijs hominibus traditæ, corporibus inuiolatæ perdurarunt, in eo ſcilicet cuius gratia id perferebant, impiorum conatus omnino irri-

irritos reddente, & integra earum corpora custodiente. Præclarum ſubditur in actis Theophilæ virginis exemplum, à probro ſine dubio, diuino quodam & admirabili modo liberatæ. Cuius cum à lictoribus traheretur, hęc præclara feruntur verba, cum manus, & oculos in cælum tollens, & miſerabiliter aſpiciens; mi Ieſu (inquit) meus amor, mea lux, meus ſponſus, meus cuſtos caſtitatis, & vitæ, vide eam quæ eſt tibi deſponſata, vide ô ſponſe in quem nulla cadit reprehenſio, & feſtina, ne prodas me beſtijs, ne lupi tuam pecudem lanient, ſerua ſponſe ſponſam, meam conſerua caſtitatem, fons caſtitatis, vt tuum quoque nomen, nunc verò maxime glorificetur, quod inceſſanter glorificatur ab Angelis. Hæc illa orauit cum lacrimis, effectum autem dedit Deus, introducta Virgo in poſtibulum, prolato de ſinu codice Euangeliorum, lectioni ſe dedit, qui verò primus ex intẽperatioribus ingredi auſus eſt, tremore agitatus procũbit mortuus, qui ſecundus nimio ſplendore excęcatus fores quibus exiret quærebat, quod æque pluribus accidit nullis egredientibus, quod admirati, plures non iam virginem quærentes ingreſſi, ſed quid factum eſſet explorantes, vident quidem virginem ſedentem, & libro incumbentem, prope verò iuuenem ſplendore admirabili & fulgore collucentem,

Diuina protectio Virginis per Angelum.

tem,ac cum metu pene obriguiſſent, exclamant: Quis ſicut Chriſtianorum Deus? Nonnulli autem impietate obiurata, Chriſti ſacra complexi ſunt, Angelus verò de proſtibulo eductam, ad veſtibulum Eccleſiæ adduxit.

Maximus autem preſbiter, & Siſinnius Diaconus gloria confeſſionis & virtute miraculorum clari, qui inter alios Falconium Pinianum, eiuſque coniugem Lucinam ad Chriſti fidem perduxerunt, qui ambo omnibus Chriſtianis tutum fuere ſemper perfugium, in actis Martyrum ſub hac perſecutione magnopere commendantur.

Ex Martyrum illis actis cælum ipſum pugnaſſe pro ſacris ſcripturis ne comburerentur habetur; Cum enim eas ſacrilegus Magiſtratus in ignē inijceret, ſubito imber ſereno cælo diffunditur, ſcripturis ſanctis admotus ignis extinguitur, grandines ſuccedunt copioſius, omniſque ipſa Regio pro ſcripturis dominicis elementis furentibus deuaſtatur. Hoc contigit in Alutinenſi Colonia Africæ.

Extat Cluniæ in Hiſpania in nobili columna huiuſmodi inſcriptio: *Diocletianus Iouius, Maximianus, Herculeus, Coſſ. Aug. amplificato per Orientem & Occidentem Imp. Rom. & nomine Chriſtianorom deleto, qui rempublicam euertebant*, & rurſus ibidem altera, Diocletiani & Herculei vera iactantia.

Diocle-

Diocletiano Coſ. & Auguſto, Galerio in Oriente adoptato, ſuperſtitione Christi vbique deleta cultu Deorum propagato, & alibi aliæ. At contra accidit, vt re Christiana magis efflorescente, ipſorum acta viginti annorum penè omnia perierint. Deperditis hiſtorijs, de eorum rebus geſtis, idque iuſtiſſimè, quod in Christianorum ſacros codices adeo ſæuierint.

Aliphij inſigne facinus.

Vrbanum præſidem Aliphius Lycius adoleſcens viginti Annorum nobilitate & eruditione inſignis, ſacrificantem manu prehenſum cohibet, quare innumeris, & acerbiſſimis tormentis ſubiectus ad extremum ſemianimis in mare proijcitur, ſed ingenti coorta tempeſtate, & terræ motu, corpus ad portam Cæſareæ ciuitatis magna cum admiratione eiectum, ſumma veneratione colitur. Euſeb. l. 8. c. 14. Huius Maximiani Galerij tantæ immanitatis perſequutio fuit, vt per ſiluas aberrantes profugerent, quod quidem etiam accidit D. Baſilij parentibus, auctor eſt Greg. Naz. & ipſe Baſilius.

S. Iulittæ verò in igne inſilientis, emiſſa anima, nulla ex parte corpus læſum ſummo cum honore ſepultum eſt, fonte diuinitus in eo loco, vbi rogus eſt extructus, ſcaturiente, Baſil. oratione in S. Iulittam.

Dorothæa Virgo Thimotheum aduoca-

Maxi. Galerij eadem perſequutione Dorothæa virgo Cæſariæ martyrio affecta eſt, cui

cui ad ſupplicium eunti, Timotheus aduocatus præſidis ſubſannando: Eia ô Chriſti ſponſa, mitte mihi de Paradiſo ſponſi tui mala aut roſas, qua annuente,& in loco ſupplicij orante comparuit puer in orario ferens tria mala, & tres roſas, cui illa, obſecro te, vt feras ea Timotheo, & dicas ei; Ecce quod à me petijſti. Et illa quidem percuſſa gladio, perrexit ad Chriſtum, Timotheus verò viſo miraculo, exclamans. Verè Deus Chriſtus eſt, multis & ipſe tormentis afflictus, ferro cæſus eandem cum ea coronam adeptus eſt. Sur. 6. Februarij. tum conuertit.

Ianuarium quoque Epiſcopum Beneuentanum ea perſequutio oppreſſit multa perpeſſum ac gladio capite mulctatũ. Acta porro habent corpus Neapolim poſt multum temporis tranſlatum, magna ob ingentem, & frequentem miraculorum operationem, veneratione coli. Viget ibi inſigne illud, & perenne miraculum, ſanguinis eiuſdem martyris, qui in vitrea ampulla aſſeruatur. Is cum alioqui concretus, atque durus ſit, ſimul atque ad caput martyris admouetur, protinus liqueſcit, fluit & ebullit, maxima omnium admiratione. S. Ianuarij ampulla,

Et recrudeſcente paulatim perſequutione, quæ fuerat remiſſior, Eccleſia Orientalis à Maximino exagitatur, alijs plurimis ſiniſtro pede debilitato, dextero oculo effoſſo, Maximinus Imperator perſequitur Chriſtianos.

ad me-

ad metella damnatis, & poſt dira tormenta necatis, alijs itidem, pede debilitato, ſiniſtro effoſſo oculo, eadem immania paſſi ſunt, tanta ſæuitia, & inhumanitate, vt ipſa ſanctorum corpora inſepulta feris prędam permiſerint, atque ipſoſmet Gentiles humanitatis tantum cauſa puderet, & tæderet. Sed & ipſa tellus prodigioſo quodam modo exhorruiſſe videtur, cum ſereno, & ſudo cælo, columnæ ipſæ publicorum operum guttatim fluxerint, fora & plateæ humore maduerint, omnibus ſtupentibus, & quaſi terræ, & lapidum lacrimas, de tanta hominum feritate agnoſcentibus.

Sanctus Victor præſcius de morte Maximiani.

Victor certè natione Maurus cum Maximiani Herculei iuſſu ob Chriſti confeſſionem ad necem adduceretur, ait ad milites, dicite Maximiano illum hoc anno abiturum è vita, ille Imperium affectans detectis per Fauſtam Imperatoris Conſtantini vxorem ac Maximiani Herculei filiam inſidijs fugam capeſſens, inſequente Conſtantino, Maſſiliæ incluſus, de ſalute deſperans, laqueo ſibi vitam abrupit, aut à Conſtantino abrumpitur, vt auctor eſt Victor, aut morbo extinguitur, vt ſcripſit Zoſimus.

S. Marcellus Maxẽtio ſimulante auget Eccleſiam.

Extant acta S. Marcelli Papæ apud Surium 16. Ianuarij in nonnullis corrigenda vt in Conſulibus; vt de miſſione Ciriaci Diaconi cum Siſimno, & Smaragdo, ad Regem Perſa-

Perſarum Saporem, vt eius filiam à dæmonio curaret, & de Rege baptiſato, quæ minùs conſtare videntur. Hic Beatiſſimus Patronus Eccleſiæ noſtræ Altimontẽſis in Prouincia Hannonicẽſi, cuius ſacri corporis præſentes Reliquias venerari à Deo nobis conceſſum eſt, vſus ſub Maxentio pace Eccleſię, quam ſimulatio chriſtianæ religionis in eodem Maxentio præbebat, ordinandæ Eccleſiæ ſuperiori perſequutione perturbatæ, inſiſtens, nouum cæmeterium via Salaria, & viginti quinque titulos in vrbe conſtituit, quaſi Diœceſes ad baptiſmum & pœnitentiam eorum qui ad fidem veniebant, & ad ſepulturas Martyrum, ex Act. Rom. Pontif. Quo innuitur impetraſſe à Maxentio, vt corpora ſanctorum Martyrum in vrbe ſepelirentur, quod iure Romano vetitum erat. Ereptus ergo S. Marcellus è ſtabulo à clericis, ad quod à Maxentio ad equorum publicorum miniſterium damnatus fuerat, rurſum à Maxentio in illud retractus fuit, & amictus cilicio moritur 17. Kalendas Februarij cùm ſediſſet annis quinque, menſe vno, diebus viginti quinque, vacat ſedes dies viginti, quinta Februarij creatus Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ, Euſebius Grȩcus.

Corpora martirum in vrbe ſepeliri cæpta.

Recenſentur & fæminarum præſtantiſſimarum martyria inſolita & inuſitata, quarum memoriam cùm Eccleſia annua recoiat

celebritate, credendum eſt, inſtinctu Spiritus Sancti, vt & Sampſonem, ſibi mortem intuliſſe. Lege Aug. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 2. & 26. Siquidem non vna ſed plures fœminæ Chriſtianæ, exemplum ediderunt ne diſpendium caſtitatis paterentur in corpore, mortem ſibi conciſcentes, vt Pelagia virgo Antiochena, quæ ſe præcipitio, carnificibus, ac lenonibus eripuit, ne quid abominandum per vim ſuſtinere: habetur in Actis Luciani, & mater & ſorores, quę eadem de cauſa ſe in flumen præcipitauerunt, ac inmerſerunt, quas celebrat S. Ambroſius lib. 3. de virgin. Ita & Sophronia Romana Matrona Præfecti Vxor, expetita à Maxentio ad ſtuprum, pro ſua in omnes libidine, & à marito vim metuente abduci permiſſa, dum ſe ornare ſimulat, ferro tranſuerberat, cadauere lictoribus relicto, quo palam factum eſt ſolam Chriſtianorum pudicitiam nec pecunia expugnari, nec morte extingui poſſe.

Fæminæ pro amore caſtitatis ſeipſas necant

Huc referri poteſt & Ioannes Martyr Ægiptius genere, oculorum officio priuatus, ſed tanta memoriæ vi præditus, vt ſacras literas, quaſi ex codice, cum ingenti omnium ſtupore, & mei quidem ipſius, recitaret, qui illum non ſemel audiui, ait Euſeb. lib. 8. cap. 22.

Memoriæ ſingularis Ioannis Ægiptij oculorum officio priuati

Porro Arrij Archipręsbyteri horrendæ blaſ-

Blaſphemiæ Arrii

blaſphemiæ Alexandriam occupare cæperant. Hic Arius excommunicatus, pro ſciſmate cum Meletio, poſt verò illi facta venia, Eccleſiæ reſtitutus, rurſus ad Meletium cum defeciſſet, ne amplius reciperetur, Petrus Alexandrinus Epiſcopus mirabili quadam admonitus viſione Achillam & Alexandrum presbiteros pro eo interpellantes conteſtatus eſt. Quod viſus ei eſſet Chriſtus, veſte diſciſſa dicens, hanc mihi diſcidit Arius, caue ne eum in communionem recipias.

Non minimum autem durante aliquamdiu perſequutione, ſollicitudo Eccleſiæ Anthonium tenebat, dum amore incenſus martirij Confeſſores ex eremo ſequutus Alexandriam, exhortabatur vnumquemque pro fidei defenſione ad mortem vſque decertare, & ſuo aſpectu ex loco eminentiori candente indutus, veſte prouocabat Iudicem tranſeuntem, ſed placuit Deo ſeruare Monachorum magiſtrum ſuperſtitem, qui & Catholicam fidem prædicaret exemplis, & ſequentibus ſignis confirmaret. Quot tunc diabolica obſidione & varijs infirmitatibus liberauit, quot ſimulachris erepta ſunt ſpolia, quot etiam ab errore Gentilium retracti, noſtro iuncti ſunt gregi? Hæc ex Athan. in actis Anthonij.

S. Anthonius fidē Catholicam miraculis & exemplis prædicat.

Lucianus preſbiter Antiochenus doctus æquè ac ſanctus plures milites lapſos & alios per pænitentiam Eccleſiæ reſtituit,& ad Martyrium vſque perduxit. ex Euſeb. libro 8. capite 27. & 28. qui recitatam ait ab eo Apologiam coram Præfecto, coniecto in carcerem mors longa decernitur, per varios cruciatus,& famem.

Menſa & Altare S. Luciani.

Præclarum verò in primis eſt, quod legitur de ſacris ab eo myſterijs in carcere peractis, cum enim altare deeſſet, menſa,inquit, erit nobis hoc meum pectus, (ſupinus enim iacebat ſubſtratis acutis teſtulis, & pedibus in cippũ iniectis,atque diſtractis) templum autem Sanctum vos mihi eritis, me ex omni parte circumdantes. Impoſitis igitur ſuo pectori,ſignis diuini ſacrificij,ſublato in cœlum obtutu, & ſacro ritu precibus peractis, & ipſe fuit particeps ſacramentorum, & alijs diſtribuit, poſtridie in hac voce, Chriſtianus ſum, emiſit ſpiritum, cum totos 14. dies in ſubſtratis teſtulis iacuiſſet.

Conſtantini de Regibus victoria crucis præſidio.

Euſebius lib. 1. vitæ Conſtantini, capite 6. ſcribit narratam ſibi à Conſtantino vtramque victoriam contra Licinij tyrannidem, primam quidem in Pannonia, Secundam in Tracia ſe conſequutum, ſalutaris ſigni præſidio, quod quocumque inferebatur, hoſtes fugabat, & cum quinquaginta viri, ad vexillum illud ſalutare circumferendum, deſti-

deſtinati eſſent, nullum eorum circumuolitantibus telis, fuiſſe occiſum, niſi qui illud præmetu deſtituiſſet.

Hic ętate quę erat Saluatoris Domini noſtri 312. Conſtantini Imperij 6. In ſuperiori Armenia, cui præerat Tiridates facta eſt ingens perſequutio, nō ſolum enim Gregorius ipſe, qui poſtea eius Eccleſiæ Epiſcopus fuit, grauiſſima ab eo paſſus eſt, ſed & Ripſimes vna cum ſocijs eius virginibus 33. Deo dicatis, pro tuenda caſtitate, & fide, poſt dira tormenta, necati ſunt, Cum Tiridates à numine propter ſummam impietatem percuſſus inſania, tamen ope D. Gregorij priſtinæ mentis ſanitate reſtitutus, quos antea fuerat perſequutus, coluit Chriſtianos, & ipſorum religione ſuſcepta, Gregorium cum litteris, quæ adhuc extant apud Surium 30. Sept. miſit ad Leontium Epiſcopum Cæſareæ Cappadocię, cuius per totum Orbem nomen erat celebre, petens vt eum prouinciæ illi ordinaret Epiſcopum, cuius vigilanti ſtudio & indefeſſo labore, Eccleſia magna illa ſuſcepit incrementa. Acta magni illius Gregorij ab Euthimio accuratiſſimè in Panoplia 2. titu. 20. deſcribuntur.

Tiridatis Armeniæ Regis ex perſecutore Chriſtiani cōuerſio.

Erat porrò hæc ętas propter virtutem eorum qui Eccleſijs id temporis præibant, ſatis glorioſa, nam cum alij multi

S. Spiridion Paphuntius & Maximus confeſſores mutilantur membris.

boni Chriſtiani tunc quidem vixerunt, tum quàm plurimi Confeſſores perſequutionis tempeſtatibus iam nuper ſedatis fuere ſuperſtites, Eccleſijſque multum ornamenti attulere. Vt Paphnutius Ægyptius per quem Deus quàm plurima miracula operari voluit, dæmones profligauit, eique variorum morborum ſanandorum facultatem dedit. Iſte Paphnutius & Maximus, erant ex illorum confeſſorum numero, quos tyrannus ille Maximinus ad metalla, cum oculos eorum dexteros effodiſſet, ſiniſtrorumque pedum flexus eneruaſſet, condemnauit. Soſomenus lib. 1. cap. 10.

Iacobus quoque Niſibenus in Meſopotamia Epiſcopus, mortuorum excitator, infinitorum patrator miraculorum. Theod. lib. cap. 7.

S. Nicolaus epulat.

Inter tot præſtantiſſimos Epiſcopos, ceu fulgentiſſimum ſydus apparuit S. Nicolaus Myrrę in Lycia Epiſcopus, fidei confeſſione & exilij perpeſſione clariſſimus, & innumeris in vita, & poſt mortem toto orbe celeberrimus miraculis. Acta Surij.

S. Spiridion his annumerandus non inferior Nicolao, Trimithuntis Epiſcopus, & ipſe vnus ex illis, nobiliſſimis confeſſoribus, quos Maximinus Imp. dextro effoſſo oculo, & ſiniſtro poplite ſucciſo, ad metella dãnauerat, mortuæ & ipſe filiæ ſuſcitator. Act. Metap.

Multos

Digitized by Google

Multos præterea doctrina & ſanctitate,& miraculis celebres commemorant Hiſtoriographi.

Parthenius Lampſacenus ſignis & miraculis clarus, hominem à pueritia habentem ſpiritum dæmonij immundi, qui tamen ignorabat inhabitatorem, verbo curat. Act. Surij Februarij 7.

S. Parthenius, ſpiritum immundum habentem ab infantia curat.

In Ægipto prope innumeri claruere eminenti ſanctitate conſpicui, ſanctiſſimi monachi Anthonij collegæ vel diſcipuli in quibus præter ſupra memoratos vixit Ammon ille, de quo refert Athanaſius in S. Anth. vita; viſam fuiſſe eius animam ab Anthonio, inter Angelorum choros in cœlum ferri. Idem refert de Ammone, illud inſigne miraculum eius,cum ab vna ripa fluminis in alteram abſque nauigio, vel fluctuum calcatione diuinitus eodem momento tranſlatus eſt. Eiuſmodi celſa primordia narrat Socrat. li. 4. cap. 18. cum inuitum ad nuptias inductum, ſponſę ſuaſiſſe, vnà ſimul in corporis integritate vitam ducere, quam & in monte Nitriæ in eodem tugurio, ad exiguum tempus, nullo ſexuum habito diſcrimine, monaſticam vitam exercuerat, & non multo poſt tempore, ipſa annuente ſponſa, ſegregati alter ab altero,quod reliquum erat vitæ in magna abſtinentia exegerunt.

S. Ammon.

Admirabilis verò Abraimus ordinatus

Preſbiter à Lampſaceno Epiſ. cui attributus fuit vicus omni idololatriæ ſorde adeo ſqualidus, vt à nullo ante ad Chriſti fidem & pietatem potuerit adduci. Hic ſimulachris aliquando clam in terram detractis, & confractis, popularem furorem in ſe concitauit, ita vt ſæpius cæſus, & ſemianimis relictus, & ſæpius diuina ope recreatus, per triennium hæc paſſus incredibili cum patientia, & aſſiduitate precum, conuerſionem omnium illorum à Deo impetrauit, quibus per Baptiſmum regeneratis, & in pietatis doctrina inſtitutis, clam ad ſolitudinem ſe recepit. Hæc & plura, S. Epiſcopus apud Surium 16. Martij.

S. Athanaſius à Maximo Epiſcopo Treuirenſi hoſpitio exceptus.

Athanaſium verò Maximus Treuirenſis Epiſcopus non vt exulem, ſed vt confeſſorem, & de impietate triumphantem cum populo excepit, S. Martini hoſpes, miraculorum & ipſe gratia clarus, cæcis lucem infudit optatam, & Paraliticorum ſolutos artus reformauit, & eos qui dæmonum perſuaſione humanam mentem exuerant, fœdo prorſus liberauit dominio.

Hilarius autem Pictauorum Epiſcopus, prouectâ ætate Chriſti fide & baptiſmo initiatus, vnus illorum erat qui Arimini cladem illam Eccleſiæ acerbiſſimam miſerabantur, libellum ſupplicem Conſtantino dedit, quo eum conuenit obteſtatus, vt fidem liberam

eſſe

Digitized by Google

eſſe vellet, Iudices à cauſis Eccleſiaſticis abſtinere iuberet, & Catholicos Epiſcopos relaxaret. Cæterùm exules ſatis conſtat totius orbis ſtudijs celebratos, ex omnibus ferè Prouincijs frequentatos, de quibus S. Ambroſius ad Eccleſiam Vercellēſem epiſt. 72. Errauerunt toto orbe, & nihil habentes, & omnia poſſidentes, quòcumque miſſi eſſent, locus delitiarum putabatur, neque enim illis quidquam deerat, quibus fides locuples abundabat.

Euſebius Vercellenſis Epiſcopus Scythopolim Paleſtinæ ablegatus, primum apud Ioſeph Comitem ex Iudæo Chriſtianum factum, & Comitatus honore à Conſtantino donatum, hoſpitio exceptus, & magna cum charitate tractatus eſt, ad cuius viſitationem, ego & alij fratres (ait Epiph. hæreſi 30.) illuc profecti etiam ipſi apud eum diuertimus. Poſtea à Ioſepho diuulſus, diræ cuſtodiæ mancipatus eſt, ſub Patrophilo veternoſo hæretico Arrij quondam ſocio, & homine immaniſſimo; quæ autem & quanta paſſus ſit ſub eo, libello ad eum miſſo, & litteris ad ſuos Vercellenſes indicat. Porro in litteris ad Vercellenſes quæ extant, elucet Paſtoris erga ſuas oues affectus. Alias eius ærumnas legere potes apud Ambroſium ſer. 69. qui creditur S. Maximi, ſed & ad alia atque alia loca tranſlatum, teſtes ſunt ſcrip-

tis, Muſin. lib. 1. cap. 27. Socrates 3. cap. 4. Theod. 3. cap. 4. Soſom. lib. 5. cap. 11.

S. Dioniſius Paulinus exules.

Inter alios verò Occidentis confeſſione fidei claros Epiſcopos exules duo ex ipſis coronam Martyrij aſſequuti ſunt, Dioniſius Epiſcopus Mediolanenſis & Paulinus Treuirenſis, de Dioniſio hæc habet Ambro. epiſt. ad Veronenſes. Denique & Dioniſius exegit votis, vt in exilio vitam poneret, ne regreſſus confuſa inſtitutis, & vſu infidelium ſtudia plebis, aut cleri inueniret, meruit hanc gratiam, vt pacem Domini tranquillo affectu ſecum referret, itaque vt Euſebius Sanctus prior leuauit vexillum confeſſionis, ita B. Dioniſius in exilij locis propiore Martyribus titulo exhalauit.

Vnde tanta Hilario eruditio?

Miraculum planè eſt S. Hilarium ex coniugio ad Epiſcopatum aſſumptum virum alioqui eruditum, controuerſiarum tamen Eccleſiaſticarum prorſus ignarum, adeò, vt ipſum quoque Nicenum conſilium præteriret notum omnibus (quod incredibile videri poſſet, niſi ipſemet affirmaret in lib. de Synodis) tantum repentè Doctorem & Antagoniſtam aduerſus Arrianos extitiſſe.

S. Babilæ præſentia idolum Apollinis obmuteſcit.

Daphne eſt ſuburbiũ Antiochiæ, nemore multis Cupreſſis veſtito cinctum, alijſque arboribus cupreſſis admixtis variatum, ſubter arbores autẽ terra pro temporum viciſſitudine,

tudine,alios ſuccedentes flores bene olentes cuiuſque generis producit. Locus autē vndique ramorum & foliorum denſitate, quæ ſolis radios ad ſolū vſque terrę, haud penetrare ſinit, velut tecto vel vmbra, potiùs circumfuſus eſt. Eſt autem propter abundantiam & pulchritudinē aquarum,tum propter temporum æquabilitatem, tum denique propter placidorum ventorum flatum peramænus, & ad oblectationem valdè accōmodatus. In hoc Daphnæi Apollinis ſtatua fuit,& delubrum magnifica operaret ſumptuoſa conſtructum, quod fama eſt, à Seleucio Patre Antiochi, à quo Antiochia nomen accepit , ædificatum eſſe. Vbi verò Gallus Iuliani frater Cæſar à Conſtantio deſignatus Antiochiæ propter barbarorum incurſionem ætatem degit, conſtituit hunc locum purgare cum ſuperſtitione Gentilium, ibi Eccleſiam in delubri loco extruxit,tranſtulit in Daphnem loculum Babilæ martyris, ex quo quidem tempore dicitur Dęmonium, nullum oraculum vti conſueuerat edidiſſe. Iulianus itaque dæmonem de cauſa ſilentij interrogās,reſponſum hoc retulit. Daphnes locus cadaueribus ſcatet, id quod oraculum arcet.Id verò probe intelligens Iulianus dictum ob corpus Babilæ ibi conditum, cuius diuina quadam vi à fūdendis oraculis tenebatur,aſportari iubet, quod quidem celebri

pompa

Digitized by Google

pompa à Chriſtianis, cum magna frequentia, cum hymnis in Vrbem illatum eſt, hunc verſiculum occinentibus: *Confundantur omnes qui adorant ſculptilia.*

Haud ita verò diu poſt, ignis ex improuiſo in delubrum Apollinis Daphnæi irruens totum tectum & ipſam ſtatuam flamma penitus abſumpſit. Ignem non ab hominibus iniectum, ſed diuina vltione è cœlo dimiſſum in delubrum irruiſſe, conſtanter omnes affirmarunt, & ipſe etiam Apollinis ſacerdos in iudicium productus, & multis verberibus cæſus, grauiterque cruciatus, neminem tamen omnino indicauit.

Christi ſtatua à Iuliano deiecta.

Auctor eſt Soſom. lib. 5. Eccleſ. cap. 20. Cum certior factus eſſet Iulianus Imperator Cæſareæ (eſt in Phænicia vrbs ea quam Paneadem vocāt) præclaram eſſe Chriſti ſtatuam, quam mulier quæ ſanguinis profluuio laborabat cum eſſet morbo liberata ibi collocauerat, eam deturbauit, ſuamque in eius locū repoſuit, quo facto ignis violentus de cœlo lapſus, ſtatuam illam circiter pectus perſecuit, caputque cum collo in terram deiecit. Atque in facie humi eam in parte defixit, quæ fuerat à pectore diuulſa. Ex quo quidem tempore ad hodiernum diem, atra tanquam fulminis ictu ambuſta, manet. Ex baſi ſupra quam hęc ſtatua locata erat, herba quædam vti narrat Euſeb. quæ morbis

cuiuſ-

cuiuſque generis mederi ſolet, enaſcebatur. Quæ quidem cuius generis eſſet, nemo noſtrorum Medicorum, qui vel ſciētia valebat medēdi, vel experientia, omnino nouit, neq; certè mihi mirū videtur, à Deo cùm ad carnem humanā ſumendā ipſe veniſset, beneficia adeo noua & peregrina hominibus delata eſse.

S. Apollonius idololatras immobiles reddit.

Accidit autem vt datâ facultate Gentilibus à Iuliano, Orgia celebrandi in confinio monaſterij S. Apollonij Abbatis, quod in Ægypto extat, vt ſimulachrū bacchantium more circūferrent, quare conſpecta Apollonius, dū fortè illac cum aliquot fratribus, iter haberet, miſeratus eorum errorem, Deo inuocato, illos cum ſimulachro ſic defixit loco, vt per totum diem moueri non poſsent, quo miraculo commoti ad eum mittunt rogatum ſe vt diſsoluat à vinculis, omnē Chriſti fidem amplexuros, qui veniens omnes ſolâ oratione reſoluit. Et illi gratias agentes, Chriſto ſe addixerunt, quâ re vulgatâ, plurimi ad fidem conuertebātur, ita vt in regionibus illis nullus amplius iā gentilis remaneret.

Iulianus bona Christianorum Fisco addixit.

Intentione autem cultum Deorum reſtituendi Iulianus Imperat. hoc primum prętextu, quod templorum diuitijs aliqui ditati eſsent, quod ex Euangelij præſcripto Chriſtiani nequaquam deberent affluere diuitijs, ſed etiam petentibus eas, impendere, & ſuperad-

ſuperaddere, & perfectionis cauſa omnia erogare, Fiſcus eorum bona inuadebat, quo nomine rapaces iniecit manus in opulentiſſimum Gallicani viri Conſularis quondam generi Conſtantini patrimonium. Sed reditus egenorum tutatus eſt Deus, metuendis prodigijs. Nam quicumque accedebat, vt prædijs vel domibus fiſcales affigeret titulos, vel exigeret penſiones; arripiebatur à dæmone, vel percuſsus leprâ è veſtigio recedebat. Sed nequam illi ſpiritus expetentes de Gallicano vindictam, ab obſeſſis corporibus ſe minimè egredi poſſe iactabant, niſi ipſe Dijs ſacra ageret Gallicanus, quo nomine conuentus cum facere renuiſſet, Iuliani reſcripto, ex Italiæ finibus abire iuſſus, ſe contulit Alexandriam, vbi à Rauciano Comite truncatus capite martyrium fęliciter conſequutus eſt, quo eodem tempore Romæ Hilarius Gallicani perneceſſarius, necnon Donatus Aretinus Epiſcopus ſpectatatæ ſanctitatis Vir, obtruncatione capitis martyrio coronati ſunt.

Sancti verò Ioannes & Paulus fratres tā genere quàm fide, capite itidem cæſi ſunt, & poſt mortem miraculis clarent, nam corpora eorum quæ domi profunda foſſa clam defoſſa erant, miraculo manifeſta apparuerūt.

Sed & Victricius miles pro Chriſto abijciens cingulum, magnis affectus ſupplicijs,

& ca-

& capitis damnatus, carnifice qui ad eum cędendum miſſus fuerat cæcitate percuſſo, ipſe vinculis ſolutus, liber euaſit. Et poſt Rothomagenſis Epiſcopus factus, Morinorum, & Neruiorum gentes indomitas, verbi prædicatione ad Chriſti fidem conuertit. Et demum Confeſſor in pace quieuit.

Accidit quoque agente Iuliano apud Perſas, vt dæmon quo internuncio vtebatur ad res otiùs cognoſcendas, in Occidentem miſſus, in quodam loco vbi etiam Monachus aſſiduè orabat, per decem dies ſiſteretur, ſic vt progedi non poſſet, & re infecta reuerſus, rem Iuliano referret, qui mortem Monachis ex Perſide reuerſus minatus eſt. Publius Monach. ſiſtit dæmonem Iuliani internuncium.

Miraculum hoc de repreſſo dæmone audiens quidam procerum, omnibus ſuis in pauperes diſtributis, ad Publium profectus, Monachatũ inijt. Cedrenus Glicas. Aduerſus vnam innocentem, adulterij ream Vercellenſem fæminam exercitam veritatem luculétiſſimè ſcripſit Hier. epiſt. 49. ad Innoc. quæ confitente iuuene, quod non fecerat mulier innocens, nolens mentiendo quod non erat confiteri, ne peccaret, poſt acerbiſſima tormenta morti tradita, ſepties icta, nec obtruncata, vt mortua ſepulta, & rediuiua pluribus miraculis clara, per intercesſionem Damaſi à ſeueriſſimo Imperatore eripitur martyrio, ne iterum moriatur. Hæ erant Valentiniani leges ſeueriſſimæ. Fæmina ſepties icta.

Valens Imperator profectus Edeſſam, cùm vidiſſet omnibus Eccleſijs Orthodoxis ablatis, populum catholicum in campo ante ciuitatem conuentus agere, iratus Præſidi Modeſto, pugnum in maxillã infligit, quod contra ſuum mandatum id fieri permiſiſſet, mandatque vt multitudinem illam coacto exercitu diſſipet, virgis fuſtibuſque cædat; re vulgatâ, ſequenti luce Præfectus in foro conſpicatur mulierem properantem, & infantulum geſtantem, & militum agmen perrumpentem, accitam interrogat, atque agnoſcit ſe ideo cum filio properare, vt cædis paratæ cum reliquis particeps fiat; ex cuius vnius mulieris ardore animi de cæteris conijciens, Imperatori renünciat, fruſtrà niti, & nihil ex ea cæde præter dedecus conſequi, nec tamen eorum animi ſtudium extinguendum, iubet itaque à cæde abſtinere, in clericos furorem conuertit; octoginta ex illis mandat in Thraciam, non tam in exilium, quàm ad necem, ob Athanaricum in Chriſtianos furentem. Qui cùm in itinere ciuitatibus & pagis obuiam procedentibus ſummo honore, vt Chriſti athletæ exciperentur, colerenturque; re cognitâ, Imperator, vt bini in varias partes diſtrahantur, imperat: Eulogius igitur qui alijs præerat litteris, & Protogenes in Antionem Thebaïdis relegati, ibi pauci Chriſtiani, plerique Gentiles cùm

Ardor Chriſtianorum ad mortem pro Chriſto properantium,

Digitized by Google

cùm eſſent, præclaram illic Deo operam narunt, quidam in cella incluſus, aſſiduè deprecans Deum, Protogenes verò aperto litterario ludo, pueros litteris & pietate informans: Quorum vnum ægrotãtem cum aliquo inuiſens, contactum ad ſanitatem reuocaſſet, cupidè etiam ab alijs Gentilibus domum aduocatus, eadem morbi occaſione, non priùs Deum deprecaturum, vt morbum depellat, proteſtatur, quàm qui ægrotaret, Baptiſmi lauacro tinctus eſſet, & cùm parentes aſſentirentur, eos ad Eulogium Presbyterum adductos baptiſari curans, animo & corpore pariter ſanabantur.

Porro Saraceni qui ſub Mauia Regina militabant, per Monachos iuxta ipſos degentes, & maximè per S. Hilarionem (qui vt teſtatur Hieronymus, multos Saracenorum arreptos à dæmone frequenter liberauit) didicerant veritatem chriſtianam, quæ poſtea per Moyſem Epiſcopum latiùs propagata eſt. Nam dum Mauia Saracenorum Regina vehementi bello Paleſtini, atq; Arabici limitis oppida quateret, atque Vrbes vaſtaret, & Romanos attriuiſſet exercitus, oratam pacem non aliter ſe daturam dixit, niſi Moyſes Monachus, gentis ſuæ ordinaretur Epiſcopus, qui in eremo partibus ſuis propinqua, vitam ſolitariam ducens merito, & virtutibus, & ſignis, quæ faciebat magnificè in-

Mauia Regina Saracenorum ad fidem cum ſuis conuerſa.

cè innotuerat. Petitioue admiſſa, Moyſes ad Sacerdotium ſuſcipiendum Alexandriam adductus, Luciano vt Arriano repudiato, à Catholico Antiſtite ordinari voluit, qui ad eos profectus, partim Apoſtolica doctrina, partim miraculis, eos ad veritatem traduxit. Ex Rufino lib. 2. cap. 6. Theodoret. libro 4. cap. 21. Socrates lib. 4. can. 24. Soſom. lib. 16. cap. 38.

Ambroſij in Epiſc. ordinatio

Ambroſius verò miſſus ad Liguriam iuſſu Anicij probi Præfecti prætorio dicentis: *Vade age, non vt Iudex, ſed vt Epiſcopus.* Diſſidente ciuitate, auditâ infantis voce, *Ambroſius Epiſcopus,* inclamantis, Mediolanenſis creatur Epiſcopus. Qui ordinatus Epiſcopus aurum & argentum confert Eccleſiæ, ac pauperibus; prædia verò Eccleſiæ, reſeruato germanæ ſuæ vſusfructu, relinquens, vt nudus & expeditus Chriſtum ſequeretur.

S. Martini miraculorum patratoris geſta.

Hoc loco nobis commemorandus eſt S. Martinus Turonenſis Epiſcopus, cui Dominus poſt Apoſtolos tantam gratiam conferre dignatus eſt, vt in virtute Trinitatis Deificæ mereretur fieri trium mortuorum ſuſcitator magnificus. Et dum Sacramenta offerret, globus igneus apparuit ſuper caput eius. In quo auctoritas illa Apoſtolica corrigendo, ac ſupplicando vigebat, vt Imperatoribus imperaret. Nam & Valentinianum

num aſſurgere Martino nolentem, erumpens flamma de ſella excuſſit. Contigit verò vt Sanctus Martinus (vt ſcribit Seuerus in vita ſancti Martini) ſæpius à Maximo Imperatore tyranno ad conuiuium inuitatus, ſemel tamen ratione vel precibus victus, cum aſſideret Regi cum alijs Principibus Viris, pateram ſibi primo honoris cauſa oblatam, expectanti, & ambienti Regi non dedit, ſed Præsbitero ſuo tradidit, nullum exiſtimans digniorem qui poſt ſe biberet. Quod factum Imperator, & omnes qui tum aderant, ſic admirati ſunt, vt hoc ipſum eis in quo contempti fuerant, placeret. Et illud alterum, cùm Religioſiſſima Auguſta aſſiduè quantum licebat, ad pedes illius quaſi altera Magdalena jacens, audienſque verbum illius, ab eo impetrauit, vt ei præberet ſola conuiuium, quod illa manu paraſſet, aquam manibus miniſtraret, vini poculum præberet, & ſedenti quaſi vna de ancillulis, aſtaret.

Aduerſus periculoſum autem bellum quo de rerum ſumma agebatur contra Maximũ, Eugenium, alioſque, Theodoſius ſenior ſe parans, diuinum ante omnia ſibi Numen conciliare ſtuduit, per Sanctiſſimos Monachos, in primis Ioannem, quem & de belli euentu conſuluit. De qua re

Theodoſius Imp aduerſus Eugenium,

D. Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 5. cap. 25. Rufin. lib. 2. cap. 32. Euag. cap. 1. Sed & celeberrimum illum Senuphium qui & ſuper humerale ſuum & baculum ad Imperatorem Theodoſium miſit, vt ſuperhumerali capite contecto, & baculum manu geſtans, audenter ante omnes contra hoſtes procedat, incruentam reportaturus victoriam. Ita egit Imperator magna fide nixus &, victoriam reportauit.

Soluens de portu Romano D. Auguſtinus ſecunda nauigatione Carthaginem appulſus, ſuſceptus hoſpitio apud Illuſtrem virum Innocentium, periculoſè ægrotantem vehementiſſimæ vi orationis curat. 22. de ciuit. Dei cap. 8.

Gregorij Naziãzeni exſtat effigies in Græco vaticano codice, & alibi eiuſdem imago ſculpta in Eccleſia piè frequentata, & culta, ex qua & miracula edita prodit Cedrenus in Michaele Balbo.

Cæde Theſſalonicenſium ab Ambroſio, & cæteris Epiſcopis qui ad Synodum cõuenerunt intellecta, Ambroſius epiſtola quæ nunc eſt 28. Imperatori Theodoſio antequam accederet Mediolanum, denunciat ſe propterea Eccleſiaſtica communione penitus indignum reddidiſſe, atque ab ingreſſu Eccleſiæ ſeparatum, ſed vnam ſalutis illi viam eſſe relictam, vt pænitentiam agendo prome-

Theodoſius ab Ambroſio excommunicatur.

promereretur indulgentiam. Quibus litteris perculſus Imperator, Mediolanũ adueniens, non prius dignus habitus eſt cætu Eccleſiæ, vel ſacrorum communione, quam publicam ageret pęnitentiam. Hæc ex Paulino Theodoretus Fuſius lib. 5. cap. 17. ſcribit octo menſes eum ab ingreſſu Eccleſiæ abſtinuiſſe. Nec prius admiſſum, quam lege ſancita, ne ſentẽtiæ de cæde,& bonorum publicatione, ante triginta dies, exequutioni mãdarentur. ſed ab eo qui tulit exacto eo tempore, recognoſcerentur. Qua lege ſancita, vinculis ſolutus eſt, & templum ingreſſus proſtratus ad pauimentum, ſuffuſus lachrimis iacuit. Et cum dona ſacræ menſæ oblaturus, ſanctuarium ingreſſus eſſet, iuſſus eſt ab Ambroſio foras ad locum laicorum ſe cedere, pro qua obſeruantia diſciplinæ Eccleſiaſticæ adeò admiratus eſt Ambroſium, vt eum ſolum ſe noſſe Epiſcopum diceret.

Æquo itaque iure S. Aug. homil. 49. inuehitur in eos qui longè ſunt inferioris ordinis ab Imperatoria dignitate, & alijs præfecturis, qui de publicis peccatis publicam negligunt agere pęnitentiam.

Et cum Eugenius Imperij vſurpator cum Arbogaſte, & Flauiano præfecto ducibus, quod Eccleſia Mediolanenſis Tyranni munera reſpuerat, nec in oratione cum ſacrilego communicare voluerat, Mediolano

recedentes, minati ſunt, cum victores reuertiſſent, ſtabulum ſe eſſe facturos in Baſilica Eccleſiæ, atque clericos ſuis armis probaturos. Id ex Paulino in vita Ambroſ. Conſilium eorum fuit munitis Alpibus, Deorum ſimulacris, Iouis fulminei, & Herculis opitulantibus & illis tuto præſidio occupatis, Theodoſium aduentantem expectare. Aug. de ciuit. Dei. lib. 5. cap. 20. At Theodoſius Ioannẽ Anachoretam de euentu belli conſulit, qui vt victoriam de Maximo ei prædixerat cruentam, ita hanc licet non abſque plurima, vtriuſque ſanguinis inundatione promittit. Tymaſio itaque, & Stilicone, Gaina, atque Saulo barbarorum ductoribus, & Bacurio Rege Iberorum, Theodoſius iter ingreditur, nouis edictis hæreticos inſectatus, progreſſus ad Alpes præeunte ſigno crucis, cum hoſte confligit, & magna vtrimque cæde edita priori die, nam per biduum pugnatum affirmant Theodoretus & Aug. lib. 22. & 23. peiores partes tulit Theodoſius: Nocte prælium conſequuta, proſtratus in preces, diuinitus monitus de victoria, duobus illi Apoſtolis apparentibus, qui & in eius conſortio conſpiciuntur, ex vna parte ſacerdotali habitu, & ex altera ipſe Theodoſius, vna manu Euãgelium, altera Crucem geſtans, redintegrato prælio, ipſimet Gentiles auctores affirmant, pro eo Deo

In belli procinctu Theodoſius exagitat hereticos.

Digitized by Google

annuente, ventos ipſos pugnaſſe, & ſpicula in hoſtes retorſiſſe, Claudianus in Panegyri Honorij. Ita fauente Deo Theodoſium victoria conſequuta eſt. Eugenio enim Tyranno ad eum adducto, & interfecto, Arbogaſto ſibi in fuga mortem conſciſcente. Ita bellum ciuile Maximi & Eugenij ſanguine extinctum eſt. Et qui Theodoſio poſt partam de hoſtibus victoriam obitum prænunciarat, ipſe quoque idem Ioannes Anachoreta non multo poſt victoriam, vitæ finem fecit. Euagrius libro 6. capite 24. & libro 2. capite 1.

Extat canon pænitentialis in antiquis ritualibus libris 11. ordine, vt qui in bello cędem feciſſent, abſtinerent 40. diebus à conſortio ſacramentorum, certè quidem diuina lex numerorum 31. noluit eſſe huiuſmodi viros abſque aliqua purgatione, qua traditum eſt vt qui (licet mandato Dei) homines occidiſſent, ijdem tribus, & ſeptem diebus luſtrarentur. Abſtinuit idem Theodoſius à ſanctorum communione, poſt victoriam qua hoſtes in acie ſtrati sũt, donec Domini circa ſe gratiam filiorum experiretur aduentu.

Canon Eccleſiaſticus milites excl(u)dens conſortio ſacramentorum.

Ambroſij meritis etiam in Gildoniano bello victoriam reportare meruit Macezilus Gildonis frater, ſed hoſtis eidem infenſiſſimus, obnecatos ab eo crudeliter filios,

parua manu in Africam tranſgreſſus, hoc eſt, cum quinque millibus militum, contra ſeptuaginta militum millia caſtra metatus eſt, accerſitis priùs Monachis, cum quibus exẽplo Theodoſij, orationibus, ieiunijs, pſalmis dies & noctes continuas victoriam ſine bello meruit, & ſine cæde vindictam. Hæc ex Oroſ. cum interiecta mora excedere vellet loco, interueniente nocte vidit S. Ambroſium paulò ante defunctum, manu ſignificantem, & impacto ad humum ter baculo, dicentem, hic, hic, hic. Quod ille prudenter coniectura intelligens, merito annunciantis finem victoriæ, verbo locum, numero diem ſignificari, ſubſtitit, ac tertio demũ die, poſt noctem, orationibus hymniſque peruigilem, ab ipſis Sacramentorum myſterijs, in hoſtem circumfuſum proceſſit, & cùm ad eos qui primò occurrerunt pia pacis verba iactaret, ſigniferum quendam inſolenter obſiſtentem, gladio percuſſit in brachio, eumque manu debilem ipſo vulnere, coëgit pronum inclinare vexillum. Quo viſo, reliquæ cohortes deditionem iam fieri priorum exiſtimantes, certatim ſeſe ad Marceſilum ſignis tradidere conuerſis. Barbari quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum deſtituti in diuerſa fugerunt, Gildo, & ipſe fugam molitus arrepta naui in altum prouectus, ac

deinde

deinde relatus in Africam, poſt aliquot dies ſtrangulatus interijt. Ex Paulino. Macezilus elatus rerum ſecundarum euentu, poſthabito Sanctorum conſortio, cum quibus antea Deo militans vicerat, etiam Eccleſiam temerare auſus eſt, atque ex eá quoſdã non dubitauit extrahere, ſequuta eſt pæna ſacrilegiũ, ijſdem ſuperſtitibus, atque inſultantibus, quos ab Eccleſia ad pænam protraxerat, poſt aliquantum tempus & ipſe punitus eſt, probauit in ſe vno, ad vtrumque ſemper diuinum vigilare Numen, quoniam & cum ſperauit, adiutus, & cum contempſit, occiſus eſt. Oroſ. paulò aliter, Zozimus lib. 5.

Et apud Niceph. lib. 13. cap. 14. Arcadius Imperator Eunuchum Eutropium abrogata Conſulatus dignitate dimittit, qui extrema ſibi timens confugit ad Eccleſiam, & altare prenſans, à S. Ioanne Chryſoſtomo protectus, non prius à ſatellitibus permiſſus eſt abſtrahi, quam Imperator iureiurando firmaſſet non dediturum ad mortem, qui cum audiſſet eum ad altare confugiſſe, religione repreſſus, veluti diuinitatis quibuſdã fulgoribus repercuſſus, continuit ſe, imò & furentes adhuc milites, habita oratione cõpeſcuit, ne in Eccleſiam ad necem hominis auderent irrumpere, populum autem cui patebat Eccleſia, & timebatur ne odio quo in Eutropium flagrabat in eum infeſto agmi-

Eutropius Eunuchus ad Eccleſiam confugiens à Ioanne Chryſoſt. ſeruatur.

ne inſiliret, graui ſua oratione ſic compeſcuit Chryſoſtomus, vt eum ad miſerationẽ & lachrymas, & ad intercedendum pro eo ad Imperatorem adduceret. Ipſe Conſulatu & Patritiatu, atque omnibus inferioribus dignitatibus ſpoliatur, nomen eius ex faſtis deletur, ſtatuæ & omnia inſignia, ex omnibus locis publicis & priuatis abolentur, ipſe relegatur in Cyprum, tamen poſt retractus & obtruncatus. Socr. Soſom. Violauit hactenus intemeratum Eccleſiæ aſylum Eutropius, dum non ſolum ad eam confugientes violenter abſtraxit, & Pentadiam Timaſij coniugem, cuius virum in Oaſim relegarat, abſtrahere tentauit, ſed & malus auctor extitit Arcadio ſanctionis ſacrilegæ conſcribendæ, qua iuberentur confugientes ad Eccleſiam extrahi, quæ tamen lex non diu durauit, eam enim anno ſequenti abrogatam conſtat, dum idem Eutropius iure immunitatis Eccleſiæ ad eam confugiens ſe tuetur.

Hilarius Arcadij Imp. miniſter, pecunia accepta permiſit Gazenſibus Marnei ſimulacrũ

Tales plerique ſunt qui Principum Dominorum ſuorum nimia beneuolentia abutuntur, qualis ille Hilarius miniſter eiuſdem Arcadij Imperatoris, qui plurimis acceptis pecunijs latenter conſuli permiſit Marnei apud Gazenſes ſimulachrum, nec tamen propterea ceſſauit Dei virtus de conuerſione Gaſeorum Gentilium trophæa ſæpe referre,

vt cum

vt cum fidelis nutrix diceret ad Dominam, parere non potentem. „Dicit magnus Sa-„cerdos Porphirius: Ieſus Chriſtus Filius „Dei viui Te ſanet; Crede in eum & viue. „Statim reddidit fœtum, & multi conuerſi. Acta ſancti Porphirij, apud Metaphr. Et Surium 26. Februarij.

QVINTVM SÆCVLVM.

Ann. 401.

blaſphemæ Manichææ lingua obſtruitur.

QVintum ſæculum auſpicaturi miraculum in Manichęa fæmina ſectā ſuam apud Gazam prædicāte, & Porphirio Epiſcopo aduerſus eam orante paucis attingemus. Hæc ex vrbe Antiochena, anno ſequenti à demolito Marnei idolo, veniens Gazam, recens factos Chriſtianos, necdum firmos in fide, per ſuam blandiloquentiam, ſed magis pecuniariam erogationem, ad ſuā ſectam trahebat, cum qua Porphirius diſputatione inſtitutâ, eam ſuſtinens blaſphemantem diu, nec ſanam doctrinam admittentem, hanc in eam tulit ſententiam, dicens: „Deus fecit omnia, & qui eſt ſolus æ-„ternus, nec habens principiū, neque finem, „qui glorificatur in Trinitate, tuā percutiat „linguā, & obſtruat os tuū, ne loquaris blaſ-„phemiam. Sententiæ autem prolationē cōſequutū fuit ſupplicium. Cępit enim tremere

Iulia,

Iulia, & mutari vultu, & manens in extaſi longum tempus, non loquebatur, cum longo autem tempore manſiſset muta, emiſit animam, profecta ad tenebras, quas in honore habuerat, ſecundum Manichęorum diſciplinam. Qui cum ea erant duo viri & mulieres, & quicumque ab ea corrupti, procidentes ad pedes ſanctiſſimi Epiſcopi errorem abnegarunt, & inſtituti in fide, ad Eccleſiã aggregati ſunt cum alijs quoque Gentilibus, qui miraculum audierant. Apud Surium 26. Feb. Marco auctore diſcipulo S. Porphirij.

Nec enim pari modo qui longanimis eſt & miſericors, Deus ſuas vindicat iniurias, quia non tardat vlciſci ſanctos ſuos, nam deportato Ioanne Chryſoſtomo in Cucuſsũ, prodigioſus ignis & haud humana opera excitatus à throno quo Ioannes in Eccleſia ſedere conſueuerat, initium ſumens, in ſublime momento elatus, tectum abſumpſit, & interſtitio platęa Senatus ædes corripuit, & depaſtus eſt, ſoli parcens in Eccleſia ædiculæ in quo ſacra vaſa condita erant. Et alia ſigna irati Dei, de quibus ſic Socr. lib. 6. cap. 14. & 17. Porro, inquit, cum grando inuſitata in ſuburbijs Conſtantinopoli fortè decideret pridie Kal. Octobris, percrebuit ſermo. Iſta Deo irato propter S. Ioannem in dicta cauſa abdicatur.

Gallia

Gallia verò quæ hactenus fide ſincera hæreſum portenta non viderat, Vigilantij Barchinonenſis in Hiſpania Eccleſiæ Parochi hæreſum ſordes ſuſcepit, quas tamen rogatu Riparij & Deſiderij qui parochias ſuas vicinia iſtius ſcribebant eſſe maculatas, D. Hieronymus zelo fidei accenſus lucubratiuncula edita, & per Sitinnium in Galliam miſſa, hæreſum hæc monſtra proſtrauit. Irruentibus verò per id tempus in Gallias Barbaris, in eamque maximè partem graſſantibus, in qua hæreſis nefanda plantata fuit, citò creditur fuiſſe extincta, donec noſtra ætate, poſt tot ſæcula à nefarijs & perditis hominibus Caluino & cæteris rurſum fuit excitata. Quàm verò ſoluta eſſet in Gallijs Eccleſiaſtica diſciplina corruptis moribus, exundãtibus vbique vitijs, vt eædem Prouinciæ meruerint tradi Barbaris deuaſtandæ. Saluianus Epiſcopus Maſſilienſis qui tum viuebat pluribus docet.

Vigilantius Hæreſiarcha Barchinonenſis Parochus

Et de Radagaiſo imminente Romanis ceruicibus cum innumerabili exercitu, magno Dei miraculo proſtrato, ſic S. Aug. lib. de ciuit. Dei 5. cap. 23. „Cùm Radagaiſus „Rex Gothorum Paganus, agmine ingenti „& immani, iam in vrbis vicinia conſtitu-„tus, Romanis ceruicibus immineret, vnâ „die tantâ celeritate victus eſt, vt plus quàm „centum millia, eius proſternerentur exerci-

tus,

„tus, atque ipſe mox cum filijs captus, pæ-
„na debita necaretur. Conterritum diuini-
„tus Radagaiſum in Feſſulanos mõtes, eiuſ-
„que exercitum, qui parciſſime refert du-
„centa millia hominum inopum conſilij &
„cibi in arido, & aſpero montis iugo, vrgen-
„te vndique timore concludit, agminaque
„quibus dudum anguſta videbatur Italia,
„latendi ſpe, in vnum ac paruum verticem
„trudit. Quid multis morer, edentibus, bi-
„bentibus, ludentibusque noſtris, tanti illi,
„tamque immanes hoſtes, eſurientes & ſi-
„tientes languentesque confecti ſunt. Tanta
verò multitudo captiuorum Gothorum fuiſſe fertur, vt viliſſimorum pecudum modo, ſingulis aureis paſſim greges hominum venderentur, Sed nihil ſupereſſe Deus de eodem populo ſiuit, cunctis illico qui emebantur, morientibus.

Pyreum Perſarum

Rupto quoque fædere Romanorum cum Perſis, magna Chriſtianorum à Perſis ſequta eſt perſequtio. Et Audas Epiſcopus zelo non oportuno, incenſus, Pyreum, id eſt templum in quo ignis colebatur demolitus eſt, reſtituere compulſus reſpondit, eandem impietatem eſſe, ignem adorare & ei delubrũ excitare, atque ita martyrio cõſumptus eſt.

Saracenorum centũ millia qui in auxiliũ Perſarum

Sed & in bello diuinam ſe protuliſſe virtutem pro Chriſtianorum defenſione, quæ omnia à Theodoreto l. 5. cap. 38. &

Socr.

Socr. lib. 7. cap. 18. narrantur, cum præſertim centum Saracenorum millia in auxilium Perſarum euocata miſſo diuinitus pauore, ſe in Euphratem præcipitauerunt. Idem quoque Theo. in hiſt. ſanctorum patrum cap. 26. Perſarum furorem repreſſum Symeonis ſtilitæ precibus, refert. contra Chriſtianos venerant Simeonis Stilitæ præcibus timore Panico in Euphraté ſe præci. tauerunt.

Huius perſequutionis. Perſarum occaſione Chriſtianam religionem propagatam apud Saracenos narrat in vita S. Euthimij. Methaphraſtes 20. Ianu. & Socrates dum de Saracenorum Duce agit, cui & ob miſerationem erga Chriſtianos exhibitam conceſſum eſt, vt Chriſti ſacris initiaretur; Atque ex perſecutionibus hi fere fructus prçter alios diuina gratia ſic operante ſolent enaſci.

Quemadmodum ex ſumma pietate atque fide in Deum Theodoſius exemplo cognominis Aui vt Occidentale Imperium de tyrannorum manibus vindicaret contra hoſtes pietatis arma conuertit, ſanciens leges contra hæreticos quorum execrabatur errores & nomen, Paganos verò ſi in execrandis Dæmonum ſacrificijs comprehenſi erant, quamuis capitali ſupplicio dignos exiſtimaret, bonorum præſcriptione, & exilio coërceri voluit. Nichephorus lib. 14. cap. 3. Hçc ad propitiandum magis ſibi diuinum numen faciebat, cum Ioannes Occidentale Imperiũ gubernabat aduerſus quem idem Theodoſius Imp.

Imp. Ardaburium qui bello Perſico res plane maximas confecerat, miſit. Ita ſcribit Socr. lib. 7. cap. 23. hic Ardaburius cum Salonas veniſſet, tranſmiſit in Aquileiam, ventoque aduerſo flante in manus Tyranni delatus eſt, Socr. lib. 7. cap. 23. Aſpar filius Ardaburij cum & Patrem à Tyranno comprehenſum, & infinitas Barbarorum copias ab auxilio Tyranno ferenda, acceſſiſſe certior factus eſſet, omnino incertus erat, quid ageret, plurimum momenti apud Deum preces Imperatoris pro eo etiam tempore habuiſſe conſtitit, cum Angelus in habitu ac forma Paſtoris ducem itineris Aſpari ſe præbuit & per ſtagnum Ranennæ adiacens copias eius deduxit, qua via nemo vnquam iter feciſſe commemoratur, ille Deo duce per ſtagnum traductis copijs portas Ciuitatis ingreſſus, & Tyrannum opprimit, & Ardaburium patrem vinculis abſoluit. Quo tempore Imperator ſanctiſſimus, Circenſibus ludis occupatus, nuncio accepto de Tyranno ſublato, ad Eccleſiam cum omni populo gratias acturus conceſſit. Ex Socrate qui merito agnoſcit non virtute ducis, ſed pietate Imperatoris victoriam reportatam. Erant enim vterque Pater & Filius Arriani. Aliam quoque victoriam de ijſdem Barbaris pro ſua pietate eidem Imperatori conceſſit Deus, qui à Tyranno euocati eodemque

Theodoſius leges contra hæreticos ſtatuens victorias obtinet.

demque mortuo Imperium inuaſerant, de qua Soc. lib. 7. cap. 42. Niceph. l. 14. cap. 4. & Theod. lib. 5. cap. 36. his verbis. Cum Rhoilas, quem Eugan vocat Socrates, Dux Schitarum qui Nomadæ dicuntur traiecto Iſtro cum ingentibus copijs Thraciam populari, & prædas agere inciperet, & Conſtantinopol. vrbem primariam obſeſſurum, & momento temporis capturum, atque adeo ſolo æquaturum minaretur, Deus fulminum iactu, & facibus cælitus demiſſis, cum illum combuſſit, tum vniuerſum exercitum penitus abſumpſit.

Erat in SS. Germano Antiſiodorenſi, atque etiam in Lupo Trecaſſino viris planè Apoſtolicis par gloria, & auctoritas Legatione perfuncturis in Britanniam à Cæleſtino Papa 6. miſſis. Ac primum de ſinu Gallico in altum prouecti, ad æquorum medium peruenere. Quibus occurrit in pelago legionis inimica vis dæmonum, qui tantis ac talibus viris ad ſalutem Britannici populi promouendam, inuidebant. Procellam itaque concitant, diem nubium nocte ſubducunt, Ventorum furorem vela non ſuſtinent, & cymba fragilis turbinibus impar, naufragium operitur, nautarum induſtria nulla, & maſu Germanus Dux fractus corporis laſſitudine, reſolutus ſopore, excitatus tandem periculi magnitudine conſtantior factus, Chri-

Germanus & Lupus Epiſcop. contra vim inimic a dæmonũ victores.

ſito inuocato procellas increpat, oleo ſacrato in nomine Sanctæ Trinitatis mare aſpergit, fluctus ſæuientes oppreſſit, fugatiſque inimicis, ſerenitas ſubſequitur, confectiſq; e itineris cauſis, atque inſulanis ad rectam fidei normam traductis inuenere Saxones Pictoſque, aduerſus Britones iunctis viribus arma ſuſcepiſſe, qui trepidi cum eſſent viribus inferiores, in caſtris ſacros aduocant Pontifices, qui verbi prædicationi inſtantes, & maximam populi & exercitus partem aqua Baptiſmatis luſtrantes, Dominicæ Reſurrectionis diem in campeſtri expeditione celebrarunt. Itaque candidatus ille Dei exercitus, Duce Germano contra hoſtes in aciem ducitur, componitur exercitus, atque hoc modo inſtruitur, vt Sacerdotibus tertio Alleluya inclamantibus, ipſe exercitus clamore eoſdem ſubſequatur, quod cum hoſtibus aduentantibus factum eſſet, repercuſſo aëre montium iuga voces multiplicant, hoſtium agmen attonitum proſternitur, diuino terrore concutitur, atque in fugam proiectis armis, conuertitur, ſicque ſine cæde, & ſanguine victoria parta eſt, Germanus cum Seuero Treuirenſi Epiſcopo doctrina & miraculis in Britannia renaſcentem hæreſim Pelagianam reſtinxit. Rauennæ mortuum ſuſcitauit, carceres aperuit.

D. Auguſtinum porro, ait Poſſidonius, cum

(cum Wandali, cum Gothis & Alanis iunctis viribus Africam vaſtarent, eoque ſtatu res Africanæ eſſent, vt exceptis Ciuitatibus tribus, Carthagine, Cirtha, & Hippone, reliquæ omnes captæ eſſent, ingenti hominum ſtrage, Eccleſiarum clade, & diuini nominis contumelia,) miſſus eſt ægrotus, qui ſe per ſomnium viſitatum eſſe atque ſibi dictum, vade ad Auguſtinum Epiſcopum vt tibi manum imponat, & ſaluus eris. Quod cum compeiſſet, facere non diſtulit, & illum continuo ſanum ab eo diſcedere fecit.

Diuus Auguſtinus ægrotum ad ſe miſſum curat

Hoc tempore proſtrata hæreſi Neſtoriana cum auctore ſuo, additum ſalutationi Angelicæ, Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis &c.

Pro extincta hæreſi Neſtoriana addita ſalutationi Angelicæ, Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis.

Siluanus Monachus ab Artico Philipopolis in Thracia creatus Epiſcopus cum tenui admodum corpore frigora illa ferre non poſſet, tranſlatus Troadem ibi rogatus, onerariam nauem planè maximam, quàm magna vis hominum, in mare trahere non poſſet, precibus ad littus fuſis, & funem trahens cum alijs, nullo negotio deducit, Socr. lib. 1. cap. 40.

S. Siluanus,

Porro Venerandas Ioannis Chriſoſtomi corporis reliquias celebri Pompa Comanis tranſlatas eſſe Conſtantinopolim copioſe ac luculenter Nicephorus lib. 7. cap. 44 ſcribit,

Chriſoſtomi ex Comanis Reliquiae Conſtantinopolim tranſlatae

ſcribit, & cum miſſa legatione à Theodo-
ſio Imp. loco moueri non poſſent, ſupplicis
inſtar libelli litteras ad Ioannem tanquam
viuentem Theodoſius dedit, quibus cum de
admiſſis in eum parentum peccatis veniam
petebat, litteræ ſuper ſanctum corpus poſitæ
peruigilio acto in precibus, atque exoratus,
ſiuit ſe transferri Chalcedonem, quem de-
latum regia triremis excepit, toto eo mari
nauibus conſtrato, cum ſumma eſſet tran-
quillitas, repentina exorta procella naues
omnes alias aliò diſperſit, triremis verò re-
gia magna vi abrepta, ad viduæ agrum ap-
pulit, propter quam ſponſa Chriſti Eccleſia
tanto Paſtore viduata fuerat. Et petram diſ-
cidit, quod miraculum hodie quoque cerni-
tur, ait Coſmas Veſtiarius totius narrationis
auctor. Quo facto ſerenitas rurſum aduenit,
& naues hinc inde collectæ omnes, ſacra
pignora Conſtantinopolim deducunt. Infe-
runtur curru Regio in Eccleſiam Sancto-
rum Apoſtolorũ, vbi Imperator precatus pro
vtroque parente, & ſeorſim pro matre, vt
tumuli eius motus, atque ſtrepitus conquieſ-
ceret, atque conſiſteret, qui per tot annos
audiebatur, quod & impetrauit, motu non
amplius exaudito à collocato ſacro corpore
in throno. Circumſtantes Proclus Epiſco-
pus Conſtantinopolitanus, & alij impreca-
tũ de more, *Pax nobis*, ſe audiſſe teſtati ſunt.
Deni-

Denique ad Baſim ſacræ diuinæq́ue menſæ, Sanctus Antiſtes Epiſcoporum manibus, velut ſacer & inuiolabilis theſaurus conditus eſt. Tum qui propter Ioãnem ſeorſum conuentus faciebant, ad Eccleſię concordiam reconciliati ſunt. Marcellin. in cron. Socr. lib. 7. cap. 44 Theod. lector, lib. 2. collectan. Theodoret. lib. 14. cap. 26. Coſmas Veſtiarius oratione dicta in eius tranſlatione, Niceph. lib. 14 cap. 44.

Quæ verò ab huius temporis Platonico Philoſopho Ænea Gazeo, ſcripta ſunt ad mortuorum reſurrectionẽ comprobandum, proſequamur, ait enim: Nec fabulæ ſunt quod dicimus, nec è longa vetuſtatis memoria repetirũ, ſed hac tempeſtate (anno enim ipſe Æneas 490. viuebat) factum miraculum, ego ipſe vidi Senem & egregiè bonum, & Deo cum primis charum. Ei familiaris erat quidam Agricola, vir ſimplicis ingenij, & per vnius factum pueruli cum quo puerulo vir ille ruſticus ſenem illum frequenter adibat, volens aliquid boni facere, & diſcere, illucque frugum ſuarum primitias, tanquam ad fanum aliquod afferebat. Accidit haud ita multò poſt, vt puer graui morbo correptus, vitam cum morte commutaret, etiam defunctum, Pater non (vti lex mandabat) ſepulchro condit, ſed ſportæ impoſitum, folijs obtectum, atque in humeros ſublatum portans,

Aeneæ Platonici Philoſophi de mortuorum reſurrectione exemplum.

tans, ad ſenem ipſum intrat, deinceps autem depoſito onere, vti conſueuerat, affatus ſenem, cum ei intentis in ipſum oculis, aſſediſſet, paucaque & dixiſſet, & audiſſet, puero ſeu vuarum primitijs illic relicto, diſceſſit. At vbi ſol iam occubuiſſet atque occidiſſet, facta iam precatione, ſenex fructus illos aſpecturus, folijs remotis non vuas, ſed mortuum inuenit, & quantam ſpem fidemque habuiſſet, eſt admiratus. Ergo cum animo in Deum intento, ſuper puerum incubuiſſet, prius non ſurrexit, quàm puerum reſuſcitaſſet, atque ſic eum reſuſcitatum ad Patrem miſit. Ipſe verò in exilium iuit, ne homines eius admiratione perciti, nimis moleſti deinceps eſſent. Hæc Æneas ille, ex hoc tanto miraculo probans catholicam fidem, de reſurrectione mortuorũ in Eccleſia prædicatam, cum & ſuperius idem teſtetur, ad hoc ipſum iudicandum, Sanctorum Virorum oſſa plurima edere ſolita crebrò miracula.

Oſſa Sanctorum edunt miracula.

Ita ſanè non id recens, ſemelve experimẽto declaratum eſt, ſed & ab exordio naſcentis Eccleſiæ Sanctorum patrocinijs, multa edita miracula, riuoſque curationum ex eorum reliquijs largiſſimè profluxiſſe, quo Deus in cælo viuere iuſtos commendat. Sicuti enim arbores ex folijs, frondibus, atque fructibus, virides eſſe, certa ſignifica-

tione

tione percipimus, eodē modo apud Omnipotentem viuere certò ſcimus, cui omnipotentiam in oſtenſione ſignorum, poſt mortem ipſe communicauit.

Eudoxia verò Theodoſij vxor ſicut munificentia imperatoria locis ſacris Hieroſolimam profecta, plurima contulit, & loca ſancta erexit. Ita à Iuuenale Hieroſolimorum Epiſcopo multis donata acceſſit, vt Beatiſſimis faſcijs Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti, ex Niceph lib. 14. cap. 2. & duabus catenis illis quibus ab Herode Sanctus Petrus Apoſtolus vinctus eſt, quarum alteram Romam ad Eudoxiam Auguſtam filiam miſit; Alteram verò Conſtantinopolim in Eccleſia eiuſdem Principis Apoſtolorum aſſeruari voluit, extat oratio Procli de huiuſmodi catenarum tranſlatione. Subdit & de eiuſdem Petri Gladio in eadem baſilica cuſtodito, & magno honore habito, ex quo plurima ſcaturire ſolita miracula, idem Proclus teſtatur oratione apud Surium. 1. Auguſt.

Gladius Petri.

Alteram illam catenam, Eudoxia matri religione non impar, honorauit in memoriam Petri Apoſtoli, qui ea cinctus fuit, erigens Deo baſilicam Romæ in Eſquilino monte, Auguſtam ſanè, Auguſtæque nomine dignam, titulo enim Eudoxiæ nuncupata eſt, dicta etiam S. Petri ad vincula.

Catenæ Petri duæ vna ſub Herode, altera ſub Nerone, quibus ligatus eſt.

Cui catenæ diuino miraculo illa coniuncta dicitur, qua ſub Nerone vinctus Petrus in carcere Mamerrini diu detentus eſt, à Romanis Pontificibus cuſtodita. Habet Martyrologium Romanum ambas has catenas ſimul collatas, eiuſdem generis&artis inuentas, ſibi inuicem diuino miraculo copulatas, ex duabus vnam factam, quarum memoriæ Kalendę Aug. fuere à Rom. Pontifice conſecratæ, in earumque nomen dicta Baſilica Deo dicata eſt. Quàm autem ſolitæ fuerint catenæ iſtæ coruſcare miraculis, teſtatur Greg. Papa. in epiſt. Morem verò fuiſſe Romanorum Pontificum, pro inſigni munere, aliquid ex limatura earumdem catenarum, ad illuſtriores perſonas mittere, plurima exempla declarant.

Pictoris pœna. Conſtantinopoli pictori cuidam aggreſſo Chriſtum forma Iouis pingere manus exaruit; cum facinus confeſſum Genadius Epiſcopus ſanauit. Theod. lector lib. 2. Niceph. lib. 15. cap. 23.

Acta Danielis Stylitæ. Qui & Leoni Imperatori & Gennadio Epiſcopo Conſtantinopolitano prædixit incendium Vrbis, & vt illud anteuertant precibus admonuit, quatuor aut ſex dierum ſpatio totam depaſtum eſt, & deformauit Conſtantinopolim, ſiue caſu, ſiue à dæmone immiſſum, Deo ſic vlciſcente imprimis Eutychianos,&Arrianos qui-

quibus abundabat ciuitas. In tanta calamitate, concurritur ad Danielem, qui arguens eos, quod mala pænitentiæ remedio anteuertere non curaſſent, & orans pro eis, his verbis dimiſit. *Poſt ſeptem dies ceßabunt minæ ignis.* Sicut ille dixit, & res conſequuta eſt, ſic Marcel. in cron. Euagr. lib. 2. cap. 3. Hoc tam vaſtum incendium, conſequuti ſunt imbres immenſi, hiems aſperrima, & ventorum vis horribilis. Acta Stilitiæ. Nicep. lib. 15. cap. 10.

Iudęus falsò accuſatus cum duobus filijs tortus pro falſo crimine, ac in rogum coniectus dum inclamat, Deus S. Sergij adiuua me (cuius celeberrima per id tempus erant miracula) à duobus candidis equitibus, intactus per plures horas conſeruatus liberatur. Nicep. Iudæus falſo accuſatus crimine ab igne reſeruat⁹.

Rex Odoacer fama motus miraculorum S. Seuerini mouens in Italiam illum adit, à quo& illud propheticè audit. „Vade ad Ita„liam viliſſimis pellibus coopertus,ſed mul„ta cito pluribus largiturus. Eugipp. in vita S. Seuerini.

Sæuientem verò inter Retios, Noticos, & alios finitimos Boreales populos, famem S. Seuerinus propulſat hortando populũ ad perſoluẽdas decimas pauperibus. Eugip. Act.

Rerum potitus Odoacer Occidentali imperio occupato, Rex tenet Italiam, abſtinẽs

Imperatoris nomine, purpura, & Regalibus indumentis. Marcellin. Caſſiod.

Qui S. Seuerini non immemor prædicationum, per litteras rogauit, vt quidquid vellet ab eo peteret. Is Ambroſium quemdam exilio damnatum abſolui iuſſit. Acta Sur.

Ad funus Georgiæ grex columbarum aduolat.

Celebratur à D. Gregorio Turon. lib. de gloria confeſſ. cap. 34. Georgia virgo, ad cuius funus grex conuolans columbarum, illud deduxit, & eâ ſepultâ, viſus eſt euolare in cælum.

Clodoueus Rex Francorum baptiſatur.

Rex Francorum Clodoueus periclitans cum toto exercitu, admonitus ab Aurelio vt inuocato Chriſto eius ſacra ſe ſuſcepturum promitteret, voto obtinuit, vt victoriam de Alemannis reportaret à Sancto Remigio Remenſi Epiſcopo, ſignis eum præeuntibus & ſubſequentibus baptiſatur: Admirandum & Apoſtolorum temporibus dignum miraculum, vt ait Hormiſda Papa, ampulla fuit Chriſmatis, columbæ ore cælitus allata, qua tum fons ipſe more ſolito, tum etiam Rex Clodoueus ſacratus eſt. Cuius exemplo, & reliqui omnes ſucceſſores Francorum Reges conſueuerunt inungi. Aimoinus, Hincmarus.

SEX-

Digitized by Google

SEXTVM SÆCVLVM.

Ann. 501.

SExto ſæculo non procul ab Amida, Iacobus Syrus, pietatis cauſa, incluſus floret fama ſanctitatis; Hunc Perſæ ſagittis petere cum tentaſſent, diuino portento, manus, artuſque immobiles viſi ſunt conſiſtere. Qua fama Cabades Rex Perſarum cōmotus illum adijt, & horrore cum Perſis qui aderant captus barbarorum noxam deprecari cępit, ille verò tantum verbo malum depulit. Iacobus Syrus.

Apud Carthaginem Olympium quemdam Epiſcopum Arrianum, in Balneis Sanctam Trinitatem blaſphemantem, tribus igneis iaculis Angelo mittente viſibiliter combuſtum ferunt. Arriani Epiſcop. blaſphemia & pæna.

Equitius in prouincia Valeriæ Abbas ſanctitate, prædicatione verbi Dei, & miraculorum gloria illuſtris habetur: Hic Vir ſanctus à Deo miſſus ad prædicandum, teſtimonium ſuæ legationis circumferebat vim miraculorum, qua deficiente, nullus non miſſus ab Eccleſiaſtica legitima auctoritate, prædicare præſumat. Equitij miracula.

Orthodoxo Epiſcopo, & Arriano de fide altercantibus, probationem fidei per ignem zelo incenſus Catholicus, Arriano obtulit, quam ille recuſauit, & Catholicus per Certamē igne probatum.

ignem

ignem incolumis euaſit Tedr. Theodo. Lector ad tempora Martiani Imperatoris refert.

Boetius & alij ſenatorij ordinis interêpti.

Boëtius Vir Senatorius ob ſuſpicionem affectatæ libertatis à Theodoricô Rege exilio damnatus, & poſtea reuocatus, & prætorio Præfectus, Theodorici ipſius iuſſu ſimul cum Symmacho Senatore, & cum alijs præſtantibus Viris interficitur.

Conſtantinopoli Arriano Epiſcopo baptiſante: In nomine Patris, per Filium, in Spiritum Sanctum, aqua ex Colymbetra euanuit. Theodo. Lect.

Seuerinus Agaunenſis Clodouæum curat.

Rex Francorum zelo fidei permotus (hic eſt Clodouęus recens à Beato Remigio baptiſatus) ſcribit Gregorius Turonenſis, bellum initurus contra Alaricum, extruit Pariſijs Eccleſiam in honorem SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, reportataque ex hoſte victoria, Turonis reuerſus Baſilicæ S. Martini largiſſima offert dona. Hic grauiter ex morbo laborans, atque à Medicis diu fruſtratus, Tranquillini viri illuſtris conſilio euocat Seuerinum Agaunenſis Monaſterij Abbatem, qui in itinere cùm ad Eulatium Epiſcopum diuertiſſet, loquendi & audiendi officio priuatum curat, & ad portam Pariſiorum Leproſum oſculando mundat, Regem verò Clodouęum impoſita caſula precibus & verbo ſanat. Act. Seuer. Febr. apud Sur.

Conſu-

Digitized by Google

Conſulatum ab Anaſtaſio oblatum ſcribunt Hincmarus & alij, verum quidem credimus, ſed Catholicum Regem ab hæretico Imperatore credibile eſt accipere noluiſſe, certè non eſt vſus, nec ipſe faſtis aſcitus.

Qui apud Damaſcum templum S. Theodori polluerunt Saraceni intra paucos dies morbo acerbiſſimo peribant;ex illis vnus ſagittam contorſit in Theodori imaginem, quæ ſanguinem miſit. Hæc imago, inquit Anaſtaſius Sinaita, adhuc ſupereſt cum ſanguinis veſtigio, & ego eam vidi, & quod vidi monumentis tradidi, qui Epiſcopus Antiochenus hoc ſæculo floruit, Imperatoris Iuſtiniani temporibus. Ex Ioanne Damaſceno de imag. lib. 3.

Sagitta in imaginẽ S.Theodori miſſa ſanguinem elicuit.

Huius Iuſtiniani temporibus anno 17. Igneæ acies in cælo per Italiam viſæ ſunt, ſanguinem emanantes, ac deinde pluribus diebus continuatis imbribus,tanta aquarum copia auctus eſt Tiber, vt magna ſtrage populi humiliora loca Romæ ſubmergeret, quod & in alijs locis, & ciuitatibus contigit.

Agarenum Sabæ & ſocio eius inſultantem, terra velut Dathan & Abiron abſorbuit,quo facto portento reliqui abſterrefacti ſunt. Cyrillus. Et dum Alamundarus Saracenorum Rex incurſat Arabiam & Paleſtinam, plures occiſi Monachi, quorum memoria agitur in Eccleſia 19. Febr. Cuius rei

Saraceni Sabæ inſultantes, terra abſorbentur.

cauſa,

cauſa, Monachis ad tutiora loca confugientibus, Ioannes Silentiarius (propterea appellatus quod cum Epiſcopus eſſet, ſimplicitatem Monachi ſilentio præ ſe ferebat) diuinitus accepit leonem ſui cuſtodem. Cyrillus 13. Maij. Apud Sur. & in vita Sabæ, & Euthimij, Ciriacus quoque leone cuſtode vſus eſt propter Arabum inſidias.

Ciriacus & Silentiarius contra Arabum inſidias leonibus cuſtodib⁹ vſi.

Sabas verò ſub finem quarti anni ingentis illius ſiccitatis impetrat pluuiam ſuis precibus, poſt iniuſtum enim illud Eliæ Paleſtinæ Antiſtitis exitium, fames, & penuria rerum neceſſariarum, ſiccitas quoque, & locuſta, & graues quædam plagę integris penè quinque annis oppreſſerant Paleſtinam, vaſtata prope regione, imperauit Anaſtaſius Imperator, vt finitimi pro ſe & pro alijs vectigal penderent, ob quam iniquitatem Sabas legationem ſuſcipit ad Imperatorem qui præſentiam viri reueritus, cum vellet egentibus remittere vectigal, obſtitit. Maximus quidam papud eum potens, cui increpito Sabas prædixit, niſi pæniteret vt cito extinguueretur. Cuius opes in quadam ſeditione direptæ, & domus incenſa, & niſi ipſe pęnitentia ductus fuiſſet, mortem non effugiſſet. Hęc autem magna in pauperes iniuſtitia manſit incorrecta tempore Anaſtaſij, cuius partem quidem Iuſtinus ſubleuauit, cum Diuinus quoque Sabas tunc

litte-

litteris apud illum interceſſiſſet, totam verò ſuſtulit Iuſtinianus. Sabæ porrò Anaſtaſius magnā vim pecuniæ ad alēdos Monachos in ea penuria largitus eſt. Cyril. in vita S. Sabæ.

Porrò Imperator Anaſtaſius, per viſum hominem terribilem intuetur librum manu geſtantem, qui diceret. Ecce ob peruerſitatem fidei tuæ, annos quatuordecim vitæ tuæ deleo. Zonar. Quod ille Amantio præpoſito cubiculi narrās, ille viciſſim retulit: Viſum ſibi ſe aſtantem eius maieſtati à porco proſtratum, atque deuoratum. Qui vtrique Proclus coniector pronunciauit vtrumque, paulo poſt, vita defuncturum. Is igitur ad huiuſmodi viſū expauit & obriguit. Cedr. Porrò S. Sabas longè poſitus, dicitur vidiſſe fulmina in illum diuinitus vibrari. Cyrill. Elias, & Flauianus alter Hieroſolimitanus hic ſi bene memini Antiochenus, ambo Orthodoxi, & propterea ab eo exulare iuſſi, diuinitus reuelatum ſibi Imperatoris mortem retulerunt, & ſe quoque cito morituros, vt cauſām dicerent ante diuinum tribunal. Itaque Anaſtaſio è viuis ſublato, & Iuſtino Orthodoxo à Senatu atque toto exercitu Imperatore ſalutato, quanta tum extiterit Conſtnatinopoli exultatio de proſtrata perfidia & erecta fide Catholica? quot & quantæ acclamationes, & plauſus in Catholicum Auguſtum? & Auguſtam? & in Patriar-

Patriarcham Ioannem Catholicum quot conclamationes & anathematizationes in Eutychianos, & Manichęos, in Seuerum Epiſcopum Antiochenum, dicta publica recitata in Synodo Conſtantinopolitana ſub Menna indicāt, Anaſtaſius tandem nequam & fraudulentus hæreticus, pertubator Eccleſiæ ictus fulmine diuinitus extinguitur.

Alamundari, Seuero adhortanti de ſua doctrina reſponſum. Seuerus hic Epiſcopus Antiochenus hæreticus erat.

Alamundarũ verò Saracenorum Principẽ, Seuerus hæreticus per legationem Epiſcoporum, tentat, vt à ſuis baptiſmum accipiat, quo ſuis eum imbueret erroribus. At is præuentus, à Catholicis baptiſatus eſt, & legatos pulchré deluſit, dicens ſe accepiſſe litteras, de morte Archangeli Michaëlis, quod cum illi impoſſibile aſſererent, quanto impoſſibilius, Deum crucem paſſum, quod vos affirmatis, vnam tantum naturam in Chriſto ponentes? Theodo. lector, Cedrenus.

Rex Aethiopum Elisbaam Homeritarum Regem expugnat

Eliſbaam vero Ethiopum Regẽ pijſſimum à Iuſtino Imperatore incitatum, vt compararet exercitum ad vlciſcendum impium tyrannum Dunaam Regem Homeritarum, Metaphraſtes luculenta narratione deſcribit, Acta 19. Octobris, quæ à Baronio quia fideliſſimè ſcripta sũt, ideò digna lectu ſunt. Ipſe autem Eliſbaam terra marique aggreſſus tyrannum profligat, capit, eatque interficit, & regione eius potitur, in qua ędificatis

tis Eccleſijs fidem Chriſti in ea propagat reuerſus in regnum, ſeq; in monaſterium recepit, vita ibi vſque ad finem ſolitaria acta, ſoli Deo vacans, cæleſtis regni Ciuis à Deo aſſumptus eſt. Ex actis Arethæ & ſociorũ eius Martyrum qui ſub Dunaam Homeritarũ tyranno in ciuitate Nagran paſſi ſunt.

Sed & ille Iuſtinus de clade Antiochiæ quæ eſt in Syria certior factus multum indoluit, ſacco induitur, aſperſus cinere, purpura exutus, & diademate, auri magna vi vt diuinam indignationem placaret in pauperes erogata. Quæ enim diu. hæreticis proſtituta Antiochia primum Neſtorianorum, poſt Eutichianorum, mox Theopaſchitarum venenis infecta, ingenti terrę motu, & incendio concidit, & conflagrauit, Epiſcopo Euphrata & innumeris hominum millibus extinctis, Marcell. in cronico, & Euagrius lib. 4. cap. 5. Cladem hanc pręcognouit in ſpiritu S. Theodoſius, qui quodam die ad Monachos, orandum (inquit) eſt Patres, orandum. Video enim iram Domini quæ iam mouetur aduerſus Græciam. In ſexto, aut ſeptimo poſt die auditum eſt Antiochiam euerſam Cirill. in vita Theod. Antiochiæ terræ motus

De beato quoque Soſimo ſcientiſſimo Monacho refert Euag. lib. 4. cap. 7. quod Cæſareæ Paleſtinæ agens, ipſo temporis articulo, quo Antiochia cecidit, ſubitò inge- Soſimus deplorat Antiochiæ ruinam.

miſcere, grauiter lamentari, ſuſpiria ex intimo pectore ducere, & profusè lachrymari cæpit, cauſam interrogatus fragorem ruentis Antiochiæ iam tum auribus eius circumſonuiſſe, quod punctum temporis obſeruãtes, ita eſse compererunt. Sed & alias ciuitates Orientis terræ motibus quaſsatas, Dirrachium, Corinthum, Anazarbum, Euagr. commemorat, quas Iuſtinus refecit. Edeſsa quoque Oſrodnorum à torrente pręterlabente, magnam cladem accepit, hanc & Anaſarbum refectas Iuſtinopolim vtramque appellauit. Nicephorus lib. 18. cap. 5. ſcribit quod cum Leo Aſellum eius deuoraſſet, eidem Leoni ſuas ſarcinas impoſuiſſe, atque eius obſequio vſum. Cuius pene innumera miracula extare refert Euag. l. 4. c. 7.

Theodorici Italiæ Regis luctuoſa mors.

Theodoricus Rex qui Boëtium & Symmachum eius ſocerum incomparabiles viros eximiæ probitatis, & excellentis doctrinæ obtruncauit S. Ioannem Papam carcere incluſum adegit ad mortem: Tantum auſum in Pontificem Eccleſiam Rom. & Senatores iniuſtè occiſos, Deus matura vindicta eſt proſequutus. Cænanti enim ſibi cum miræ magnitudinis piſcis decocti caput miniſtri appoſuiſſent, Symmachi nuper occiſi caput illi eſt viſum præfixis & extantibus inferiore in labro, dentibus & toruis intuentibus oculis furibundè ſibi & acerbè cõminantis, vnde monſtri nouitate territus, membriſque prę-

ter modum tremebundus, & erigens in cubiculum ſtatim citato gradu ſeceſſit, identidemque iubendo, togarum vt ſibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quieuit. Elpidio deinde medico, omnibus quemadmodum accidiſſent diligentiùs explicatis, in Symmachum Boëtiumque à ſe ſcelus patratum deflebat, quo denique deplorato, ex recepta calamitate dolore ingēti affectus haud longè poſt moritur, cum primum id in iuſtitiæ, & vltionis in ſe idcirco exercuiſſet exemplum, quod non ſuo & priſtino more diligenter perueſtigata cauſa, in tantos viros animaduerterat. Hæc Procop. Sed horrendum eſt quod ſcribit Gregor. 4. dial. cap. 50. de quodam Solitario magnæ virtutis viro in Lipana Inſula agente, qui tali die & hora, dixit ſibi viſum Regem Theodoricum inter B. Ioannem Papam, & Symmachum patricium diſcinctum, & diſcalciatum, & vinctis manibus deductum, & iactatum in ignem liparitanū, quo obſeruato compertū eum tū exijſſe de corpore, quem locū cū deſcripſiſſet Theodoricus Rex, apud Caſſiodorum epiſt. 48. lib. 3. infert. Mittatur ergo Iouinus quidam curialis homicida reus capitis in locum prædictum, viuus careat quo vtimur mundo, de quo alterum crudeli fugauit exitio, quam in homicidam à ſe ipſo latam & ipſe homicida, ſententiam in ſe experiatur.

Ephrẽ ex præfecto Orientis Antiochiæ poſtea Epiſcopus hæreticum ad fidem quomodo adducit.

Fuit & ipſe Ephrem Orientis præfectus Antiochiæ datus Epiſcopus, tum Elemoſinarum largitione, tum & ſtudio fidei Catholicæ incenſus, qui audito quod quidam Seueri ſectator hęreticus apud Hierapolim ex columua quaſi alter Simeon Stilites, errorem prædicaret, zelo fidei ſuccenſus, ad eum acceſſit, & magnopere hortatus eſt ad hæreſim deſerendam, ille ad terrendum Patriarcham, ad experimentum per ignem prouocauit, porrò Patriarcha in Deo confiſus conditionem accepit, & aççenſo igne vaniſſimum hæreticum prouocauit. At hæreticus timidum animal de columna deſcendere noluit, fuſa itaque Ephrẽ oratione ad Deum, ſtolam in ignem proijcit, quam quaſi poſt horas tres, integram recipit, quo miraculo Seuerianus obſtupefactus, hæreſi anathematiſata, ad fidem Catholicam ſe adiunxit. Hactenus Pratum ſpirituale cap. 36.

Quibus præſidiis Reges victoriaſ aſſequi poſſunt.

Quibus verò factis Iuſtinianus ad ardua petenda aperuerit ſibi viam, vt ſibi vni licuerit, quod nemini prædeceſſorum ſuorum Imper. conceſſum fuerit, ex Procopio Conſiliario eiuſdem Imper. & alijs ſcriptoribus ſcies, nempe tanta promeruiſſe. Nam præter fidei Catholicæ ſtudium, cultum ſanctorum martyrum, & omnium piorum operum ſollicitam procurationem, erectionem Eccleſiarum, veterumque collabentium reſtitutionem, hopitalium, domorum ædificatio-

nem, hæreticorum extirpationem, & leges contra eos ac decreta ſancita, inuiolabilem iuſtitiæ obſeruationem, prauorum proſcriptionem, propogationem virtutum, patrocinium bonorum, profligationem malorum, ieiuniorum magnam auſteritatem, & aſſiduas ad Deum preces adhibuit.

Spes ac fiducia in vno adiutore Deo ponenda eſt.

Cyrillus in vita S. Theodoſij magni, Ciriacum ſub Iuſtiniano Romani exercitus in bello Ducem audacem, in Deum piũ, commemorat in Perſas iturum contendiſſe Hieroſolimam, expetitum diuinum auxilium, & in itinere fama commotum, diuertiſſe ad B. Theodoſium, à quo cum multa audiſſet de fiducia ponenda in vno adiutore Deo, & præ magno animi ardore & fide, induiſſe cilicium, cuius pręſidio præclaram ex hoſtibus victoriam reportauit. Et poſt ad ſanctum reuerſum cum gratiarum actione dixiſſe, cum ſibi aſſiduè obſeruatum in prælio, & manu huc illucque ſe in hoſtes impellẽtem, eos cecidiſſe, & fugaſſe.

Vindicta in violatores Eccleſiæ.

Expeditione in Auernos à Theodorico Francorũ Rege facta, atq; vaſtante eorũ fines, accidit vt pars exercitus inuaderet Eccleſiam in quam multi cùm ſupellectili ſua ſe receperant, & cuncta diriperet, ſed diuina vltio in ſacrilegos deſæuijt, nam qui primus effracta feneſtra irrupit, igne de cœlo lapſo conſumptus eſt. Alij correpti à dæ-

mone diuerſis exitijs hanc vitam crudulenter finierunt. Alij à Rege comprehenſi diuerſis mortibus interempti, Rex verò quæ ſublata fuerunt omnia reſtitui præcepit, ex Greg. Tur. lib. de mirac. 2. cap. 13.

Theodoricus Rex Galliæ Nicetium Monachum quē paſſus fuerat reprehenſorem Epiſcopum creari curát.

Sed & Theodobertus qui Theodorico Patri ſucceſſit, quia multa iniquè ageret, à S. Nicetio qui ex Monacho Epiſcopus Treuirenſis factus, ſæpius correptus, cum die Dominica cum Rege qui ab eo fuerant excommunicati in Eccleſiam ingrederentur, non hic, inquit, Solemnia miſſarum conſummabuntur, niſi communione priuati priùs abſcedant. Rege abnuente, exclamare puer vnus de populo à dæmone correptus cæpit, & Sancti virtutes, & Regis crimina confiteri, atque illi interitum comminari. Cumque Rex timore perculſus, peteret vt energumenus de Eccleſia pelleretur: Dixit Epiſcopus non illum priùs ab Eccleſia expellendum, quàm illi qui excommunicati erant ſubmouerentur, quibus expulſis, Dæmoniacus ſanus erectus, nec poſt miſſarum ſolemnia inuétus, nec à quoquam cognitum vnde venerit, aut quonam abierit. Hæc ex Greg. cap. 3. 25. 34. & 93. de gloria conf. ipſum autem Theodobertum ad meliorem frugem rediјſſe idem auctor ſcribit. Hūc Nicetium quem Theodoricus huius Theodoberti pater, adhuc Monachum ſæpe paſſus fuerat acerrimum reprehenſorem, curat eligendum

Archiepiſcopum Treuirenſem, ſciens eum verè Epiſcopatu dignum qui non vereretur, pro cuſtodia diuinæ legis vultum potentis.

Ghildebertus Clodoui filius quartus Crotildem ſororẽ Amabarico Gothorũ Regi in Hiſpania Arriano matrimonio iunxerat, ſed propter religionis differentiam inter eos malè conueniebant, & ipſa indignè tractabatur, accidit vt ſudarium ſuo ſanguine tinctum fratri miſerit, qua occaſione irritatus Hiſpaniã inuaſit, Amalaricum fugã meditãtem interficit, aſſumptaque ſorore cum ingentibus theſauris domum reuertitur, ſorore in itinere defuncta. Inter theſauros præclariſſima Eccleſiarum miniſteria, ſexaginta calices, quindecim patenas, viginti Euangeliorum capſas, omnia ex auro, & gemmis pretioſis ornata Baſilicis Sanctorũ diſpenſauit. Greg. lib. 3. cap. 10. de rebus geſtis Francorum.

Amalaricus quia perfidus occiditur.

Samaritanorum hæreticorũ ſumma crudelitas ſemper fuit. Sub Zenone Imperatore Samariam ingreſſi multas cædes & ſacrilegia perpetrarunt. Sub Anaſtaſio montem Gariſim quem Zeno Chriſtianis reſtituerat priùs, & muro cinxerat, impoſito militum præſidio, & in eodem Eccleſia Dei Genitrici ædificata, aſcendunt, & cuſtodes trucidant. Procop. de edit. Iuſt. oratione, præterea ſub Iuſtiniano, vt eſt in vita ſancti Sabæ, Rege creato, regionem circũquaque populabantur, incendentes, rapientes, Eccleſias va-

Samaritani coerciti.

ſtantes in Iuſtinianis immiſſis copijs Regem cum ſuis latronibus concidit, tumultuantibus rurſum illis, Arſenio quodã illuſtri quidem viro, ſed ad confundendam veritatem calidiſſimo & inſtructiſſimo auctore, qui multa contra Paleſtinos confinxerat, ab irato Imperatore expectabatur, ne quid durè ſtatueret. Miſsus itaque atque exoratus Sanctus Sabas à Patriarcha, & à Paleſtinis (erat autẽ hic nonagenarius) ſuſcepit legationem ad Iuſtinianum. Excepit verò illum Imperator ſicut Angelum Dei, videns coronam capiti eius impoſitam, ſplendidam radiantemque, percepta ab eo benedictione, eandem quoque impertiri petijt ſuæ coniugi, quæ cum eſset ſterilis, captans per eum filium habere, repetebat ſæpius preces, ille nihil aliud annuit, quàm vt ſoſpes eſset, qua triſti abeunte, ille ad circumſtantes cauſam protulit, non vult Deus ex ea naſci fructum aliquem, ne & ipſe quoque guſtet Seueri dogmata, & deteriores quàm prius ſub Anaſtaſio conturbent Eccleſiam Dei, inſinuans occultè quod intus cælabat Theodora venenum hæreſis Seuerianæ; Ad petitionem verò S. Sabæ non modò remiſit iram Paleſtinis Chriſtianis Imperator, ſed etiam Samaritanos expulit. Redituro Sabæ oblatum vectigal pro ſuo Monaſterio recuſanti, inſtante tamen Imperatore: Si, inquit, tantæ tibi curæ eſt, vt nobis gratificetis, Xenodo-

Digitized by Google

chium, pro venientibus Chriſti ſepulchrum adorare ædifica. Præſidium pro Monachorum conſeruatione, ac peregrinorum tuitione, contra Barbarorum incurſiones inſtitue. Arrianam hæreſim, Neſtorij, & Origenis tollere ſtude. Hæc & plurima quæ ad Eccleſiæ commendationem faciunt ſuadens: Hæc ſi feceris, inquit, magnopere in Deo confido, fore vt mox diues ſubſequatur remunerario, Romamque & Carthaginem, & quæcumque amiſerunt qui ante te, imperarunt, recuperes.

Wandalicum bellum ante aliquot annos meditatum Iuſtinianus poſt multas & ancipites cogitationes, duce Beliſario tandem ex viſione quadam confirmatus, & Epiſcopi cuiuſdam hortatione, & S. Sabæ victoriæ prædictione impulſus ſuſcepit. Mirandum quod in tam difficilis belli cogitatione intétus, quaſi in ſummo otio, ad propitiandum ſibi diuinum Numen ſe conuertit, & ſummo ſtudio in curandis quæ ſunt fidei catholicæ, incumbit. Tribus menſibus ſolito citius Conſtantinopoli ad littus Africanum claſſis appulſa eſt. Sequenti die diſcurrentes quidam in agros, fructus attigerunt. Quos ignominia notatos acriter corripuit Beliſarius, cum diceret vim afferre, & alienis paſci, turpe ſemper & probroſũ eſſe. Afri deinceps ex moderatione militũ noſtros iam non

Vvandali Africa pulſi.

vt hoſtes, ſed vt amicos habuerunt, & miniſtrata illis annona, quæ illis fideliter perſoluebatur, ad Carthaginem magna ſecuritate, acceſſerunt. Et diuinitus oblata bene pugnandi occaſione, bis obuios hoſtes vicerunt. Incidit aduentus claſſis in 15. Septemb. quo natalis S. Cypriani martyris Epiſcopi Carthaginenſis anniuerſariæ vigiliæ agebantur, vt ex hoc magis id diuina prouidentia factum ex ſanctorum patrocinio, omnibus innoteſceret, ex cuius aduentu tanta eſt parta fiducia Africanis, vt ijdem templum illud ad Decimum poſitum, in quo erat ſepulcrum S. Cypriani Martyris, detentum ab hoſtibus, inuadentes, ſibi pulſis Wandalis vindicarint, ſummaque tranquillitate more priſtino diem feſtum celebrarint, quo adueniens Gelimer cum parte exercitus Wandalorum, cum Ioanne præfecto prætorio, qui partem exercitus ductabat, confligens occiſus eſt, profligato exercitu. Ammatus aut Gelimer animo conſternatus, ac conſilij inops in fugam actus, ac ſecluſus ab vrbe, occaſionē præbuit, vt Carthaginenſes Beliſario portas aperirent, qui prudenter ea nocte exercitum, extra mænia collocauit, ne noctis occaſione cuncta rapinis & cæde vaſtaret. Hac ipſa nocte claſſis Euro ſpirante ad promontorium Carthaginenſe peruenit; catenam trahentes, aditum facilem claſſi fecerunt,

Ad propitiandum ſibi numen diuinum Principes curare debēt omni ſtudio vt quæ fidei ſunt obſeruentur.

cerunt, Gelimer verò cum fratris copijs ex Sardinia reuerſo, dum bellū vt Carthaginem obſideret parat, aduerſus eum progreſſus Beliſarius conſerto prælio Zezonem fratrem eius occidit, Gelimerem in fugam agit. Atque hæc omnia, appulſus claſſis, pugnæ inſequutio, Carthaginis recuperatio, & caſtrorum expugnatio, tribus facta ſunt menſibus; Mira quidem & diuina prorſus prouidentia facta, (quod Procop. lib. 6. de edit. Iuſt. narrat) vt Wandali omnia propugnacula mænibus nudarint, ne Africanis rebellandi aliquo modo animus eſſe poſſet, ex quo Romanis facile fuit, paucis diebus tota Africa potiri. At Beliſarius mox eadem loca munienda, & mænibus circumducenda iuſſit. Qui & Gelimero capto reuerſus Conſtantinopolim cum ingenti præda opum, & cognatorum ac captiuorum Wandalorum, qui proceritate corporum & pulcritudine præſtarent, nobiliſſimum triumphum egit. Gelimer conſpecto in alto ſolio Imperatore & & circumſtante populo, & miſero ſuo ſtatū vnum hoc memorauit: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Quibus edocti exemplis Reges bellum auſpicaturi admoneri debent, vt piè pro religione laborent, ſic enim fæliciter hoſtes à Deo debellari, victorias diuinitus parari.

Carthagine à Vuādalis occupata, omnia propugnacula mœnibus nudata, ne Africanis rebellandi animus eſſet.

Idem quoque Iuſtinianus aduerſus Gothos

Neapolim Iuſtinianus duce Beliſario dum pro pietate pugnat in deditionem recepit. Hæreſim perdidiſſe ſimul cum Imperatoribus reſtitutũ Orientis imperiũ, cum imperauit fides Catholica.

thos Arianos bellum, aduocatis in ſocietatem belli Francis Catholicis parat, Dalmatiam Gothis ſubiectam inuadens, Salonam prouinciæ metropolim expugnat, & totam Siciliam in poteſtatem redegit, Neapolim duce Beliſario in deditionem recepit. Agapetus Romanæ ſedis Antiſtes, legationem ſuſcepit pro rebus Italiæ, diuino vt videtur conſilio, vt imperaret imperantibus, & ab eis perperam facta reſcinderet, & Anthimum ſuffectum in locum Epiphanij Epiſcopi Cypri hæreticum deponeret, ſuſceptus ab Imperatore Iuſtiniano cum ſummo honore & gaudio. Et qui ad expenſas in via faciendas, opus habuit vaſa ſacra oppignorare, in eodem itinere claudum & mutum, in partibus Græciarum, magna aſtantium admiratione curauit. Ex S. Greg. 3. dial. cap. 3.

Ex quibus intelligis vnà cum hæreſi, in regna cladem inuehi, & cum fide Catholica ſalutem ferri. Profanam hæreſim perdidiſſe ſimul cum Imperatoribus Orientis Imperium, reſtitutum tandem ipſum, atque amplius & pulchrius redditum, ſimul ac fides Catholica imperauit. Sicque in Occidente cumulari victorijs Gratianum Imp. I. D. Ambr. in lib. ad eundem Gratianum ſcribit, & frementes vndique barbaros reddi debiles, prorſus & imbelles, cum in caſtris excubat cum gratia, atque precibus ſacerdotum

ſancta

ſancta religio: Contra verò fæliciſſimum Imperij ſtatum, inuerti ſenties, mox vt Auguſtos hæreticis fauere videris, atque pro defenſione Catholicæ veritatis torpeſcere, vel religioſos Antiſtites ab ijſdem impiè perturbari, adeo vt perſpicuè intelligas, allatam victoriam, religionem penitus conſequi, hęreſes verò triſtes Erynnes euocatas ab inferis, ſecum ducere.

S. Greg. 1. dial. cap. 9. de S. Bonifacio Fęrentinæ Eccleſiæ Epiſcopo ſcribens. Gothis duobus ad ſe hoſpitalitatis gratia diuertentibus (ait) vaſculum ligneum vino plenum manu ſua præbuit, de quo bibentes Rauennam vſque, & poſt per aliquot dies vſque ad reditum ad ſanctam virum, numquam vinum defecit, quaſi in eo non augeretur, ſed naſceretur. Vaſculum vino plenum non euacuatur.

Contigit item lib. dial. 1. cap. 10. vt duo Gothi Rauennam properantes, duos paruulos pueros de poſſeſſione Tudertinæ Eccleſiæ raperent, & Fortunatus Epiſcopus, re cognita ſæpius euocatos Gothos rogaſſet oblato quouis pretio, vt dimitterent, nec illis vllo modo acquieſcentibus is qui prior eſſe videbatur, cum iam abiret in equo, ante Sancti Petri Eccleſiam, equi lapſu, confracta coxa in hoſpitium redire coactus ſit, qui virtute diuina agnita pueros remiſit, & Epiſcopi opem implo- Fortunatus Gothum curat.

imploravit, qui per eius Diaconum aſperſus aqua benedicta ſtatim conualuit, & iter repetijt.

Puella opulenta quendam propter æs alienum debitum laqueum ſibi innectentem ſeruat.

Opulentam puellam verò legimus in prato ſpirit. cap. 27. quæ etiam Gentilis cum vidiſſet quendam ſibi laqueum innectentem, ob egeſtatem, & ingens alienum æs debitum, habe (inquit) potius illa, omnia bona mea, & ne mihi vim afferas. Quod cum factum eſſet, & ipſa ad rerum omnium inopiam delapſa, fornicari cœpiſſet, vt ſe ſuſtẽtaret, aliquamdiu poſt ægrotauit, & compuncta, petijt baptiſari, omnibus illam vt meretricem contemnentibus. Aſtitit illi Angelus in ſpecie hominis cum quo miſericordiam fecerat, & comperto quod verè baptiſari vellet, per alios quoque Angelos, aſſumpta forma perſonarum quarumdam illuſtrium, re procurata apud Clericos, pollicentes pro ea ad Eccleſiam detulerunt, baptiſari curarunt, albis induerunt, domum retulerunt, & penitus euanuerunt. Cum vicini inquirerent cur ita albis induta, à quo & quomodo baptiſata, re tota per Epiſcopũ diligenter perueſtigata, inuentum eſt hoc totum fuiſſe opus Dei. Hæc Cantipratanus.

De Siluerio illatis tum à Beliſario, tum à Vigilio iniurijs, ſuperiùs diximus, cuius ſtatum cõditio temporum effecit durio-

rem

rem cùm à Gothis Roma obſideretur foris, & intus à Belliſarij exercitu qui pro Vigilio contra Siluerium ſtabat, vt nemo auderet ei auxilium ferre. Sed quanta hæc in ſummum Pontificem mala illata immiſſis cladibus Deus cælitus vindicauit, vix credi poteſt, quæ à Procopio referuntur. Hunnis cum ingenti exercitu Iſtrum tranſeuntibus, & omnem ferè Europam peruadentibus, & deuaſtantibus, idque non ſemel, ſed bis & ter cum multa gaza, & centum viginti millibus captiuorum, quibus tradit annuam pollicitum eſſe Imperatorem pecuniam, ſicut & Saracenis. Ipſe verò Imperator Iuſtinianus qui haud pridem cùm Dei amicus eſſet, Wandalos Gothoſque inuictos ſuperabat, vix dignus fuit excuſatione in Siluerio, quē audiſset in Inſulam relegatum, iniuſta ſentētia damnatum, & Vigilium ei legitima ordinatione ſuffectum: cùm tamen longè contra res ſe haberet, Theodora omnia per fas & nefas cum ſibi iunctis hæreticis miſcente. Sic planè in rebus grauiſſimis contigit Principes falsâ relatione ſæpius falli. Et ſubdit Procop. Durauit obſidio annum vnum, & dies nouem, ingenti fame laboratum eſt, fuere qui fame & penuria cogente, alteri ſe venderent, fæminas duas fuiſſe tunc tradunt, quæ viros ſeptemdecim ad ſe diuertentes, dormientes ſtatim interficerent, & in

Siluerius iniuſtè in Inſulam damnatus Vigilio per nefas & fraudes Theodoræ Imper. ſuffecto.

imploravit, qui per eius Diaconum aſperſus aqua benedicta ſtatim conualuit, & iter repetijt.

Puella opulenta quendam propter æs alienum debitum laqueum ſibi innectentem ſeruat.

Opulentam puellam verò legimus in prato ſpirit. cap. 27. quæ etiam Gentilis cum vidiſſet quendam ſibi laqueum innectentem, ob egeſtatem, & ingens alienum æs debitum, habe (inquit) potius illa, omnia bona mea, & ne mihi vim afferas. Quod cum factum eſſet, & ipſa ad rerum omnium inopiam delapſa, fornicari cępiſſet, vt ſe ſuſtētaret, aliquamdiu poſt ægrotauit, & compuncta, petijt baptiſari, omnibus illam vt meretricem contemnentibus. Aſtitit illi Angelus in ſpecię hominis cum quo miſericordiam fecerat, & comperto quod verè baptiſari vellet, per alios quoque Angelos, aſſumpta forma perſonarum quarumdam illuſtrium, re procurata apud Clericos, pollicentes pro ea ad Eccleſiam detulerunt, baptiſari curarunt, albis induerunt, domum retulerunt, & penitus euanuerunt. Cum vicini inquirerent cur ita albis induta, à quo & quomodo baptiſata, re tota per Epiſcopū diligenter perueſtigata, inuentum eſt hoc totum fuiſſe opus Dei. Hæc Cantipratanus.

De Siluerio illatis tum à Beliſario, tum à Vigilio iniurijs, ſuperiùs diximus, cuius ſtatum cōditio temporum effecit durio-

rem

rem cùm à Gothis Roma obſideretur foris, & intus à Belliſarij exercitu qui pro Vigilio contra Siluerium ſtabat, vt nemo auderet ei auxilium ferre. Sed quanta hæc in ſummum Pontificem mala illata immiſſis cladibus Deus cælitus vindicauit, vix credi poteſt, quæ à Procopio referuntur. Hunnis cum ingenti exercitu Iſtrum tranſeuntibus, & omnem ferè Europam peruadentibus, & deuaſtantibus, idque non ſemel, ſed bis & ter cum multa gaza, & centum viginti millibus captiuorum, quibus tradit annuam pollicitum eſſe Imperatorem pecuniam, ſicut & Saracenis. Ipſe verò Imperator Iuſtinianus qui haud pridem cùm Dei amicus eſſet, Wandalos Gothoſque inuictos ſuperabat, vix dignus fuit excuſatione in Siluerio, quē audiſset in Inſulam relegatum, iniuſta ſententia damnatum, & Vigilium ei legitima ordinatione ſuffectum: cùm tamen longè contra res ſe haberet, Theodora omnia per fas & nefas cum ſibi iunctis hæreticis miſcente. Sic planè in rebus grauiſſimis contigit Principes falsâ relatione ſæpius falli. Et ſubdit Procop. Durauit obſidio annum vnum, & dies nouem, ingenti fame laboratum eſt, fuere qui fame & penuria cogente, alteri ſe venderent, fæminas duas fuiſſe tunc tradunt, quæ viros ſeptemdecim ad ſe diuertentes, dormientes ſtatim interficerent,

Silucrius iniuſtè in Inſulam damnatus Vigilio per nefas & fraudes Theodoræ Imper. ſuffecto.

&c in

& in cibum abſumerent,quas decimus octa-uus,ſubitò experrectus, correptus re cogni-ta,ipſas obtruncarit. Et addit Datius Medio-lanenſis Antiſtes vir beatiſſimus, tantam eo anno per vniuerſum mundum, maximèque apud Liguriam famem excreuiſſe, vt pleræ-que matres, infælicium natorum comede-rent membra.

Annonæ fuiſſe penuriam vt parentes liberos pretio ex-ponerent venales.

Mediolanum verò ampliſſimam vrbem ſolo æquatam (idem Proc.) delent Gothi, in eaque virorum trecenta millia, ſine vllo ætatis reſpectu trucidāt,fæminas verò man-cipiorum in morem abductas Burgundio-nibus dono dant, vt promeritas his gratias redderent, pro inita ſecum belli ſocietate. Ex Procop. nonnulla.

Dacius quoque Mediolanenſis Epiſcop. fuga lapſus, euaſit manus cruentorum Go-thorum, de quibus Greg. libro 3. dial. cap. 4. Eiuſdem (inquit) Principis tempore ſci-licet Iuſtiniani Dacius cauſa fidei vrbe exa-ctus dum ad Conſtantinopolim vrbem per-geret. Corinthum deuenit, vbi hoſpitatus in domo, quam dicerent homines malignis in-feſtam eſſe dæmonibus, & nocte audiri im-menſis perſtrepere vocibus, & variorum animalium voces imitari, ſurgens ille fideli-ter, & exprobrans illis eorum ſuperbiam & caſum miſerabilem, ad eius increpationes & exprobrationes ſic immūdi ſpiritus erubue-runt,

Dacius Epiſc. domum infeſtam malignis demoni-bus curat.

runt, & confuſi ſunt, vt numquam amplius eam domum infeſtarint.

Ghildebertus Francorum Rex, vt ſcribit Gregorius Turonenſis Epiſcopus, indixerat vt omnes Eccleſiæ regni ſui tertiam partem fructuum fiſco ſoluerent, quod cùm licet inuiti ſancti Epiſcopi conſenſiſſent, atque ſubſcripſiſſent, viriliter hoc B. Iniurioſus Epiſcopus reſpuens ſubſcribere noluit, dicens, ſi volueris res Eccleſiæ tollere, Deus velociter tuum regnum auferet, quare iniquum eſt vt pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum ſtipe tua horrea repleantur, & iratus contra Regem, nec valedicens abſceſſit. Tunc commotus Rex, timens etiã virtutẽ S. Martini, miſit poſt eũ cum muneribus, veniã petens, & hoc quod fecerat dãnans, ſimul rogans vt virtutem S. Martini exoraret. Eccleſiæ horreo Reges nõ alantur, ſed eorum ſtipe horrea pauperum ac Eccleſiæ repleantur.

Thomas Apamenſis Epiſcopus, cùm lignum S. Crucis contra exercitum Coſroes oſtenderet ingentem flammam ignis ſplendentis de loco ad locum conſequutam Procopius ſcribit, quæ res ſalutem Apamenſibus ſignificauit. Crucis virtute Apamea ſeruatur.

Conſidera & Iuſtiniano omnia læta & proſpera, antequam in Siluerium (qui in Inſula Palmaria relegatus, ærumnis confectus, inedijſque conſumptus, Matryr tandem in cælum migrauit) manus inijceret, ceſſerint,

 po-

poſtea verò, violato Chriſto Domini,vt omnia retro prolapſa ſint.

Benedictus in clibanum miſſus, ab incendio liberatur.

Quiddam mirabile D. Gregorius dial. 3. c. 18. narrat, fuit (inquit) quidã in Campaniæ partibus intra quadrageſimum Rom. vrbis milliariũ, Benedictus nomine, ætate quidem iuuenis, ſed moribus grandæuus, & in ſanctæ conuerſationis regula ſe fortiter ſtringens. Quem cùm Totilæ temporibus Gothi repeꝛiſſent, hunc incendere cum ſua cella moliti ſunt, ignem ſuppoſuerunt, ſed in circuitu arſerũt omnia, cella verò eius, igne conſumi nõ potuit. Quod videntes Gothi, magiſq; ſæuiẽtes atq; hunc ex ſuo habitaculo trahẽtes, nõ longè poſt inſpexeruut accensũ clibanũ, qui coquendis panibus parabatur, eumq́ue in illũ projecerunt, clibanumq́ue clauſerunt, ſed die altera ita illæſus inuentus eſt, vt non ſolum eius caro ab ignibus, ſed neque extrema vllo modo veſtimenta cremarentur.

Spiritus prophetiæ in B. Benedicto.

Totilam verò fama ſanctitatis ac miraculorũ D. Benedicti, etiam trucem barbarum in ſummũ Caſſini mõtis verticem attraxit, & ad explorandũ, an quod audierat, haberet prophetiæ ſpiritũ, cùm præmiſiſſet, qui nũciaret ſe venturũ, ornatu & comitatu ſuo ſubmiſit ſpatarium ſuũ, quem venientem conſpiciens Sanctus Vir, cùm iam ab eo audiri potuiſſet, clamauit dicens: *Pone fili, pone; hoc quod portas non eſt tuum*. Quæ ſequuntur, ex Gregorio Diac. c. 14. & 15. petenda ſunt.

Coſroes à Sergiopoli confuſus recedit.

Coſroes Rex Perſarum expeditione Ser-giopolim tentat, quæ S. Sergij pręſidio munita, eiuſque patrocinio (miraculo apparentibus armatis militibus, magno numero ſuper muros) illæſa permanſit, Coſroe ad oſtentum miraculi obſtupeſcente, ac conſternato, quem ſub extremum ætatis tempus diuino regenerationis lauacro tinctum fuiſſe, Euag. lib. 4. cap. 26. ſcribit. Aliam quoq; expeditionem in Deum Romanorum parat obſeſſa Edeſſa, iactans ſe falſa eſſe conuicturum quæ de ea ciuitate fidelium ore ac ſermone celebrarentur, nempe Edeſſam numquam ab hoſtibus ſubiugandam eſſe, Dei ſcilicet præſidio munitam. Ingenti igitur ad mænia comportato aggere, ex quo in vrbem ingredi poſſet, oppidani alijs præterea fruſtrà remedijs adhibitis, ſanctiſſimam imaginem diuinitus fabricatam, quam non hominum manus effinxerāt, ſed Chriſtus Deus Abagaro, quandoquidem eum videre cupiebat, miſerat, proferunt, eaque aqua conſperſa, ex ea aqua ſtruem lignorum ab hoſtibus inſtructam inſpergunt, quâ contra naturam concipiente ignem, tota conflagrat, & in cinerem redigitur. Coſroes igitur re deſperata confuſus receſſit.

Coſroes Rex Perſarum extremo ſuae aetatis tempore baptiſatur.

Edeſſa à Coſroe tentatur ſed non occupatur.

Mira deſcribit Pratum ſpirit. de Georgio Monacho Sina montis, qui in ſacro Reſurrectionis die inuentus eſt in ipſo Hieroſoli-

Georgius ſenex extaſim

paſſus Sã-ᴄto reſur-rectionis die ab Epiſcopo Hieroſo-limis commu-nionem accepit.

ſolimitano templo, & ab ipſo Epiſcopo Petro communionem ſanctam accepit, iuuen-poſtea in cella ſua, requiſitus per litteras à Pontifice, cur inuitatus vt ſecum ſumeret cibum minimè comparuerit. Ille reſpondit: Abſit à me mi Domine ſanctiſſime, vt ſanctum Angelum meum contempſerim, vt ſciat autem beatitudo veſtra, poſt ſex menſes Chriſto Domino, & Deo noſtro ſimul occurſuri ſumus, & illic adorabo vos. Dicebat autem ad Epiſcopum Petrum, quod 70. ferme annos habebat ſenex, ex quo de monte ſancto Sina non exierat. Ille autem afferebat teſtes Epiſcopos & Clericos dicẽtes: Verè nos ſenem vidimus, & omnes oſculo ſancto illum ſalutauimus. Poſtquam igitur impleti ſunt ſex menſes, requieuerunt in pace, ſenex & patriarcha iuxta ſcilicet S. ſenis ipſius prophetiam. Attendere hic lubet antiqua inuocata ſigna, Abacuc & Philippi Diaconi, qui de loco in locum momẽtaneè tranſlati ſunt. Voluntatem enim timẽtium ſe facit Dominus, & preces pauperum non deſpicit, ſollicitabatur enim hic admirabilis ſanctitatis & virtutis ſenex multo deſiderio faciendi ſacrum diem reſurrectionis in ſancta illa ciuitate Hieruſalem terreſtri, quippe & deſiderio ad cæleſtem illam quotidie ſuſpirabat. Et paucis poſt diebus ſe peruenturum ex diuina reuelatione non ignorabat.

Digitized by Google

Enimuerò dum Vigilius Papa non eſt ſibi tutus à violentia ſacrilegi Imp. Iuſtiniani, dum in hũc modum turbatur Eccleſia, quid mirum rerum etiam naturam eſſe turbatam? nam ea tempeſtate plures Græciæ ciuitates terræ motu exciſæ, hiatu terræ multa loca abſorpta, portentoſæ maris æſtuationes factæ à Sclauis & Hunnis, nouæ irruptiones in Imperium Rom. conſequutę, à Gothis Corſica & Sardina captæ, vtque Conſtantinopolis ita aliæ Orientis Eccleſiæ, ob diſſidia dogmatum tumultibus agitatæ, & in ſe inuicem ſeditionibus colliſæ. Ex Proc.

Propter Vigilij Papæ perſecutionem & diſſidia dogmatum multæ in Græcia ciuitates terræ hiatu abſorptæ, & multæ ab exteris irruptiones factæ.

At ſancita iam Eccleſiæ pace quanta iam Imperio Rom. prouenerint bona, paucis concludam: Dum enim Iuſtinianus in deterius ſemper labitur (inſtigante præſertim Theodoro Cæſariæ Cappadocię Epiſcopo, omnium malorum auctore) contra Synodi decreta pugnat, nec Vigilio rogãte edictum re uocare voluit, imo & præter minas, vim quoque adhibuit, ſuis mandans ſatellitibus, nimium ſui oblitus, & à Sathana exagitatus, vt in ipſum Vigilium Apoſtolicæ ſedis Epiſcopum, manus inijciant. Ac quanta vis Cathedræ Petri, & quàm ingens mutatio dexteræ excelſi, poſteaquam Imperator obſequentem ſe obtulit Rom. Pontifici, Theodorus pænitens, & humilis, libellum ſupplicem Vigilio Papæ offert, dum fidem re-

Pace Eccleſiæ reddita quæ ſint conſecuta.

etiam confitetur, & denique de irrogatis in Pontificem probris, & contumelijs, eodem libello veniam petit. Et Mennas Conſtantinopolitanus Epiſcopus, libello ſupplici oblato, idipſum præſtat. Profeſsus pariter libellum quendam in Vigilium ſcriptum non eſſe ſuum, dum totius Orientis Eccleſia obſequitur Romanæ Eccleſiæ, itaque præmiſsâ huiuſmodi ſatisfactione: Vigilius eoſdem dum in communionem ſuſcepit, tum reddita Eccleſiæ pax. Quæ optata quidem, ſed inſperata omnibus innotuit, eoque iucundior, atque gratior facta, quo magna ſecum bona vexit. Recognoſce iam ſancta Eccleſia bona hæc, quæ ſanctam hanc pacem ſunt conſequuta. Gothorum claſsis Orientem infeſtans, redire cum ignominia cogitur, belloque nauali victi, præter omnem ſpem è Sicilia pulſi fugatique. Tarentum ab ipſis vindicatum atque recuperatum, miſſoque in Italiam Nerſete cum exercitu in deterius res labi cæptæ, Francis Arrianis ſcilicet quos in ſocietatem belli Gothi acceperunt, obſtruentibus atque obſeruantibus itinera, ipſe Narſes præter opinionem omnium peruenit Rauennam, ac tandē Rubiconem fluuiū ab hoſtibus cuſtoditū, occiſo Gothorum Duce tranſiens, in Tuſcia occurrentem cum ingenti exercitu Totilam collatis ſignis, profligat, occiditque, ac cum alijs Nobi-

liſſimis Italiæ Ciuitatibus, tum Roma breui tempore potitus, cuius claues mittit Conſtantinopolim, factumq́ue eſt vt diuini compenſata lance iudicij, poſteaquam Imperator cum Orientalibus, obſequi cæpit Romano Pontifici, ipſe vrbe potiretur, eiuſq́ue claues acciperet, cum Petri Claues in Vigilio recognouit. Adde verò & Theiã Gothorum fortiſſimum electum in Regem, & res Gothorum reparare ſatagentem, cùm impreſſionem Romanorum militum diu fortiter ſuſtinuiſſet, & ipſum occidit, vt planè perſpicuè fuerit demonſtratum, pro ſtatu rerum Eccleſiaſticarum, res Imperij à Diuinitate diſponi.

Vnde verò Narſeti ſemiviro tantæ vires? Ex patrocinio in primis B. Virginis, cuius erat, vt eſt apud Euag. lib. 4. cap. 23. ſtudioſiſſimus cultor, porrò & ipſum fuiſſe æqui amantiſſimum Procopius oſtendit, cùm de dimiſſis Longobardis agit, quod ædificia cremarent, ſtuprumq́ue fæminis & vim inferrent in ſacras ædes refugientibus, quibus magna pecunia donatis, & deductis ad fines vſque Romani Imperij, iuſſit, vt ſine iniuria pertranſirent, qui delegit potius robore fortiſſimorum carere militum, quàm Deum eorum perperam factis offendi. Hactenus multa Procop. 3. de bello Gothico.

Narſes quia b. Virginis cultor erat ſtudioſiſſimus, victorijs cumulatur.

Reſpirante iam populo, & optata pace

Puer Iudaeus ab incendio liberatur.

lætante, moritur Mennas Epiſcopus Conſtantinopolitanus fęliciter reconciliatus Eccleſiæ. Sub hoc Menna narrat Euagrius lib. 4. cap. 35. miraculum grande contigiſſe Conſtantinopoli pueri Iudæi qui cum alijs pueris Chriſtianis participarat de particulis puri & immaculati corporis Chriſti, (nam quę ſuperfuiſſent, dabantur huiuſmodi puerulis abſumenda) & à Patre Vitriario, in rei odium in fornacem coniecti, & poſt tres dies à matre reperti viui ac ſuperſtitis, quem cum matre Iuſtinianus Imp. baptiſandum curauit. Patrem verò obſtinatum in perfidia cruci ſuffigendum.

Catholicis inter ſe collidentibus concuſſiones vrbium finnt & ruinæ Auctoritas ſedis Apoſtolicæ quo magis contempta eo magis illuſtratur, ſimilis palmæ

Miſericordia autem Domini cum multa pace abundaret, hominibus ad deteriora prolapſis; factus eſt horribilis tum Conſtantinopoli, tum apud alias ciuitates terræ motus. Inter alias ſolo æquatas, ponitur Berytus in Phænicia. Contremuiſſe etiam Alexandriam Ægipti, (quod magno miraculo factum) terræ motibus minimè fuiſſe ſubmerſam. Præſagium hoc fuit horrendæ illius concuſſionis Eccleſiarum, quæ per tot annos durauit, Catholicis ipſis inter ſe collidentibus.

Rogante autem Clero Romano vnà cum Naſete Duce, Iuſtinianum Imperatorem, vt Vigilium Papam, & qui de Clero erant cum eo in exilium deportatū reſtituat, impetrant.

trant.

trant. In cuius Pontificatu permiſit Deus Apoſtolicam ſedem adeo fluctuare, & in tantum diſcrimen adduci, vt ab omnibus intelligeretur non humanis, ſed diuinis illam fulciri præſidijs. Eiuſdem quoque Vigilij ſummam ambitionem, & Principibus placendi ſtudium Deus egregiè vltus eſt, per eos ipſos quibus gratificari ſtuduit miſerè exagitatus & vexatus, ſic vt nullus alius magis à Chriſtiano Imperatore; Et nihilominus Apoſtolicæ ſedis auctoritas, quo magis in eo fuit contempta, eo amplius in eodem fuit illuſtrata. Et quod Iuſtinianus ab Agapeto, & Siluerio impetrare non potuit, vt Prima Iuſtiniana, natale ſolum à ſe mirificè illuſtrata, non Epiſcopatus ſolum, ſed metropolitanæ ſedis augeretur dignitate, id à Vigilio impetrauit, vt eius Epiſcoqus pallio vteretur, vicemq́ue gereret Apoſtolicæ ſedis. Quid ſit pallium, docet Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 136. in vita Eutichij, quem Iuſtinianus Imp. ex viſione quadam ipſi oſtenſa Principis Apoſtolorũ indicantis Eutychium dicentisq́ue, fac vt hic Epiſcopus, omnibus approbantibus, ordinetur Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ita ſe ordinari curauit. In cuius conſecrationis deſcriptione, quod dicitur, *Ouis errantis typum ſuper humeros tollit*. Iſidorus idem de hac re interrogatus, reſpondit. *Palliũ illud, quod decoris gratia ſuper omnia* indu-

quae ponderi non cedit ſed aſſurgit comam habens circum. extenſam & ramos in modum digitorum.

indumenta ſuperinducitur Sacerdoti, ſignificare deperditam ouem illam, quam Paſtor ille Euangelicus ſuper humeros imponit.

Vltio diuina aduerſus ſacrilegos hoc ſæculo non ſemel progreſſa narratur. Leo Pictauienſis vnus de incentoribus Chranni contra Patrem Clotarium rebellantis fertur (inquit Gregor. Turonenſis lib. 4. cap. 16.) aliquando dixiſſe, quod Martinus & Martialis confeſſores nihil fiſci rebus vtile reliquiſſent, & percuſſus à virtute confeſſorum, ſurdus, & mutus effectus eſt, venit enim miſer ad baſilicam S. Martini Turonenſis, celebrauit vigilias, & dedit munera, ſed non reſpexit eum virtus conſueta, cum ipſa enim qua venerat infirmitate, receſſit.

Contemptor Patris punitur.

Alios quoque complures his diſcordiarum Chranni contra Patrem Regem temporibus in Gallia, inieciſſe manus in bona Eccleſiaſtica, nonnulla alia exempla diuinæ vltionis in eos immiſſa, demonſtrant. Hoc teſtatur primus Canon Concilij Pariſienſis. Sed & præter hos bonorum Eccleſiaſticorum inuaſores, regij quoque miniſtri, eadem quoque fiſco addicere conſueuerunt. Cuius rei gratia, ſanxerunt canonem 2. vt perpetuo anathemate feriatur, qui res Eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut peruadere, periculoſa infeſtatione præſumpſerit.

Raptores Eccleſiarum.

ſerit. Exemplo ſit Theodoricus,in cuius exercitum tanta in ſacrilegos vindicta deſcæuijt. Item quinque militum Chriſtianorum, qui oratorium Iciacenſe expilarunt, & inter ſe ſpolia partiti ſunt, cum mox quatuor in ſeditione interfecti ſunt, quartus omni præda domum relata, excæcatus, vouit ſe omnia reſtiturum, lumen recepit, & omnia reſtituit ablata. Greg. de glo. martyrum cap. 66.

Audita fama S. Martini miro Sueuorum Rex pro ægrotante ad mortem filio penſato auro, argentoque ad filij pondus, tranſmiſit ad venerabilem locum ſepulchri eius, & reuerſi, renunciant ſe multas vidiſſe fieri ad Beati tumulum virtutes, cur autẽ filius eius curatus non fuerit ſe ignorare; At ille intelligens, non ante ſanari filium poſſe niſi æqualem cum Patre Chriſtum crederet,erant enim Arriani, Rex cum omni domo ſua veram fidem confeſſus baptiſatur, & ſacri Chriſmatis gratiam aſſequitur, ſqualor etiam lepræ pellitur, totque ibi virtutes factę ſunt per Sanctum Martinum, vt narrare eas longum ſit.

Sueuorũ Rex & filius ab haereſis & morbo leprae curantur.

Sanctiſſimum Nouiomenſem atque Tornacenſem Antiſtitem Medardum miraculis celeberrimum extulit ſuis humeris in tumulum Clotarius Rex francorum, Sizebertus filius eius, nobilẽ Baſilicã & Monaſteriũ erexit, quod

quod caput & primarium totius Galliæ S. Gregorius eſſe voluit, & priuilegia à Ioanne Papa conceſſa, confirmauit, & alia ſuperddidit lib. 2. cap. 42. Huic defuncto diuina luminaria per duarum fere horarum ſpatium apparuere. Exceſſit quoque è vita S. Gildardus præſul Rothomagenſis eius frater vterinus. Quos eodem die natos, & ſepultos teſtatur martirologium. Ianuarij 6. & Andoenus hoc carmine, qui etiam Geminos appellat.

Galliae prima tium.

,,Hi ſunt Gildardus fratres gemini atque
,,Medardus.
,,Vna dies natos vtero, viditq; ſacratos,
,,Albis indutos, & ab iſta carne ſolutos.

Lues inguinaria Vrbem Romam, Italiam, Treuerim vaſtat.

Porro eodem anno, qui erat Chriſti 565. peſtis illa inguinaria, vniuerſam propè Italiam atque ipſam vrbem peruaſit, de qua Paulus Diac. de geſtis long. lib. 1. cap. 4. Huius & meminit S. Gregorius Papa, dial. 4. cap. 26. De qua etiam meminit S. Gregorius Turon. de gloria Martyrum cap. 79. quam & Litanijs communibus apud Deum votis, precibuſque graſſantem, ita Domini in miſericordiam conuerſa Sanctorum meritis repulſam extinctamque conteſtantur, & per S. Nicetium Treuirenſem Epiſcopum, idem Gregorius in eius vita refert ciuitatem eſſe liberatam. Cùm enim lues inguinaria Treuiricum populum in circuitu ciuitatis valde

valde vaſtaret, & Sacerdos Dei pro ouibus commiſſis Domini miſericordiam implora-ret aſſiduè, factus eſt ſonus de nocte magnus tanquam tonitru validum ſuper pontem amnis, ita vt putaretur vrbs ipſa abſorberi, cumque omnis populus exterritus, in lectu-lis reſediſſet, lætiferũ ſibi interitum operiens audita eſt in medio vox cęteris clarior, di-cens: Et quid hic ô ſocij facimus: Ad vnam enim portam Eucharius ſacerdos obſeruat: Ad aliam Maximinus excubat: In medio verſatur Nicetius, nihil hic vltra præualuere poſſumus: Niſi ſinamus hanc vrbem eorum tuitioni, hac audita voce morbus quieuit, nulluſque ab eo vltra defunctus eſt. Vnde non ambigitur virtute memorari Antiſtitis fuiſſe defenſam.

Viſæ ſagittae caelitus delapſae in homines, quibus Pelagius Papa tollitur è vita, & D. Greg. litanias proſequente, 80. homines vna hora occubuerũt.

Ita & meritis & precibus S. Galli plebs Aruemenſis ſe vindicatam gaudet, peſte circumquaque imminente, ex eodem Greg. 7. geſt. S. Galli Epiſcopi.

Refert D. Greg. Papa lib. dial. 2. cap. 17. de Theoprobo nobili viro, à B. Benedi-cto olim ad fidem conuerſo, & illi admo-dum familiari, qui aliquando amariſſimè il-lum flentem reperit, & cauſam interrogans audiuit: Omne monaſterium hoc quod conſtruxi, & cũcta quæ fratribus preparaui Omnipotentis Dei iudicio Gentibus tradita ſunt, vix autẽ obtinere potui, vt mihi ex hoc

Caſſianum vaſtatur.

loco

loco animæ cōcederentur. Hæc Greg. proſequitur. Cuius vocem Theoprobus audiuit, nos autem cernimus, qui deſtructum modo à Longobardorum gente eius monaſterium ſcimus, nocturno enim tempore, quieſcentibus fratribus, nuper illuc Longobardi ingreſſi ſunt, qui diripientes omnia, nē vnum quidem hominem tenere potuerunt. Sed impleuit omnipotens Deus quod fideli ſeruo ſuo Benedicto promiſerat, vt ſi res gē-tibus traderet, animas cuſtodiret. Proinde eoſdem monachos inde pulſos Romā commigraſſe, idem alibi tradit, Abbateſque numerat qui ad ea vſque tempora eidem monaſterio præfuerunt 2. dial. in initio, traditum his fuiſſe Lateranenſe cænobium incolendum affirmart: Hos eriam accipere alimoniam vnà cum alijs Monachis, ab ipſa Apoſtoſtolica ſede, idem Gregorius epiſtola ad Conſtantinam Auguſtam docet libro 4. epiſtola 34.

Gundebaldo duce ſuperato Childericus Francorum Rex per Theodobertum filium ſuum multam cladem intulit Turonenſibus, & Pictauenſibus ſicut ſcribit Greg. Turo. lib. 4. cap. 47. & 48. Vaſtat (inquit) euertit, Eccleſias incendit, monaſteria detrahit, clericos interficit, monaſteria virorum diſijcit, puellas deludit, & cuncta deuaſtat, fuitque in illo tempore peior in Eccleſijs gemitus,

tûs, quàm tempore Diocletiani, & ſic pergit deplorare, quàm degenerarint tum Franci à ſuis maioribus. Et de viginti militibus ſubſequitur, qui cum monaſterium quoddam in quo reliquiæ S. Martini erant, diripuiſſent, in tranſitu fluminis, omnes ſubmerſi ſunt, tranſfixi ſuis ipſorum haſtilibus, vno excepto qui eos increparat.

Diuina in Sacrilegos vltio.

Ijs quoque militibus, qui S. Vincentij Martyris baſilicam in eadem regione poſitam vbi plebs ſe ſuaque omnia tuta fore putarat ob Martyris reuerentiam, inuaſerant, & cædibus, & direptionibus omnia fædarant, diuina vltione narrat contigiſſe, vt alij à dæmone correpti, alij fulmine, alij varijs morbis miſerè cruciarentur, perirent, de gloria mar. lib. 1. cap. 105. Theodobertus verò in pænam ſacrilegiorum quæ eius milites commiſerunt, conſpirantibus inter ſe, & ſe inuicem concutientibus Regibus Chilperico & Sygeberto, victus occiditur.

Inuaſores baſilicæ Sancti Vincentij Martyris diuina vltione, varijs cladibus afficiuntur.

Legimus & in actis Faronis Aquenſis Epiſcopi, Childericum ſummę apud Sygebertum Regem poteſtatis, villam Eccleſiæ Aquenſis iniquè vſurpaſſe, Farone reclamante, & vltionem à S. Metria expoſtulante, qui à febri correptus, & per integrum annum fatigatus, cum nec ſuam culpam agnoſceret, tandem depilatus toto capite, & ſerò recogitans peccatũ ſuum & iniuriam quam

Childerici, Eccleſiae inuaſoris Deus vltor.

quam fecerat Aquienſi Eccleſiæ, iuſſit reddi villam, & inſuper ſexcentos aureos (cùm trecentos priùs ab Epiſcopo exegiſset) ſuper ſepulchrum poni, atque interim ſpiritũ exhalauit. Ex Gregorio Turon. de gloria confeſſ. cap. 7.

Res Romana miraculo defenditur.

Res Romana diuinitus defenſa, ex miraculo clauis aureæ S. Petri declaratur principio diſtinct. de miraculorum gratia.

In blaſphemantes Dei Genitricẽ Mariam vltio.

Mauricij Imperatoris 4. ann. 7. ſcribit Cedrenus: Quibuſdam in domo cuiuſdam prandentibus, cùm conuitia in B. Virginem Deiparam coniecisſet, illi quidem ilico à malis ſpiritibus arrepti, pænas dederunt. Dominus verò domus in ſomnis ſibi vidit aſtare Deiparam, quæ alloqui ipſum non dignata, pedes eius virgula, velut notis impreſſis, circumſcripſit; ille autem præ dolore euigilans, pedes ſibi inciſos inuenit, geſtatus in publicum, ibique expoſitus, iuſtum Dei iudicium, & inculpatæ Virginis Deiparæ contra ſe indignationem profeſsus eſt. Mirandum quiddam atque pauendum ſcribit Gregorius l. 3. epiſt. 36. ,,Dum effoditur requirẽdo venerabile corpus S. Laurentij, ſepulchrum eius iguorãter apertum fuiſſe, & omnes præſentes Monachos, & manſionarios qui corpus eius viderunt, nec tamen tangere præſumpſerunt, intra decem dies mortuos eſse.

Coſroes

Coſroes reſtitutus in Regnum, multa pietatis ſigna publicis egregiè factis edidit. Cùm audiſſet S. Sergium martyrem poſtulata à ſe largiri ſolere, voto ſe obligaſſe ſi victoriæ compos eſſet, donis multis Martyrem ſanctum honoraturum. Euag. lib. 5. cap. 20. ſcribit, quod & perfecit, crucem auro multo & lapidibus pretioſis exquiſitè elaboratam mittens, qua Sergium martyrem inclitum honorari voluit. Haud ita multo poſt, alia dona ad ſanctum illud templum miſit Coſroes, inter quæ erat diſcus ex auro confectus, in quo ſcribenda curauit beneficia, præſertim quæ à S. Sergio receperat, vt ſubſidio veniret ei, & Syra coniunx conciperet. Item calix & thuribulum omnia aurea. Quin etiam & aliud votum S. Sergio cum Syra coniuge, nuncupauit. Si Syra conciperet, crucem illam quam Syra geſtabat, ad ſanctiſſimum eius templum ſe miſſurum. Hæc donaria à Coſroe oblata pietatis cauſa, viſa ſunt loqui quaſi per os aſinæ Balaã corripientis atque arguentis, hæreticos qui ſe vinci à Gentili non erubeſcunt, agnoſcente Coſroe & profitente diuina per Sanctos beneficia, quod planè diuina prouidentia factum, vt Gentilium linguæ ſalutaria loquãtur, hæretici deteriores Balaam, qui venerat vt maledieeret Iſraëli. Quomodò maledicam (inquit) cui non maledicit Deus; Ad

Donaria S. Sergio à Coſroe facta.

benedicendum miſſus ſum, benedictionem prohibere non valeo. Non eſt idolum in Iacob, nec videtur ſimulachrum in Iſrael, blaſphemare Deum Sanctoſque nõ ceſſant, de quibus ſuprà.

Chaianus ſiue Chaganus Auarum Rex rem Venetã inuadens, Romilda relicta Agilulphi Ducis, qui in eo bello perierat coniux, ſpe ineundi coniugij cum eodem Auarum Rege, illa prodente potitur, inceditque vrbem, impudicam verò Romildam in medio campo palo confixit (digno eius impudicitiæ ac proditionis pręmio:) Ipſius verò Romildæ filię, caſtitatis amore incenſæ, artificio quodam fętoris compoſito ab Auaris intactæ caſtitatis pudorem commento conſeruauerunt, putantibus Auaris Longobardorum fæminas putidas eſſe, illæ verò per varias ſortes venundatæ, dignis pro nobilitate, & caſtitatæ ſua potitæ ſunt nuptijs. Vna Alemannorũ regi altera Baioariorum principi iuncta. Porrò Chaganum quoque qui Iſtro traiecto Romanas ditiones vaſtauerat, templum quoque Alexandri Martyris incẽderat, eiuſque reliquias homo nefandus maxima contumelia affecerat, vltio diuina ſequuta, vna die ſeptem liberis amiſſis. Et quia Mauricius Chagano captiuos redimendos offerenti, per vnum numiſma in ſingula capita, ac minori etiam pretio perſolue-

Foro Iulij Chaganus Auarum Rex prodẽte Romilda coniuge Agilulphi potitur.

re

re noluit, ira incenſus Chaganus omnes occidit. & pactis inducijs, 50. milliũ aureorum tranſactione, abſceſſit.

Porrò ingens in Orientalibus regionibus fuit ſiccitas fameſq́ueſimul & peſtis, quo factum eſt vt incolæ earum regionum in ſumma penuria ad eas anguſtias venerint, rebus neceſſarijs deficientibus, vt pro inſolitis, & exitioſis dum vterentur cibis in ægritudines varias inciderent, corpora namq́ue propter maximas inflãmationes tumore cõcepto, oculos amittebant, deinde tuſſi accedente, die 3. moriebantur. Contra eam peſtem nullum vſquam fuit auxilium. Qui verò ex ea perrari ſuperfuere, eis opem ſeruatrix omnium prouidentia attulit, & fami ſubuenit. Eo enim anno quo fruges non prouenerunt, alimento aëreo eos fouit (ait Nicep. lib. 15. hiſt. Eccl. cap. 13.) ſicuti olim veteribus Iſraëlitis feciſſe memoratur, Manna illis cælitus demittens. Proximo autem anno vt fruges ſua ſponte excreſcerent effecit. Hæc mala Italiæ etiam regiones peruaſiſſe non iniuria ſuſpicari lubet, ex Matthæi Palmerij Cronico diſcribentis: Præcedente (inquit) maxima ſiccitate, locuſtarum agmina innumerabili multitudine ſubſequuntur, quæ quidquid in agris vireſcebat depaſcentes, ingentem per Italiam famem biennio fecere, contigit autem anno 594.

Apud Orientales ingens ſiccitas, fames & peſtis.

SEPTIMVM SÆCVLVM.

Ann. 601.

Anglia quibus auctoribus ad fidem traducta.

ANnum 601. auſpicaturi Chriſto propitio, pauca de Britanniæ ad Deum fidei acceſſione dicenda ſunt nobis, quorum Apoſtolos & fidei magiſtros fuiſſe D. Gregorium Romanæ Eccleſiæ Pontificem, Monachoſque Sanctiſſimi Parentis noſtri Benedicti alumnos. Pater Clemens Reiuerus cōgregationis in Anglia eiuſdem, S. Benedicti Religioſus, tum ex ipſa communi traditione populi Anglicani, cùm ex indictione tēporum, Regum in primis ab Henrico 8. & prædeceſſorum Regum, vſque ad Ethelbertum & Auguſtinum, & potiſſimum ab ipſis Monaſterijs D. Benedicti diſciplina initiatis demonſtrat.

S. Auguſtini miracula.

D. igitur Auguſtinus SS. Benedicti alumnus, à Beato Gregorio in Angliam, vt fidei Chriſtianæ populo ſemina propinaret, miſſus, miraculorum gloria atque operatione clarus, (cæco enim lumen ad ſui Apoſtulatus veritatem comprobādam reſtituit) Edilbertum Regem, & gentem Anglorum ab idolorum cultu, ad Chriſti fidem conuertit, ad quem D. Gregorius lib. 9. epiſt. gratulatorias litteras ſcribit, monens vt quia Deus per illum magna miracula operaretur, de eodem dono cæleſti, & timendo gaudeat, & gauden-

gaudendo pertimeſcat, &c. monet quoque alios Gentilitios ritus, ad pietatem conuertendos, vt quod faciebant cædendis bobus, in obſequium dæmonum, faciant iam in ſolemnitatibus dedicationis, vel natalitijs Sanctorum Martyrum, Chriſtiana agitando conuiuia.

Imminentibus verò barbaris Italiæ atque Siciliæ finibus, Epiſcopos circulari Epiſtola admonet D. Gregorius lib. 29. epiſt. 45. vt litanias (ad auertendos barbaros) 4. & 6. feria indicant, & à vita peruerſa populos abducere conentur, probauit atque ſtabilijt eorum precibus Deus, nec Selauinorum incurſiones, aut Sicilia, aut Italia paſſa eſt.

Porrò Ariulphus Dux Spoleti gentilis, bello Camerino contra Romanos vidit quendam ſtrenue pugnantem & clipeo ſuo aduerſæ partis ictus à ſe auertētem. Reuerſus ergo cum prope B. Sabini baſilicam veniſſet, de equo deſiliens baſilicam conſpecturus Martyris, alijſque orantibus, ipſe picturas mirari cæpit. Cumq; picturam Martyris Sabini depictam intuitus fuiſſet, mox cum iuramento affirmare cæpit, talem omnino virū, à quo in bello protegebatur, formam, habitumque habuiſſe. Ex hiſt. Longobardorum Pauli Diac.

Sabinus martir viſus a Spoletino duce, clipeo ſuo ſe & ſua caſtra tueri.

Eſt epiſtola D. Gregorij lib. 10. Regiſt. ad Mergeſtinum Epiſcopum Sciſmaticū ad

vnitatem Catholicam prouocantis,&ad Eccleſiam recipientis. Quo tempore etiam Eutichiani hæretici Ægiptij ad fidem Catholicam conuerſi Romam ad Apoſtolorum limina veniunt, quos Gregorius redeuntes Alexandrino Epiſcopo Eulogio commendauit, ne ab hęreticis alijs perſequutionem paterentur. Clementium prouinciæ Byſacenæ Primatem, diu ante grauiorum criminum nomine ad ſedem Apoſtolicam delatum, Concilio prouinciæ mandat iudicandum, libri 10. epiſt. 35. ad Epiſcopos Prouinciæ. Donadeum verò Diaconum à ſuo Epiſcopo damnatum, & ad ſedem Apoſtolicam appellantem, mandat à Primate cum Concilio iudicandum, lib. 10. epiſt. 8. Ita & Paulinum Regienſem Epiſcopum Simoniacæ labis in conferendis ordinibus accuſatum, lib. 10. epiſt. 35. ac denique Paulum Diaclini Epiſcopum, de corporali peccato delatum Ioanni Epiſcopo primæ Iuſtinianæ, vices ſuas agenti, delegat iudicandum, quem damnatum, & ab Epiſcopatu depoſitum, dato ſucceſſore, quod idem vi militum irrupiſſet in Eccleſiam, bona diripuiſſet, & ſucceſſorem pene ad mortem trucidaſſet, S. Greg. iuſſit retrudi in Monaſterium, ad perpetuam pęnitentiam vſque ad obitum, communione corporis, & ſanguinis domini priuatum; Ideo huc deduxi vt oſtenderem
ſupre-

ſupremæ poteſtatis ſoli Petro ac ſucceſſoribus eius auctoritatem eſſe factam, ac ſuper omnes atque in omnibus Romanos Antiſtites à Chriſto arbitros eſſe conſtitutos.

Eius ſcripta diuino potius aſcribenda numini, quàm humanæ induſtriæ, manifeſta viſio columbæ ad eum deſuper lapſæ declarat, cum quid de ſacris litteris ſcribere vellet à Petro diacono viſæ, & ea de cauſa pingi ſolitæ ad eius aurem, vt Ioannes Diaconus lib. 4. cap. 69. aſſerit. Quod idem verò ait de combuſtis quibuſdam eius libris ab inuidis, fide caret, cum nec Iſidorus, nec Hidelphonſus, qui recenſent ſcriptorum eius catalogum, vllam de combuſtione faciant mentionem, licet plura fuiſſe à S. Gregorio ſcripta teſtentur. Infuſa ſcientia à Deo Gregorii magis videtur, quam induſtria humana cõparata.

Accipe & hæc quæ in prouincia Valeriæ accidiſſe in hunc modum idem auctor Greg. Dial. lib. 4. cap. 21. narrat, Vitæ namque venerabilis Valerius, qui poſt in hac Romana vrbe, mihi meoque monaſterio præfuit, prius in Valeriæ prouincia ſuum Monaſterium rexit. In quo dum Longobardi ſæuientes veniſſet (ſicut eius narratione didici) duos eius Monachos, in ramis vnius arboris ſuſpenderunt, qui ſuſpenſi eodem die defuncti ſunt, facto autem veſpere vtrorumque eorum ſpiritus, claris illic apertiſque vocibus, pſallere cæperunt, ita vt ipſi quoque qui eos Spiritus defunctorum Monachorũ pſallentes apertis vocibus.

occiderant nimium admirati tenerentur, quas ſcilicet voces captiui quoq; omnes qui illic aderant audierunt, atque eorum Pſalmodiæ poſtmodum teſtes extiterunt. Sed has voces ſpirituum omnipotens Deus, idcirco pertingere voluit ad aures corporis, vt viuentes quique in carne diſcerent, quia ſi Deo ſeruire ſtudeant, poſt carnis mortem, vberius viuant, Hæc S. Greg.

Eſt apud Surium 22. Aprilis non longè ab vrbe Conſtantinopolis lociſque finitimis, Cruces quæ proceſſionibus præire ſolent, horribili, & miſerando ſpectaculo per ſeſe concuti & commoueri cæpere, qnod cum perlatum eſſet ad Patriarcham Thomam, euocato ad ſe Theodoro Anachoretarum Præfecto, qui in Siceoticis locis Deo famulabatur, quid prodigioſa illa crucium inter ſe commiſſio ſignificaret, eum vt ediſſerat rogat: *Scio (inquit Theodorus) ea Crucium concuſſione, magnas clades & calamitates prænunciari.* Quod patuit multis poſtea à Perſis, irruptionibus & cædibus Chriſtianoũ factis, Hieroſolimis captis, ſecta Mahumetanorũ Monothelitarumque hæreſi exorta. Ab hoc Theodoro Phocas Imperator, manuũ pedumque doloribus excruciatus curatus eſt, admonituſque eſt ab eo, vt ab humani ſanguinis effuſione temperaret. Hic Phocas Imperator contra Cyriacum Conſtantino-

Cruces quæ in proceſſionibus præire ſolent inter ſe colliſæ.

politа-

politanum Patriarcham profeſſus eſt, ſolum Romanum Pontificem dicendum Oecumenicum, id eſt vniuerſalem, non autem Conſtantinopolitanum. Perſæ autem Romanis exercitibus fuſis, Armeniam, Cappadociam, Galatiam, Paphlagoniamque occupant, & vſque Calcedonem omnia populantes, & cædibus miſcentes procedunt. Anthiochiæ orta ſeditione Iudæorum aduerſus Chriſtianos, Iudæi Anaſtaſium Patriarcham, & plures Chriſtianos trucidant & incendunt, Gallia bellis ciuilibus feruet. Italia ſub gladijs Longobardorum gemit.-Phocas Imperator profligato exercitu, ab Heraclio, & Priſco ipſius Phocæ genero, cum fratribus & neceſſarijs Heraclio præſentatus obtruncatus eſt, reliquis eodem ſupplicio affectis. Monachum verò à Deo expoſtulantem: Cur tam impium Chriſtianis impoſuiſſet Imperatorem, audiuiſſe vocem, cum quidem neminem videret, ſibi hęc aſtruentem. ,, Deteriorem illo, alium inueniri non potuiſſe ,, vllum, & hoc meruiſſe Conſtantinopolitani populi flagitia. Cedrenus de Phoca.

Templum S. Theodori martyris, quod eſt apud Damaſcum, Saracenorum gens cõſpurcare non verita, vnus in imaginem Theodori ſagittã contorſit, quę in eius humero dextero infixa, ſanguinẽ fudit, neq; tamẽ hoc miraculo reſipiſcẽtes, diuina eos proſequẽte vindictâ Sagitta in imaginẽ S. Theodori contorta ſanguinem fudit.

 viginti

viginti eorum familiæ quæ eo templo commemorabantur, extinctæ ſunt. De quo ſic Damaſcenus: Supereſt (inquit) adhuc imago cum vulnere, & veſtigijs ſanguinis, quam ego vidi, & quod vidi ſcripſi.

Ionas qui vitam S. Columbani ſcripſit, Columbanum (ait) relicta Gallia & Germania ab Agilulpho Longobardorum Rege peramanter ſuſceptum, Mediolani atque in Longobardia parte non exigua Italiæ, Arrianorum hæreſim, tum verbis, cùm ſcriptis confutauit, Bobienſi Monaſterio illic erecto, Euſtaſioque Monacho ad Luxouium remiſſo, idem Monaſterium cum Vualerico eximiæ ſanctitatis Viro, & miraculorum gloria clariſſimo, ex laicorum manibus vindicauit.

Claruit eadem ætate Arnulphus Metenſis Epiſcopus miraculorũ gloria clariſſimus, dęmoniacorũ, leproſorũq; curator. Faro quoque vir nobilis, & apud Regem Clotarium gratioſiſſimus, Faræ ſororis Deo dicatæ cõſilio, abdicata tum ſæculi gloria, Clotarij etiam amicitia, atque coniugij oblectamentis contemptis, conſentiente coniuge, ad clericalia caſtra confugit, decedente verò Fratre Vualberto Meldenſi Epiſcopo, in eius locum ſubſtitutus Epiſcopus, quanta ſãctitate claruerit, miracula manifeſtiſſimè declarant. Puer cæcus ab eo Chriſmate inunctus,

ctus, lumen cæli quod numquam antea viderat, iucundiſſimis oculis aſpicit. Carcere vinctis, abite (inquit) liberi, quandoquidem factorum vos pænitet. Nauem medijs fluctibus abſorptam cum magna hominum turba, emergere fecit, & quorum vita erat deplorata, in littus ſaluos & incolumes eduxit. Sexaginta & ſex annos Eccleſiam Meldenſem rexit. Ad cuius ſepulcrum cæcus lumen oculorum recepit.

Captiuus pro quo ter in anno ſacra faciebant toties ſoluebatur a vinculis.

Sed & Heraclij tempore quo ſancta Hieroſolimorumciuitas capta & incenſa eſt, captiuus quiſpiam apud Perſas, pro quo parentes cùm accepiſſent eum mortuum, ter in anno offerebant hoſtiam ſalutarem, reuerſus ex ergaſtulo retulit, ſe per eos tres dies, ſingulis annis vinculis abſolui ſolitum. Leontius in vita Sancti Ioannis eleemoſ. Ianuarij 22.

Sacroſanctam Chriſti crucem Perſæ non potuerunt tenere captiuam.

Sacroſancta autem ciuitas Hieroſolimorum à Coſroe Perſarum Rege capitur, captiuique venundati, diris tormentis excruciati, immaniter necantur, nonaginta millium eorum numerus fuiſſe deſcribitur à Theophane. Et viuificum crucis lignum in Perſidem abductum; hanc tantam cladem Anthiochus Monachus in homelijs ſuis deplorauit. „Debemus (inquit) lachrymas pro„fundere orationis plenas: Primùm quidem „quod ſancta ciuitas incendio conflagrarit,

Crux

„Crux quoque ſancta Chriſti Dei noſtri in „Perſidem trãſmigrarit, in eorum item gra-„tiam, qui tot attriti bellis perierunt, nobis „enim erant concorporei, & eadem nobiſcũ inſigniti fide. Illud verò in primis admiratione dignum, Coſroem adeo eſſe reueritum ſalutis noſtræ trophęum, vt nec auſus fuerit ab ipſa theca, quâ operiebatur, ſignaculum amouere, & claue aperire, vt vel illud inſpiceret, ſed metu percuſſum vti in Sacroſancto templi loco aſſeruabatur, eodem modo in Perſidem voluit transferre, veluti demum intactum Hieroſolimam reportatum fuit. Hæc apud Adonẽ in martyrologio 14. Septembris. Sed ſacroſancta ac reuerenda Crux in Perſide non potuit teneri captiua, quin illuſtribus miraculis fulgeret, Acta Martyris Sanctiſſimi Anaſtaſij Perſæ, qui adoleſcens, cùm diceretur Deum Chriſtianorum in Perſidem aduenisſe, inquirendo & percunctando cognitionẽ fidei, & ipſam adeptus eſt fidem. Extant apud Surium Ianuarij 22. acta quæ etiam probata fuerunt in conſilio poſteriori Nicæno, & poſt à Latinis quoque vt fide digniſſima recepta; Porrò quæ videbatur captiua, ſua vi Romanos efficit victores, Heraclio cum Perſarum Duce congreſso atque ſuperato. Lignum ſanctiſſimę crucis Hieroſolimam, vnde ſublatum fuerat, Imperatoria manu cum ſumma ve-

ma veneratione reſtitutum, Chriſto renouante antiqua miracula, quæ tum temporis oſtenſa ſunt. Vnus vita functus ad vitam reuocatus, Paralitici numero quatuor curati ſunt, leproſi decem mundati, quindecim illuminati, permulti à dæmonio, varijſque infirmitatibus liberati.

Ad Occidentalem reuertentes Eccleſiam, Sancto nouo auctam videamus coruſcantem Mellito Doruennenſium in Anglia Epiſcopo, cuius hoc fertur admirandum, vt ingenti ignis incendio, quod nulla vi poterat reſtingui, cum ſe ex aduerſo deferri, laborans podagra præcepiſſet, ventus reflexus in partem contrariam ignem auertit, ſicque paulatim ſopitus, atque extinctus eſt.

Oſuualdi Regis in pauperes ſtudium.

Aidanum verò ſummæ diſcretionis gratia imbutum, & cęteris virtutibus ornatum, cum die ſancto Paſchæ cum Rege Oſuualdo conſediſſet ad prandium, poſito ante Regem diſco argenteo, epulis regijs inſtructo, ac pauperibus diſco minutatim confracto, cibiſque regalibus diſtributis (ſcribit auctor Venerabilis Beda Eccl. hiſt. Anglicanæ) apprehenſa Regis dextera dixiſſe, numquam inueteraſcat hæc manus. Quod ita factum. Nam illo in pugna cæſo, dum manus cum brachio à reliquo corpore eſſet reſecta, contigit vt hactenus incorrupta perduret.

Et

Et Oſytha in monaſterio educata, & contra votum, nuptui tradita Regi Orientalium, & ab eo intacta permiſſa redire in monaſterium, à Danis Gentilibus Piratis Martyrio coronatur.

S. Vincentius Altimontenſis fundator.

Sanctus Vincētius Lotharingiæ, & Franconiæ Dux, Hannoniæ Comes, & multarum ditionum Dominus, in Hiberniam à Dagoberto Rege Francorum miſſus, ſanctiſſimos & ſtrenuos fidei prædicatores inde ſecum duxit, & ipſe ſanctitate celebris duorum fundator extitit monaſteriorum, quę ampliſſimis poſſeſſionibus dotauit. Vnum quod ab adiacente monte Altus mons dicitur, in quo ego Hubertus tanquam in matris gremio alumnus ſeruio, idque vnum à Deo Opt. Max. votis omnibus ſupplex oro, vt qui de præſentis vitæ naufragio me educere dignatus eſt, ita & futuri ſæculi incendia deuitare, vitæque æternæ præmia donare dignetur. Alterum quod Sonegijs inſtituit, vbi & conditus corpore, ſumma miraculorum gratia illuſtratur.

S. verò Amandus Traiectenſium Epiſcopus & Follianus Epiſcopus Romam profecti, & à Beato Martino Papa benignè ſuſcepti, munus prædicationis in gentibus ſuſcipiunt. Neminem enim ad gentes prædicationis gratia proficiſci licuiſſe, niſi à Romano Pontifice miſſum. Furſeus item in

Sco-

Scotia, patria lingua multis annis verbũ Dei annunciauit. Atrebati nobilẽ matronã morbo affectã, abſens etiam curauit. Corpus eius anno quarto poſt obitum incorruptum Peronæ inuentum Apoſtolici viri Eligius Nouiomenſium & Tornacenſium Epiſcopus & Autbertus Cameracenſium Epiſcopus è terra leuauerunt. Cameracenſes vt Epiſcopum colũt, non quod proprij nominis Epiſcopus fuerit (ſcribit Molanus in ſuo Belgio) ſed quia quorumdam locorum Apoſtolus fuit, propterea plures vt Epiſcopos honorari, ab eodem ſcriptum legimus.

Martinum porrò Sanctiſſimum Pontificem calumnijs oneratum, vi militari è Baſilica Conſtantiniana abductum, & mox è Palatio Lateranenſi abſtractum Conſtans Imp. Monotelita & ipſe Heraclij Monotelitæ Imperatoris filius, aſportari in Orientem iubet, atque anno integro inter Cyclades teneri, eo conſilio vt ærumnis preſſus de ſua conſtantia remitteret, poſtmodum Conſtantinopolim nauigio aduectus, in carcerem coniectus, catenis oneratus, Pontificalibus exutus in indumentis, vrbis opprobrio expoſitus, gladio iudicio atque ſententia iudiciũ per ſubornatos falſos teſtes addictus, in Cherſonem Ponti clam tandem in exilium miſſus, Martyrium fœliciter conſummat, celebris tam apud Græcos, quàm apud Latinos mira-

S. Martinus Rom. Eccleſiæ Pontifex multis à Conſtante Imp. hæretico affectus calamitatibus in Cherſoneſum tandem miſſus.

miraculis clarus, Cæco per orationē Cōſtantinopoli adhuc viuens lumen reſtituit.

Inſtante Rege Nordannunbrorum Oſuuio, qui defecerant à fide Orientales Saxones fidem receperunt, eorum Rege priùs familiaribus colloquijs ad fidem adducto, nam Mellitum Antiſtitem priùs abiecerant, petitus verò bello à Merciorum Rege Penda Gentili, pacem magno pretio redimere voluit, ſed Penda abnuente, mutato conſilio, quod hoſti ad pacem conciliandam obtulerat, Deo offerendum viſum. Vouit ergo ſi victor exiſteret, filiam ſuam Domino ſacra virginitate dicandam offerre, ſimulque plura prædia ad monaſterium ædificandum. Cùm Rege ergo licet inferioribus viribus confligens, magna ſtrage edita, Rege cæſo, reportat victoriam, fide in Regno illius propagata. Excommunicauerat autem Epiſcopus Ceadda, Comitem quempiam ob illicicitum coniugium, à quo Rex inuitatus, cum illo eſt epulatus, inde digrediens obuius fit Epiſcopo, quo viſo Rex tremefactus, ex equo deſiliens, ad eius ſe pedes proſternit, veniam petit. Iratus verò Regi Epiſcopus, virga quā manu geſtabat, eum leniter tangens, Pontificali auctoritate Deum proteſtatus: Dico tibi (inquit) quia noluiſti te continere à domo perditi illius, & damnati, tu in ipſa domo morieris, quod & contigit, vlciſcente Domino

mino Regis inobedientiam , Ecclſiaſtica cenſura, expiante Deo eiuſmodi culpam per mortem Regis. Beda Vener.

S. Eligius Nouiomenſis ac Tornacenſis admirandus Epiſcopus, Flandrorum Apoſtolus , huius ſæculi ſplendor ex hac vita migrat, miraculis in vita & poſt mortem clarus.

Porrò S. Hildephonſus Toletanæ vrbis Epiſcopus Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi diſcipulis, ingenio acer, diſſerendi arte clarus, & eloquij flumine copioſus, Sanctæ Mariæ Virginis ac Deipatæ cultor ſtudioſus, ſcripſit librum de Virginitate Mariæ, & pleraque opuſcula , veſtem quam dono à Beatiſſima Deipata accepit, ſeruat Eccleſia Toletana, miræ eſt ſubtilitatis, mirique candoris, Cathedram Epiſcopalem in qua reſedit Dei Mater, nullus poſtea inſidere præſumpſit Epiſcopus , niſi Dominus Sigibertus, qui ſtatim ſede exilio damnatur.

S. Hidelphonſus B. Dei genitricis ſtudioſus cultor ornamentis Eccleſiaſticis ab ea donatur.

Conſtantino Pogonato ſic dicto , quod diſpoſitis rebus Occidentalis imperij cum imberbis in Orientem eſſet profectus, barbatus rediiſſet Orthodoxo imperante, Saraceni in Thraciam traijcientes , Conſtantinopolim fruſtra expugnare tẽtant, per bienniũ protegente eã Dei genitrice, pace verò inter Romanos & Arabes (Galij Anales habent) ſiue Saracenos ſancita, in receſſu

Saraceni fruſtra Conſtantinopolim tentantes claſſe naufragio abſorpta perierunt.

tota etiam claſſis Saracenorum ſiue Arabum demergitur. Et poſtea cum alio eorum duce à noſtris bene pugnatum eſt, cæſis ex illis triginta millibus, vindicta videlicet diuina eos proſequente, iuſtitiam noſtros comitante, quemadmodum & Regi Hiſp. contigit.

Vuamba electus Hiſpaniarum Rex a plebæis ope diuina aduerſarios debellat.

Cum ex plebe Vuamba populi fauore, Rex electus eſſet, indignantibus Hiſpaniæ nobilibus, Ildencus in Tirannum exilijt, & multos ſecum traxit, poſt hunc qui aduerſus eum miſſus eſt, Paulus Dux Græcus, vir domi, foriſque ſpectatus, in Regem arma conuertit, multaſque Hiſpaniæ ciuitates, ſuæ ditioni ſubiecit, Regiſque nomen vſurpans Coronam auream gemmis ornatam, quam dederat Ricardus Rex Sancto Fælici Gerundenſi martyri, ſacrilegus ſuo capiti annectere auſus eſt, ſed euentu prorſus infauſto. Nam Vuamba Rex Hiſp. progreſſus Tyrannos, qui Galliam Narbonenſem, & alia loca vſurparant, diuino munitus auxilio, Angelis exercitum circumvallare viſis, fæliciter debellat, & capit. Nec mirum, cum iuſtitia ſuum muniuiſſet exercitum, ſiquidem in ipſo procinctu quos nouit milites adulteria perpetraſſe, illis virilia amputauit. Hanc tanto Principe dignam ſententiam promens. Ecce iam iudicium imminet belli, & licet fornicari, vt Deus ad iracundiam prouocetur? Illud qnoque vſurpare conſueuit:

uit: Fruſtrà pergit ad bellum, quem iniquitatis comitatur exemplum. Ex Iuliano Toletano Epiſcopo, qui huius belli hiſtoriam ſcripſit.

Scribit Paulus Diaconus peſtem ingentem graſſatam in nonnullas Italiæ ciuitates, maximè in ipſam vrbem, Ticinumque per menſes tres, viſi autem boni & mali Angeli obeuntes ciuitatem, & iuſſu boni Angeli, malus venabulum manu geſtans quoties quateret oſtia domorum, tot numero de eadem domo moriebantur. Quo tempore cuidam reuelatum eſt, peſtem non ceſſaturam, donec in Eccleſia B. Petri ad vincula, B. Sebaſtiano altare poneretur, quo facto, delatiſque ad vrbem Reliquijs, peſtis ipſa ceſſauit. Idem Paul. Diac. lib. 6. cap. 5. Peſtis ingens.

S. Lamberti cædem vltio diuina Sicarios non longo poſt tempore inſequuta eſt. Dodone computreſcentibus viſceribus, atque per os egeſtis, atque propter nimiam fœtoris intolerantiam, in Moſam mortuo proiecto; item alio à fratre confoſſo, & eundem confodiente, denique qui cædis eius fuere auctores, intra annū, aut funeſto fine perierunt, aut qui fuere ſuperſtites, infælicem ſumma ignominiæ nota & infamem traxere vitam. Hic cùm Traiecti Epiſcopus eſſet, Taxandriæ populos ad fidē conuertit, Taxandriæ Apoſtolus nominatus, cùm Pi-

pinum de Herſtallo, Francorum Ducem, vt Alpaidem ſubintroductam pellicem dimitteret, oportunè, importunè inſtaret, ipſa inſtigante cum duobus cognatis, crudeliter occiditur. Alpaidem verò impiam quæ vindicta ſit ſequuta, haud conſtat, ſed non illæſam præterijſſe, vel ex eo æſtimare licet, quod in pellices omnes oſtenſa ſit Martyris accenſa vindicta, cunctis namq́ue abſque repulſa, ad oſculandum corpus Martyris admiſſis, ſi qua pellex accederet, quaſi turbine quodam exagitata retrocedere compellitur, quæ verò ad ſepulchrum eius facta ſunt miracula Surius 17. Septembris, & Molanus lib. de SS. 3 Nouemb. narrant.

Sigillum Sancti lamberti.

Poſt glorioſum B. Lamberti Martyrij triumphum Sergius Papa diuinitus admonitus Hubertum Aquitaniæ Ducis filium qui patriæ cæleſtis deſiderio accenſus, ſacra Apoſtolorum limina viſitaturus aduenerat, conſecrat Traiectēſem Epiſcopum, dignum S. Lamberti ſucceſſorem. Admonitus verò idem Hubertus diuino (vt ſcribit Molanus) oraculo, Sacroſanctas eiuſdem Martyris reliquias, ſedemq́ue Epiſcopatus à Traiecto Leodium vbi paſſus fuerat, tranſtulit, inter alia verò monimenta, quibus Eccleſiā ſuam illuſtrauit, illud inſigne fuit, ad Catholicam fidem retinendam, quod illi publicum tradidit ſigillum S. Lamberti imagine in ſignitum,

Digitized by Google

tum,cum hac inſcriptione, Sancta Legia, Romanæ Eccleſiæ filia,extant acta, quibus inſignes eius virtutes, & in edendis miraculis, immenſa gratia prædicatur.

Ecquid ô infelices toto cælo errantes Nouatores fruſtra nitimini, Romanam Eccleſiam dicentes à priſtino maiorum inſtituto receſiſſe. Sed commonitos vos volo vt cum Apoſtolo ſentiatis, licet nos, aut Angelus de cælo, inquit Galat. 1. euangeliſet vobis præter quam quod euangeliſauimus vobis, anathema ſit, videte quam grauiter, quam ſeuerè, quam vehementer inuehitur in eos, qui mira leuitate nimium citò tranſlati fuerant ab eo, qui eos vocauerat in gratiam Chriſti; in aliud Euangelium, quod non eſt aliud, qui coaceruarunt ſibi magiſtros ad ſua deſideria, à veritate quidem auditum auertentes, conuerſi verò ad fabulas, habentes damnationem, quod primam fidem irritam feciſſent. Intentiùs conſiderate, intuemini attentiùs decurſos ante annos, atque ætates, ac propè dies, & agnoſcetis eaſdem Eccleſiæ dotes, & ſacramenta ijſdem in omnibus affluentem Eccleſiam chariſmatibus. Eandem ſuper vniuerſam Eccleſiam Romani Pontificis poteſtatē, quod res ipſa clamat, & mira conſenſione Sanctorum omnium ſcripta, & miracula prædicant:

Admonitio.

SÆCVLVM OCTAVVM.

Ann. 701.

Legationes S. Eccleſiæ a Principibus hactenus factas longobardi reſtituunt,

S. Bonitus Aruernſi Epiſcopatu abdicato, peregrinatione ad Apoſtolorum limina ſuſcepta, ab Ariperto Longobardorũ Duce cum honore ſuſceptus eſt, poſtulatus verò ab eo, vt ſuis precibus illi victoriam obtineret, ſuperior ſuis hoſtibus factus, donationes Eccleſiæ Romanæ hactenus factas atque à Logobardis alienatas reſtituit, de quo hæc memoratu prorſus digna Diaconus. Hoc tempore Aripettus Rex Longobardorum donationem patrimonij Alpium Cottiarum, quæ quondam ad ius pertinebant Apoſtolicæ ſedis, ſed à Longobardis multo tempore fuerunt ablatæ, reſtituit, & hanc donationem aureis exaratam litteris, Romam direxit. Quam quidem donationem ſub Ioanne Sexto factam Anaſtaſius Bibliothecarius docet, eandemque prouinciam primùm à Romana Eccleſia eſſe poſſeſſam affirmat. Idem quoque Ado in cron. Beda & alij. Victoriam autem, ex qua conſequutus eſt regnum, S. Boniti Epiſcopi Auernenſis precibus obinuit.

Cur tot numero ex Græcia creati Pontifices Rom. Eccleſiæ,

Hoc anno 705. moritur Ioannes Papa 6. natione Græcus, ſubſtituitur & alter Ioannes 7. & ipſe Græcus. Veriſimile eſt artibus Græcorum factum, vt plures Orientales allegeren-

legerentur in collegium S. R. E. Cardinalium, quod etiam operâ Exarchorum crearentur Romani Pontifices, vt vel aliquo modo dominarentur Romanæ Eccleſiæ, ſiquidem plures videmus ordine, ex Orientalibus creatos Romanos Pontifices, poſt Benedictum Ioannem quintum, Syrum, Cononem Tracenſem, Sergium Syrum, Ioannem ſextum, & Ioannem ſeptimum, de quibus ſuperiùs, Græcos poſtea Siſinniũ, Conſtantinum, Gregorium tertium Syros, Zacariam Græcum, vt appareat inter hos omnes, vix vnum Gregorium ſecundum intercalatum Romanum natione ac gente Pontificem. Sed diuinitus factum eſt, vt ijdem creati Pontifices, hæreditarent pariter Spiritum Apoſtolicum, & conatibus Imperatorum, & Orientalium Epiſcoporum fortiter reſiſterent, vt in Ioanne ſeptimo accidiſſe probatur.

Rauennenſi Eccleſiæ cum Romana reconciliatio.

Conſtantinus de quo ſuprà Pontifex Romanus vir longè mitiſſimus, cunctiſque ſibi ſubiectis Pater manſuetiſſimus, quique rerum inopia, ac penuria, famis tempore nihil officij prætermiſerit ſubleuandis pauperibus, Theodorum Patricium languore corporali oppreſſum curauit. Cuius Pontificatu Fęlix Rauennenſis Archiepiſcopus ab eodem Conſtantino conſecrationem accepit, profeſsione ac formula fidei coram eo edita.

Digitized by Google

Quæ in ſacratiſſima beati Apoſtoli confeſſione poſita, poſt aliquod dies, terra, & veluti igne aduſta reperta eſt. Quaſi B. Apoſtolo inuitam obedientiæ ſponſionem improbante. Nec coniectura inanis fuit. Perſuaſo Fælice à magiſtratibus vt à fide & ſponſione Romanæ ſedi facta, diſcederet, ac propterea à Iuſtiniano Imperatore luminibus orbato, atque in Pontum relegato, Magiſtratibus ferro vinctis, & bonis exutis, rebellibuſque Sedi Romanæ peremptis. Quibus ita tranſactis factum vt Eccleſia Rauennenſis, hactenus refractaria, deinceps Romanę Eccleſiæ obſequens fuit. Nonnulla ex Anaſtaſio.

Fælix autem Rauen. Epiſcopus, Eccleſiæ tandem Romanæ reconciliatus, ad ſedem propriam redijt, quem & egregia ſanctitate illuſtrem, miraculis claruiſſe, & plurimas reliquias ex Oriente Rauennas retuliſſe Rubens ſcribit.

Hoc eodem anno 716. tradit Paulus Diaconus lib. 9. cap. 13. veteris editionis, Petronacem Brictianum diuino amore excitatum, cum Gregorio 2. Caſſinum petijſſe, quo hortante, & cooperante Deo, monaſterium ad eam quam nos videmus reſtitutum formam, centeſimo & quadrageſimo quarto anno interlapſo, ab ea inuaſione Longobardorum, qua coacti ſunt Mona-

chi

chi locum deſerere; & Romam demigrare, vſque ad præſentem annum, quo Petronax Abbas monaſterij poſtliminio reædificandi negotium ſuſcepit. Mira fuit illa Monachorum longè, latèque propagatio, ſed & illud affirmari poteſt, ex nullo alio monaſterio, tot vnquam prodijſſe viros doctrina, & ſanctitate præſtantes, vt ex hoc Caſſinenſi. Vt dici poſſit, fuiſſe aliquando ſeminarium ſacrorum Antiſtitum. Petronax Lucis Brictienſis Monaſterij Caſſinenſis reſtitutor.

Sed & anno 719. Bonifacius qui & Vuindfridus cum multis alijs eiuſdem diſciplinæ Monachis, eodem ſpiritu feruentibus, acceptis ab eodem Gregorio 2. litteris in Germaniam profectus, Friſones, Cattos, ſiue Heſſos, Thuringos ab Idolorum cultu ad fidem Chriſti traduxit. Baioarijs qui & Bauari dicti, Epiſcopos conſtituit, Ioannem Saliſburgenſi Eccleſiæ, Gunibaldum Ratiſbonæ, Erimbertum Friſiorum Genti; Ipſe autem, Maguntinæ Eccleſiæ primus Epiſcopus deſignatus, ac poſtremò Eccleſiæ Germaniæ legatus, atque Germanorum Apoſtolus dici meruit, Deo primum conciliatis atque adductis, Franconiæ, Traiectenſis, Baioariæ, Saxoniæ, atque alijs Germaniæ populis. Alios prætereo Germaniæ Apoſtolos Suitbertũ, Clementẽ, Kilanũ, ſuperius ſuis locis annotatos. B. verò Paulũ Apoſtolum, Bonifacius cum alijs eiuſdem Monaſtici inſtituti Germaniæ Apoſtolus.

Thomam Apoſtolum, alioſque Apoſtolicos Viros in meſſem fidei Germanorum primos introiſſe à Chriſto miſſos, non minima monimenta extant tum Treuiris, tùm alijs locis.

Materni Treuirorum Archiepiſcopi, Tũgrorum, & Colonienſium Apoſtolatũ Germania prædicat. Hæc Germani legentes omnes, agnoſcant à quibus Euangelium acceperint, & qui, qualeſve, aut cuius fuerint fidei qui primam eis Catholicam, vnam ſanctam apoſtolicam fidem prædicarunt.

Carolus Maior Franciæ domus Saraceniſ cæſis, glorioſus triumphat.

Ijſdem temporibus Deus res Francorum, per Carolum Ducem gloria illuſtrauit, Saracenis ex Hiſpanijs in Gallias ab Eudone Aquitaniæ Duce euocatis, qui cùm in Garunnam, Burdegalamque perueniſſent, omnia etiam ſacra loca incendebant. Quibus etiam tendentibus ad baſilicam S. Martini Turonem incendio delendam (Cronicon à Pithæo editum, tum ipſe Gregorius Turonenſis habent) Carolum Martellum occurriſſe cum exercitu, atque eos cum Rege cõciſos deleuiſſe, trucidatis trecentis quinquaginta millibus. Addit Paul. Diac. lib. 6. veteris editionis cap. 14 nouæ 46. mille tantum & quingentis Francis deſideratis. Eudonem verò Aquitaniæ Ducem, ſuper eorum caſtra irruiſſe, plurimoſque cecidiſſe, quod contra pacta conuenta illi, ſacra loca

incen-

incendio abſumpſiſſent, Anaſtaſius trecenta ſeptuaginta quinque millia trucidata prodit, idque teſtimonio & affirmatione epiſtolæ ipſius Eudonis Aquitaniæ Ducis, ad Gregorium 2. Eadem Marianus Sco. & alij recentiores. Cuius Caroli quoque gloria maximè aucta & illuſtrata eſt (Pithęo in cron. auctore) Saracenis ad internecionem cæſis, qui ingenti numero ex Hiſpanijs ſuperuenerant, ſuppetias laturi ijs qui Narbonæ cum ſuo Rege, ab eodem Carolo obſidebantur.

Porro in Oriente (tanquam ex Hidra ne à ſuo more deſciſceret, fuit enim Oriens noua ſemper monſtra parturiens) Monſtrum illud horrendum, quod diu cornibus ventilauit Eccleſiam, exoritur hæreſis Iconoclaſtarum, auctore quodam Iudæo malefico, qui longiorem vitam & Regnum Gizidio Saracenorum Principi pollicitus eſt, ſi venerabiles quæ in Eccleſijs in toto principatu ſuo imagines venerabantur, deleret. Cui fidem habens credulus Princeps, edictũ propoſuit de delendis & demoliendis imaginibus. Sed diuina prouidentia factum eſt, vt Gizidius poſt annum cum dimidio moriretur, & eius filius Vlidus Iudęum turpiſſimè mori cogeret, ſublato autem edicto imagines reſtitutæ ſunt. Theophanes. Sed hæc latiùs in Nicæna Synodo explicata habentur.

Sicut Africa, ita & Oriens ſemper noua monſtra parturit.

Leo au-

Icono-claſtarum hæreſis.

Leo autem Imperator adhæſit hæreſi Iconoclaſtarum, Hebrȩorum itidem impoſtorum impulſu qui illi imperium prædixerant. Ex quo malo hoc elicuit bonum Deus, vt Eccleſia Orientalis ſæpe varijs hæreſibus languens, ad huius conſpectum hæreſis valida effecta, aduerſus eam fortiter pugnauit, & tot, & tanta victrix erexit trophæa Martyrum, quot & quanta numquam fortaſſe antea.

Pumices tanto cumulo ac congerie enati, vt Inſulam facerent.

Hâc hæreſi emergente, portentum magnum extitiſſe in mari Theophanes ſcribit, ebulliones quaſi ex fornace inter Theram, & Theraſiam Inſulas ex profundo maris per aliquot dies, & pumices grandes, & eorum cumulos quoſdam tranſmiſſos per totam Aſiam, & Leſbon, & Abidum, & maritima Macedoniæ, ita vt tota ſuperficies maris pumicibus eſſet repleta.

Leo Iconoclaſtarum hæreſis propugnator Conſtantini Bibliothecam trecentorũ milliũ librorum feritate pluſquam barbara incendit.

Ipſe autem Leo Imperator, accitâ Senatorum claſſe & coactâ, quaſi ex omniũ ſententia, abſurdum illud venenum euomiturus. Bibliothecam à Conſtantino Magno illuc vſque ſeruatam, trecẽtorum trium millium librorum, feritate pluſquam barbaricâ, incendit, vnà cum Collegio duodecim virorum, tantæ eruditionis, & authoritatis, & probitatis, vt ne ipſi quidem Imperatores noui quidquam & inuſitati, vel moliendum, vel agendum ſibi putarent, illis in conſiliũ non adhibi-

adhibitis, idque propterea, quod eos in ſuam ſententiam contra ſacras imagines pertrahere nequiret. Atqui hic attendere iubet Principum hæreticorum morem hunc eſſe, in Senatu, non in Eccleſia, de dogmatibus agendi, & inconſultis Epiſcopis, pro arbitrio quæque ardua, de fide, ſiue de Eccleſiæ ritibus & iuribus, temerè definiendi. Ex Damaſceno.

Pergit Damaſc. Tunc etiam accidit, vt cùm ſacroſanctam Saluatoris imaginem ſuper portam æneam publicè expoſitam, Leo è loco eminenti deijciendam præcepiſſet, iamque impoſita ſcala, miſſus ſatelles aſcenderet, diuino zelo incenſæ mulieres, ſcalam deijcerent, ex quo ille caſu extingueretur. Quæ poſt gladio necatæ, glorioſo ſunt martyrio coronatæ, habita etiam de nobilibus quibuſdam viris, & de Maria patricia fæmina quæſtione, quaſi horum impulſu, fęminæ illæ viles tantum facinus eſſent aggreſſæ, & poſt multa tormenta, capitibus abſciſſis, egregium conſummauerunt martyrium 9. menſis Auguſti, vt eſt in Græcorum menologio, vbi & eorum extant nomina.

Tunc & illud memoria dignum accidit, quod tradit Gregorius 2. Papa, in epiſtola ad Leonem Imp. nimirum reliquos Principes Chriſtianos, cùm à ſuis apud Imperatorem legatis, ipſum Leonem accepiſſent, ſic inſa-

inſanijſſe in Sacroſanctam imaginem Saluatoris, mox omnes conuerſos aduerſus imagines Imperatoris, eas omnis generis ludibrio, & ignominia affeciſſe, in ipſumque Imperium commotos eſſe, & cum miſer ille nulla habita ratione ſacrorum, omni penitus diuini iudicij abiecto timore, diuinis legibus penitus proculcatis, quo toto molimine, atque conatu, contra Deum ageret, nihil aliud profectum, quàm (quod declarant euenta) vt adimeret ſuis poſteris ipſe regnum auitum in perpetuum. Romanam verò Eccleſiam, plurium prouinciárum poſſeſſione locupletaret, augeret atque dilataret.

Quæ erant donationis titulo Eccleſiæ Rom. cõceſſa & ablata reſtituta.

Enimuerò qui Luitprandum Regem, aſtuta malitia pacis fœdere ſibi conciliaret in Italia potentiſſimum, cõcitaratque in Rom. Pontificem eo prætextu quod foueret Duces ipſi infeſtos, Spoletinum, & Beneuentianum. Zaccharias Papa Regem ipſum Interramnæ agentem ſibi adeundum putauit, à quo non modo quatuor ciuitates Romani ducatus, quas occaſione Traſmundi Ducis Spoletini, ante biennium occuparat recepit, ſed & Sabinenſe patrimonium, quod triginta ante fere annis fuerat ablatum, atque Narnienſe, Auxinianum, & Aconitanum, necnon & Polimarenſe & Vallem quæ vocatur magna, ſitam in territorio Su-

Digitized by Google

Sutrino, per donationis titulum ipſi Petro Apoſtolorum Principi reddiderit, & pacem cum Ducatu Romano per viginti annos firmarit, ſed & captiuos omnes ex omnibus prouincijs illi donauit. Ex Anaſtaſio nonnulla.

Sed & Luitprando, cuius præclaras laudes proſequitur Paulus Diac. omiſſis nonnullis, quę notam illi inurerent, S. Petri videlicet Baſilicæ vaſtationem, mortuo, atque Hildebrando eius nepote, qui dominio aſpero, ſeptem tantum menſes regnauit, ingratus genti, & in odium redactus. In eius locum ſuffecto Kachi Duce Foro Iulienſi, virtute bellica, humanitate ac pietate cōiuncta præſtanti, qui licet Pentapoli occupata atque Peruſia tentata, à propoſito precibus Zachariæ Papæ dimotus abſtinuit, animumque ad ſpirituale ſtudium conuertit, Monachus Caſſinenſis factus. Vxore & filia conſtructo puellarum monaſterio addictis; Porrò Aiſtulphus Fœdifragus ſæpe & periurus qui Kachiſi in regno Longob. ſucceſſit, à Pipino Rege Francorum clauſtris Alpium ſuperatis, atque occupatis, copijs profligatis, & ad Papiam Obſidione concluſus, pactis cum Pipino quidem conuenit, redditurus Exarchatum & Pentapolim, tabulæ fœderis ſcriptæ, & ſacramento obſignatæ ſunt, obſideſque dati. Sed Fœdifragus atque periurus,

Fran-

Francorum metu ſolutus, non modò ablàta Romanæ Eccleſiæ non reſtituit, ſed & nouis exagitare vexationibus cæpit, ad Romã occupandam omnes vires intendit, & pertinaciter tres menſes obſidet, vicina omnia ferro & igne fædauit. Cædes hominum fecit, Eccleſias ipſas incendit & diripuit, Monachos concidit, virgines Deo ſacratas violauit, Sanctorum corpora aſportauit. Hanc tantam calamitatem Stephanus Papa Tertius legatione miſſa ad Pipinum, lachrymabiliter expoſuit, & intimis precibus & obteſtationibus rogauit, vt quanta poſſet celeritate, ſubueniret. Alias etiam litteras Beati ipſius Apoſtoli Petri nomine ſcriptas, ad eundem de eodem argumento miſit, vt citius opem rebus iam prope deploratis, afferret. Quibus litteris acceptis pro ſua erga Romanam Eccleſiam pietate & deuotione, ſtatim ad occupanda Alpium clauſtra, præmiſſis copijs, ipſe cum reliquo exercitu ſubſequutus eſt. Aiſtulphus verò perfidiæ venia impetrata, non modò quę ante promiſerat ſe verè reſtiturum confirmat, ſed & Homagium addit. Pipinus verò Fulrado Abbate Conſiliario ſuo, cum Aiſtulphi legatis ad recipiendas ſingulas vrbes & caſtra, ſcriptam donationem, & claues ciuitatum ſuper ſepulchrum Beati Petri ponens, eidem Apoſtolo & Chriſti Vicario ſanctiſſimo Papę,

atque

atque omnibus ſucceſſoribus eius perpetuò poſſidendas tradidit, Rauennam videlicet, Ariminum, Piſaurum, atque Fanum, Ceſenam, Senogallias, Eſium, forum Pompilij, forum Liuij, cum Caſtro Suſſabio, Montem Feſetrum. Acerragium, Montem Lucari, Serram, Caſtellum Sancti Martini, Bodium, Vrbinum, Gallium, Puteolos, Eugubium, Comaclium, necnon & ciuitatem Narnienſem, quæ à Duce Spoletino diu ante fuerat vſurpata. Ex Anaſt. Cæterum Leo Oſtienſis lib. 4. cap. 7. latioribus extendit terminis. Ait enim in hiſt. Caſſ. fecit autem idem inclitus Rex, vnà cum filijs conceſſionem Beato Petro, eiuſque Vicario, de ciuitatibus Italiæ & territorijs, per deſignatos fines. A Lunis cum Inſula Corſica, inde Suranum, inde in Montem Bardonem. Verſus Parmam, Regium, Mantuam, & montem Silicis, ſimulque vniuerſum Exarchatum Rauennæ, ſicut antiquitus fuit, cũ Prouincijs Venetiarum, & Iſtriæ, cunctumque Ducatum Spoletinum, & Benenentianum, eamque donationem manu propria, & filiorum, plurimorumque iudicium, & optimatum ſuſcriptione roborauit. &c. Ab obſidione verò Vrbis Aiſtulphus Rex Fædifragus, in venatione diuino ictu percuſſus, defunctus eſt nullis relictis liberis. Deſideriùs autem etiam Longobardorum ducibus ob-

nitentibus, auxilio atque ope tum Stephani Papæ, tum Pipini Regis regnum adeptus, ciuitates quas reddere promiſerat, Papa per legatos recepit, Fauentiam, cum caſtro Tiberiano, ſeu Gabellum, & vniuerſum Ducatum Ferrariæ in integro. Quas omnes donationes Carolus Pipini filius alijs nouis religioſus Princeps cumulauit, manu propriâ & aliorum eas confirmans. Hæc omnia dum curat glorioſiſſimus Princeps, totus Apoſtolorum obſequijs deditus, Deus ipſe difficillimum bellum quod pro ſtatu Romanæ Eccleſiæ ſuſceperat, conficit, immiſſa in Longobardos peſte, ex ea plurima militum parte abſumpta, deditionem facere coacti ſunt, Ticino hodie Papia munitiſſimo oppido, Rege ipſo cum vxore, & omni Longobardorum ditione potitus, Regem & coniugem Carolus in Franciam deportauit. Ita Romanorum Pontificum clades & vexationes virtute Francorum Regum atque Imperatorum cum Lombardici regni, eiuſque Regis Deſiderij excidio, finitæ ſunt.

Venerandum Sancti Huberti corpus inuentum integrum.

Hoc eodem anno 77. inuento, atque è Sarcophago eleuato corpore Venerando Sanctiſſimi Viri Huberti Epiſcopi Leodienſis integro planè & incorrupto, & odorem ſuauiſſimum ſpirante, atque adeo facie ſudore perfuſa decimo-ſexto ab eius tranſitu anno, facta eſt eius honorificentiſſima tranſla-

tranſlatio præſente Carolomanno Rege, maximis muneribus vaſorum aureorum & argenteorum, palliorum peregrini operis, fundorum & ſeruorum addictis. Atque id opportunè admodum, in Oriente Reliquiæ eorũ, atque imagines dehoneſtantur ab impijs Imperatoribus, Leone Iſaurico, atque eius filio Conſtantino Copronimo, in Occidente regio obſequio extolluntur, adorantur, & Regia munificentia frequentantur. Hic ſua prædicatione Arduennam ſiluam ab idolorum cultu, Chriſtiano nomini conſecrauit, fide propagata tum in Taxandria, cùm in Brabantia, miraculis & in vita, & poſt mortem quotidie clariſſimus. Act. Sur.

Conſtantinus autem Copronimus anno 776. plaga diuinitus in cruribus percuſſus, ac febre acutiſſima affectus, clamans: Viuens adhuc, igni ſum inextinguibili traditus. Hanc verò Virginem & Dei Genitricem coli ab omnibus ac collaudari expoſtulãs, cùm ſine fœdere eius ſemper fuerit inimicus, moritur. Cedrenus & alij omnes auctores Græci, ex quibus Theophanes: Magicis (inquit) maleficijs & luxurijs, cruentiſque ſacrificijs & caballinis ſtercoribus, atque lotio delectatus, mollibuſque ac dæmonum inuocationibus &c. hæreſibus adeo inquinatus, vt Iudęus Neſtorianus, Manichęus, Iconomachus, vocari ſuo merito debeat.

Conſtantinus Copronimus clamat adhuc viuens, igni ſum inextinguibili traditus.

Hoc eodem anno Hibernia Sanctorum prole fæcunda quondam mater glorioſa, martyrio Kiliani Epiſcopi Herbipolenſis Folliani, Furſęi, & Vltani fratrum, Ettonis. Eloquij & Algiſi meritis præclara, B. Rumoldi quoque illuſtratur martyrio, qui Apoſtolico Mechlinijs perfunctus munere, vineam illic plantatam nouis palmitibus proprio irrigauit ſanguine, magna S. Gummaro amicitia coniunctus, quorum virtutibus & miraculis, fide & pietate Eccleſia Mechlinienſis quotidie illuſtrior conſpicitur.

Agarenus imaginis effodiens oculum, ipſius quoque oculus effoſſus eſt.

Tradit Conſtantinus Conſtantiæ in Cypro Epiſcopus in act. 4. Niceni poſterioris Conſilij, de Agareno in ciuitate Gubala Syriæ, relatum à triginta viris inde in Cyprum nauigantibus, qui interrogans Chriſtianum de imagine quadam, quid prodeſſet imago, cùm audiſſet, his qui eam honorant prodeſſe, nocere autem ijs qui eam inhonorant. Ecce ego, inquit, effodiam oculum eius, & videbo quid mihi noceat, effoſſo itaque oculo imagini, protinus & ipſius effodientis dexter oculus in terram delapſus eſt, & ille impius ignea febre affectus, reportatus eſt in ciuitatem ſuam.

Ciuitate berito cruor dominicæ imaginis.

Celebris olim fuit commemoratio Imaginis crucifixi Domini in ciuitate Beriti, ex ſermone Anaſtaſij, non quidem illius Magni, ſed alterius longè poſterioris, quæ fortuitò

tuitò relicta in domo, in quam commigrauit Iudęus, ſathanico furore à Iudęis percuſſa copioſum ſanguinem profudit, qui morbis affecti erãt, eo aſperſi curati ſunt, Iudęi verò abnegata perfidia, in Chriſtũ crediderunt, & Baptiſmum ſuſceperunt. Sigebertus refert in annum Redemptoris 795. cùm imperaret Conſtantinus Copronimus Iconoclaſta, ſed magis audire liceat id factum ſub Conſtantino & Irene matre anno 787. Etenim veritate accuratè perſpectâ, in tabellas Eccleſiaſticas, ad poſterorum ſic eſt relata memoriam, quæ in Romano etiam martyrologio quinto Idus Nouembris ita inſcribitur. „Beriti in Syria, commemora„tio imaginis Saluatoris, quæ à Iudęis cru„cifixa, tam copioſum emiſit ſanguinem, vt „Orientales & Occidentales Eccleſiæ, vber„tim ex eo acceperint. Tanta ſiquidem hoc tempore, cùm vigeret impietas Iconoclaſtarum, hæreticorum, & Saracenorum idem docentium, & cogentium ad abdicandum venerandarum imaginum cultum, Deus operari dignatus eſt, quo vel vno ſigno, ex aduerſariorum officina deprompto, (ne quid poſſet imposturæ aſcribi) eorumdem impietas confutaretur, penituſque aboleretur, ſed docuit experimentum hæreticam prauitatem etiam ipſam Iudęorum perfidiam ſuperare.

SÆCVLVM NONVM.

Ann. 801.

ANno Chriſtianæ ſalutis 801. S. Saluius Engoliſmenſis Eccleſiæ Antiſtes, veniens ab Aquitania ad Fiſcum Valencenenſem, ab Vniuegardo Genardi filio, qui fiſcum Valencenenſem curabat, ſecuri percuſſus vna cum Superio comite ſuo, Martyrij gloria illuſtratur, & clam in ſtabulo defoſſus, tauri officio quotidie immunditias abſtergentis, & luminaribus diuinitus accenſis demonſtratur. Quorum corpora Carolus Magnus Imperator admonitus à Deo, in Eccleſia Sancti Martini, ſepeliuit, vbi ſignis, ac miraculis in dies celeberrima à populo honorantur.

Werdę verò S. Suitberti, coram Leone 3. Papa, & Carolo Magno Imperatore in celeberrimo Cardinalium, Prælatorũ aliorum, & Procerum conceſſu lecta ipſius Sanctiſſimi Suitberti vita, Cathalogo Sanctorum ab eodem Leone idem S. Suitbertus aſſcriptus eſt; Ingens quoque miraculum ad gloriam Dei & S. Suitberti perpetua memoria retinendam, ac recolendam, Bertholdus nobilis puer præfecti filius in Rhenum lapſus, & per horas quindecim in profundo demerſus, extractus, & à Matre in Eccleſia ante Sanctiſſimi Suitberti ſepulchrum depoſitus reuixit, attonſus poſtmodũ, atq; in cle-

rum ex voto Matris adoptatus, Sancti ſerui-tio perpetuò addictus. Hæc pluribus in vita Sancti Ludgerus apud Sur. 1. Martij.

Et Carolus ille Magnus cum feras agitaret occurrit ei ingens, & miræ vaſtitatis Vrſus, actus verò in locum patentem cum nullum pateret effugium, retro præpropero curſu tetendit, & in Sancti Saluatoris irrupit Eccleſiam, & quaſi ratione vtens, ad reliquias Sanctæ Virginis Gudilæ ſe inferens, à ſtrepitu inſequentium ſecurus procubuit, porrò oblita priſtinæ feritatis flexaque ceruice, Ancillarum Dei veſtigia lambebat, ac more laſciuientium catulorum omnibus blandiebatur, hoc ipſo ſatis inſinuans patrocinio famulæ Dei Gudilæ ſe fuiſſe defenſum, magna Regis admiratione. Iam verò Vrſus ex Silueſtri, cæpit eſſe domeſticus, & apud Dei ancillas deinceps ita cum omni manſuetudine cicuratus & lenis vixit, ab illis iuſſus obſequens omnibus.

Vrſus in venatione à Carolo Magno agitatus ad Reliquias S. Gudilæ confugiẽs cicuratur & mãſueſcit negotia dominatum obiens.

Imperatricis verò Mariæ Armenæ confeſſio, ſub Leone itidem Armeno omnibus ſanctitatis titulo innotuit, quæ nupta Conſtantino Irenæ filio, (cum ipſe præter ius faſque Mæcham ſibi in coniugem coniunxiſſet) in monaſterium detruſa, ea occaſione bene vſa, adeò profecit, vt hoc perſequutionis tempore, victricem ſibi texuerit in confeſſione coronã, exiliũ paſſa prout

Maria Imperatrix auulſa à Viri toro ſubinducta.

ipſius Theodori Studitarum Monachorum præfecti, ſui tẽporis eruditiſſimi epiſt. 182. lib. 2. ad eam ſcripta docetur. ,, Pertuliſti ,,ergo, vt ab initio proueĥatur oratio, iniu-,,ſtum coniugis diuortium, ab Imperio ſe-,,mel itidem auulſa, cuius rei cauſa concuſ-,,ſus eſt mundus. Miſerandum ſpectacu-,,lum, adultera purpuram gerens, Regina ,,puilo amictu tecta, famula imperans, & ,,domina ſeruiens, vt cætera omittam, quæ ,,tibi, que paſſa es, notiora ſunt quàm nobis ,,ignorantibus, exilium pro veritate pertuli-,,ſti, à proprijs viſceribus ſeparata. Ex quo ,,& dolor tibi ſummus, & laus præcipua, ,,erga Deum pioſque omnes. Tertia plaga ,,hæc eſt, de qua quid deceat, proferre iuſſi ,,ſumus, & alia quidem alij pronunciant. ,,Filiam Matri adeſſe, eamque ſequi opor-,,tere. Hoc enim, aiunt, videre eſt in belluis ,,naturæ ſequẽtes inſtinctum. At nos tenea-,,mus illud Domini Matth. 11. Quæ eſt ,,Mater mea, & qui ſunt fratres mei, atque ,,iterum. Si quis venit ad me, & non odit ,,filium non eſt me dignus, religioſam pieta-,,tem tuam, decet domi manere, Auguſta ,,palatium tenente, in quo cernitur Euan-,,gelicus gladius ſectiones inducere. Hæc ,,ignoſce domina, cum multa cordis atten-,,tione, & ſollicitudine auſi ſumus, tanquam ,,in aurem loquentes, ſcribere pro ambabus

„orantes, & ſaluti propiora, & nunc & in „futurum. Hæc Theodorus Studita, ad Mariam, cum eius filia Auguſta tunc regnante, Matrem Mariam ad ſe ſtudet, vt ſecum degeret, euocare, quod fieri non debere, ex Euangelica lege admonuit, ne cum hæreticis communicaret aliquo modo, vel communicantibus cum hæreticis communicatione eatenus iungeretur. Porrò Maria iſta humili loco nata vt ſolium Imperiale aſcenderet ſanctitas eius effecit & patrui Sancti Phylaſterij cognomento miſericordis, cuius dies celebratur natalis in Menologio Baſilij die 2. Decembris.

Quæ autem à Sancto Theodoro Studita edita ſunt ſigna, primo loco id recenſetur quod de puella energumena per impoſitionem manus ab eo liberata. Item de puella oleo ab ipſo peruncta à febre curata. Pardalis verò animal ferum, hominem inuadens eius precibus in fugam verſus fluuium ſuperinundatem affixo in formam crucis ſtipite ad terminum reuocauit. Ita Deus ſignis & virtutibus glorificabat Sanctũ ſuum, vt innoteſceret præco veritatis, & orthodoxos confirmaret, hæreticos confunderet.

Per magnum hoc tempore per Ioannicium Eremitam, & admirandum quiddam accidiſſe ab auctore eius vitæ perpetratum narratur. Hic cum audiſſet multos Roma-

Ioannicij magnæ ſanctitatis argumenta.

norum in expeditione Bulgarorũ ante quatuordecim annos facta, in duriſſima teneri ſeruitute, diuino inſtinctu illuc profectus, nec ab vllo viſus, per ſignum ſanctæ crucis diffractis ſeris & receptaculis, omnes eduxit, & per totam noctem in luce tranſduxit ad fines Romanorum, admonens eos, vt memores & grati eſſent diuinorum beneficiorum. Idem admonitus à Theodoro Studita de Theoctiſto, quod in plures hæreticos lapſus eſſet errores. Præſtitit id Ioannicius quod poſtulatus fuerat. Et Theoctiſtus eremita ſuos condemnauit errores, & ad ipſum Theodorum miſit libellum pænitentiæ, atque rectæ fidei profeſſionem. Ex epiſtola ipſius Theodori 167. quæ eſt vltima vt conijcitur, ſiquidem ſequenti anno eum ex hac vita migraret contigit. Quanti meriti fuerit hic Theodorus, Michael qui & Studita, eius alumnus, & ſcriptor fidelis vitæ eius deſcribit, de nobili quadam muliere narrante diuino ipſi Sophronio, quod cùm aliquando domus ſua ingenti incendio conflagraret, nec vlla vi extingui poſſet, epiſtolã B. Theodori, quam apud ſe habebat, in medias flammas coniecerit, dicens: Sancte Theodore, adiuua periclitantem famulam tuam, ſubitoque atrocem vim illam ignis reſtinctam.

Anno Domini Ieſu Chriſti Herialdus Rex

Dano-

Danorum vnà cum coniuge, & non parua Danorum manu ad fidem Chriſti conuerſus & Maguntiæ in Eccleſia S. Sebaſtiani baptiſatus eſt. Sed quibus Apoſtolis iſta Danorum, qui & Northmanni dicti ſunt, conuerſio facta ſit, inquirendum eſt, nam & Egbodonem Remorum Epiſcopum conſilio Ludouici Imperatoris, tum Romani Pōtificis Eugenij 2. auctoritate, prædicandi cauſa ad fines Danorū acceſſiſſe. Armon. l. 4. cap. 4. ſcribit, & cùm multos ad fidem conuertiſſet, baptiſmoque luſtraſſet, quia in Apoſtolatu non perſeuerauit, non paruam ignominiæ notam contraxit. S. Anſcharius ex Corbeia Galliæ Monaſterio Monachus vir eruditiſſimus, non tantum Danorum, ſed & Aquilonarium ſuſcepto Apoſtolatu, poſt multos pro eorum conuerſione exantlatos labores, à Gregorio Quarto conſecratus eſt primus Archiepiſcopus Danorum, Suedorum, ſiue Suenorum, Habenorum etiam, & generatim omnium illarum Aquilonarium gētium ſede in ciuitate Haurburgenſi conſtituta, huius Auſcarij geſta à S. Ramberto eius ſucceſſore notantur apud Surium 4. Februarij.

Anſcharius Monachus Aquilonarium populorum Apoſtolus.

Theophilo Imp. Orientalium è vita ſubſtracto, atque eo animam exhalaturo, abdicante hæreſim Iconomachorum, atque pœnitente Ioanne Epiſcopo Conſtantinopolitano

Theodora Imperatrix cultum imaginum reſtituit.

politano exauctorato, Theodora Theophili Imp. coniunx cultum imaginum reſtituit, hæc igitur hæreſis, quæ Conſtantinopoli, ante centum & viginti annos è portis inferni, magno faſtu, auctore Imperatore potens, ac furens erupit, eſt repreſſa ſæpius, rurſus Sanctorum ſanguine ebria, audacius in Eccleſiam Orientalem eſt debacchata, vnius Theophili Imp. pænitentia & Theodoræ Imperatricis cura anno Chriſti 842. prorſus extincta eſt, Methodio iuxta prædictionem ipſius Ioannicij in thronum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ euecto, & fide orthodoxa iam omnia obnitente.

Ramirus D. Iacobi qui ante aciem cõtra Saracenos viſus eſt dimicare, victoria potitus.

Quibus temporibus anno 844. Ramiri Regis in Hiſpania admiranda illa omnium celeberrima, omniumque ſcriptorum lucubrationibus celebrata victoria aduerſus Saracenos, obtenta diuinitus, cum renuente Rege, turpe illud tributum Saracenis pendere, quod erat quinquaginta puellarum nobilium & quinquaginta de plebe, & bellum aduerſus eos parante, viſus eſt illi Sanctus Iacobus Apoſtolus diuini ſpe auxilij in bellum impellens, & denique viſus eſt ante aciem, aduerſus impios barbaros dimicare. Pro huius rei aſſertione extat diploma Regis, cum quo gratiarum actione eidem S. Iacobo Hiſpaniam reddidit vectigalem. Huius rei geſtæ compendioſè meminit Tudenſis.

Gentium

Gentium porro Bulgarorum modum conuerſionis ad Chriſti fidem Europalates fusè deſcribit, per Theodorum quemdam captiuum chriſtianum, & ipſius Gentis Principis ſororem, in quadam excurſione captam, & chriſtianis myſterijs imbutam, maximè verò per impetratum fami ſequenti remedium, DeoChriſtianorũ inuocato. Ad quã rem maximũ etiã attulit momentũ, quod cum Methodio cuidam Monacho pingendam domũ dediſſet, nihil præſcribens, ſed tantum vt pingeret, quæ ſpectantibus terrorem incuterent, ille ſecundum aduentum Chriſti, quo nihil terribilius noſſet, depinxit, quo Princeps ita commotus eſt, vt perfidia eiurata, myſterijs diuinis imbutus ſit, Michael vocatus, ob quam Religionis mutationem, contra eum Principes ſuæ Gentis conſpirantes parua manu, crucis vexillo præeunte, fuſi, atque in effuſam fugam conuerſi ſunt, & chriſtianis myſterijs initiati, cum anguſtis terminis habitarent, ampliores à Regina Theodora impetrarunt. Bulgarorum conuerſio.

Normannica gens Gallias irrumpens, Pariſios vſque peruenit, Monaſterium Sancti Germani Epiſcopi Pariſienſis deuaſtans. Quorum Dux nomine Ragenarius ſub Principe Borico (aliàs Horic) hanc deuaſtationem peragens, dum ſe apud Principem ſuum jactaret opulentiſſimum Normannorum in Gallias irruptio, dicẽtium neminem præter Senem Germa-

Caroli num

videlicet ſibi reſtitiſſe, & quod mortui maiorem quam viui virtutem haberent.

Caroli regnum acquiſiſſe, & monaſterium almi Germani deuaſtaſſe, & quod ibi maiorem mortui, quàm viui virtutem haberent, nullumque ſibi reſtitiſſe præter Germanum ſenem mortuum, continuo beati viri virtutem expertus, concidit, ac poſt triduum expirauit, non ſolum ipſe, ſed etiam cæteri raptores, & violatores ſancti loci, diſſenteriæ morbo perierunt.

Et in Martino iactatum mortuos viuis eſſe fortiores.

At quod teſtati ſunt barbari, & proprio experti ſunt damno, quod in Sancto Germano declaratum eſt, id etiam in Sancto Turonenſi Martino mortuos viuis eſſe fortiores. Cum & Normanni Duce Haſtigo ijſdem tempeſtatibus Turones obſidione prementes, tandem diuina inſpirante gratia, Beati Patroni ſui corpus ad locum vbi prælij impetus violentior erat deferentes, mortuum pro viuis propugnatorem opponunt. Sancti itaque ſuffragio ac meritis, & obſeſſis ſecuritas redditur, obſeſſoribus formido & pauor incutitur, fugientibuſque Danis occurrunt Turoni, cæduntur ferro, aut in captiuitatem abducuntur, pauci fugæ præſidio euaſerunt.

Vltrò diuina in Gundulphum Eccleſiæ ſpoliatorem.

Gundulphum verò Ducem, qui acceptum à Rege Franc. monaſterium Foſſatenſe, eiectis Monachis ſolo æquarat, atque in conuiuio procaciter ludentem in Monachorum ſtatum, S. Maurus aſtans ſuper menſam,

ſam, ferula percuſſit in capite, ventrem verò impacta fortiter calce pulſauit, qui amens effectus cæpit clamare, Maure tu me interficis, atque his ſæpius repetitis, effuſis inteſtinis, infælicem finiuit vitam. Ex Odo.

Fuit & hic annus 846. luctuoſus Rom. Eçcleſiæ. Nam Saraceni ex Africa ſoluentes, inſtructis copijs, ſuburbia trans Tiberim conſtituta, depopulati ſunt, & ipſas Baſilicas Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, auro, argento, gemmiſque locupletes ſpoliarunt. Sed præda onuſti in Africam traijcientes, procella diuinitus ingruente, naufragio perierunt. De quibus Anaſtaſium conſule, in Leone, Sergij ſucceſſore.

Saraceni onuſti præda Ecclesiæ Rom. in Africam traijcientes naufragio perierunt.

Et trepidante Vrbe Roma ob oppoſitam S. Petri Baſilicam Saracenorum incurſibus, Leo Papa quartus cum concilio, & ope Lotharij Imperatoris & fratrũ Regum, nouam ciuitatem à Leone tertio cæptam perficere aggreſſus eſt, quam ſexto poſt anno, perfectam dedicauit.

Leoninæ Vrbis conſtructio.

Anno 950. S. Vulſtrannus nepos duorum Regum Merſiorum cæſus, cuius ſanctitatis extiterunt complura miracula conſpicua, nam de loco vbi innocenter occiſus eſt, columna ignis ſeu lucis vſque ad cælum porrecta, omnibus loci incolis per dies triginta ſtabat conſpicua, hæc Matthęus Vueſtmonaſterienſis.

Sed

Digitized by Google

Sed & iiſdem prope temporibus & eodem anno Normannorum noua irruptione in Gallias atque in Caroli Regijs filij Ludouici Imperatoris regna facta, non minimam partẽ Regni illis à Carolo conceſſã de nomine ſuo Normandiam vocauere. Vnde verò mala iſta, neque enim aliunde, niſi quod à maiorum pietate deſciuerunt. Francorum tunc equidem enituit robur, cum in Regibus pietas excelleret, elanguit, & defecit, cum Eccleſię ſunt proſtiturę laicis, quarum redditibus, non ſunt illi aucti, ſed imbelles, ac neruis animi carentes, ſunt depreſſi. Luxerunt & aperuerunt ea Principibus ipſis Reuerendiſſimi Patres in Meldenſi conſilio, & ad putridum vulnus oportuna apposuerunt remedia, quæ dum Rex recuſat accipere, iuſto Dei iudicio factum, vt qui latas à Sanctis Patribus leges, ſubire renuit, coactus ſit à Normannis duriſſima ſuſcipere iura, & qui Eccleſiarum bona laicis tradebat, coactus ſit Normannis Regni propria iura largiri. At contra cum Ramirus Rex regnum quod in Hiſpania occupabat fecit tributarium, ac vectigale Sanctæ Eccleſiæ D. Iacobi, repulit Normannos quos totus orbis eſtimabat inuictos, auctus eſt ſpolijs, & glorioſus triumphis. Sic enim Tudenſis. Eius ſcilicet Ramiri tempore Normannorũ claſſes per Septemtrionale mare, ad littus Legionis

Normannorum in Gallias altera irruptio.

Eccleſiarum bona laicis proſtituta.

Ramirus Normannos profligat.

Digitized by Google

nis ciuitatis aduenerunt, gens hæc eſt crudeliſſima, & in partibus noſtris antea non viſa, quod Rex vbi comperit, aduerſus eos cum exercitu ſuo venit, multitudinem eorum vicit, & ſeptuaginta naues eorum combuſſit, atque multis ditatus diuitijs, ad propria incolumis reuerſus eſt. Tudenſi omnes conſentiunt Hiſpani Hiſtorici.

Alter verò Arabs genere Rex in Hiſpania Sanctorum Martyrum ſanguine ebrius, cùm in ſolarium ſublime aſcendiſſet, oppida luſtraturus, vtque è ſublimi pendentia ſtipitibus Sanctorum Martyrum corpora intueretur, ea cremari iuſſit. Sed ô admiranda Dei potentia Saluatoris, ob illud quod Dei Sanctos comburi iuſſit, eadem hora obſtruitur lingua, vltrà fari non poteſt, ſicque geſtantium manibus in ſtratum deductus, eadem nocte extinguitur.

Rex alter Arabs in Hiſpania Martyribus illudens diuina vindicta ore obſtructo & lingua extinguitur.

Eadem tempeſtate Normannica, corpus S. Martini Epiſcopi Turonenſis Antiſiodorum ciuitatem longè munitiorem transfertur, atque cum multo honore, ſecus S. Germani feretrum tantus hoſpes excipitur, propter merita igitur Martini virtutes ac miracula operante Domino, cum oblationes immenſæ in familiæ Martini Pontificis vſum cederent, clerici Antiſiodorenſes cum ab vtroque & Germano & Martino, indifferenter miracula fieri dicerent, partitionem quo-

SS. Martini & Germani paria merita.

que oblationum expectabant, quare inter eos conuentum, vt cuius miracula eſſe conſtaret, prouentus eius parti accederet. In vtriuſque ergo Præſulis medio leproſus ſtatuitur, & nocte in vigilijs & laudibus expenſa, & mane illuceſcente, conuenientibus vtriſque partibus, medietas hominis à Martini parte poſita, ſana & incolumis reperitur, pars autem occulto Dei iudicio, ſananda differtur. Vt autem per miraculum euidentius fides certior, clariorque eluceret, leproſa pars iterum ſananda verſus Martinũ vertitur, & mane facto ex integro ſanus inuenitur. Sedata autem omnis contentio eſt, & S. Martini familiæ omnis quæ fuerat eorum qui curati erant, oblatio adiudicata eſt. De qua re Odo. ,,O admirandæ, inquit, vrba-,,nitatis S. Germanum Pontificem, qui cùm ,,tanti meriti eſſet, vt mortuos ſuſcitaret, in ,,domo ſua, hoſpiti ſuo tantum detulit ho-,,norem, vt in ſignorum exhibitione eo ſe ,,videri vellet inferiorem; Ita planè inter vita functos Pontifices, viuentes autem in cælo, Canonum antiquorum adhuc obſeruantia illa viguit, vt peregrino Epiſcopo deferat loci Præſul, qui eum hoſpitio recipit.

Ad res Danicas Pithęus in cronico ſuo nos inuitat luctuoſo exitu tranſactas, quas breui compendio abſoluens, ciuile exortum

eſſe

eſſe bellum inter Horic. Danorum Regem, & filium fratris Gugnim, qui regno pulſus Piraticam exercebat, vniuerſoque populo factione diuiſo, parte altera Regi, altera nepoti ſtudente, miſerabili modo conciderũt, de regia ſtirpe nonniſi puerulo permanente. Ita Domino Sanctorum ſuorum virorum iniurias vlciſcente, aduerſarijs digna factis retribuente.

Et quemadmodum Deus per longam patientiam miſcuit vaſa iræ furoris ſui ſuper gentem idololatram, immittens illis ſpiritum vertiginis, vt ſuæ interuentionis vindices eſſent, ita & in Sciſmaticos Principes Michaëlem Græcorum Imp. & Bardam Patruum ſuum Cæſarem qui Sanctiſſimum virum Ignatium Patriarcham Conſtantinopolitanum è throno ſuo deijciendum curauit, iram quoque ſuam effudit, præſagia necis, atque eius necem Curopalates, Cedrenus, Glicas, atque in primis Niceta ſcriptores Græci ſic ferè deſcripſerunt. Viſus illi per ſomnium B. Petrus Apoſtolorum Princeps, cui aſſiſtebant duo terribiles viri, ad veſtigia autem ſedentis, Ignatius procumbens, & cum lachrymis clamans: Clauiger Regni cælorum & Petra in qua Deus ſuam firmauit Eccleſiam, ſi noſti qua iniuria affectus ſim, conſolare ſenectutem meam, multa mala paſſus ſum, ille verò ad Ignatium: *Deus vindex iniuriarum Sanctorum.*

Oſtende, inquit, eum qui te iniurijs affecit, & Deus faciet vnà cum tentatione prouentum, & conuerſus Ignatius dextera manu, me oſtendit, inquit Bardas. Hic me maximè omnium offendit, & necdum iniurijs mé afficere deſiuit. Et Petrus illi qui ad dexteram aſtabat: Aſſume (ait) Bardam iſtum execrandum & extra atrium Eccleſiæ membratim illum concide quamprimum, itaque ego (inquit) tractus fui ad necem. Viſum illi præterea, quod manum vibrans aduerſus Imperatorem, impie fili expecta parumper hanc viſionem. Bardas narrabat amico, nec ſic quidem omiſit affligere Ignatium, mutato exilio in aliam Inſulam, ac multo illiberalius à militibus ſannis iniurijſque per tres menſes affecto, quo temporis ſpatio emenſo, ſequuta eſt exequutio. Dum profectus cum Imperatore in Oretam Inſulam, perfidiæ ſuſpectus, iuſſus eſt occidi, qui & fruſtatim eſt conciſus.

Facinoroſum Michaelem Imp. vindicta ſequitur diuina.

Michaëlem verò è veſtigio ſequuta haud diſſimilis vindicta. Cùm reuerſus Conſtantinopolim, nec filios mares haberet, Baſilium Macedonem genere ignobilem, filium ſibi adoptatum, ac militum magiſtrum conſortem Imperij aſciſcit. Qui creatus Imperator Michaëlem Imperatorem à prauis atque adeò execrandis facinoribus abducere ſtudens, infenſum eum, ſibi atque infeſtum ſentiens,

tiẽs, illum etiam de medio tollere meditantem Baſilius communicato cum alijs cõſilio malens necem tandem inferre quàm pati, obtruncat.

Non multo poſt quàm Baſilius adeptus eſt Imperium, viſus illi Dominus noſter Ieſus Chriſtus ita eum conueniens. Vt quid interfeciſti Regem, & tum Imperator expergefactus exhorruit, & diuina illa promiſſione: In quacumque hora ingemuerit peccator, ſaluus erit, ad pænitentiã prouocatus, lachrymis, luctui, eleemoſinis, ſe dedidit.

Res quoque Britannicæ in fide magna habuere incrementa, Salomone Rege ad Adrianum Papam litteras, quæ planè lectu dignę ſunt, huiuſmodi deſcribente: Domino ac beatiſſimo Apoſt. Sedis Romanæ Adriano Pontifici Max. Salomon Britannorum Rex flexis genibus inclinatoque capite in Chriſto fideliter pacis diuturnitatem. Impeditus verò ne adiret limina Apoſtolorum, paganis iniuſtè vaſtantibus ſuas ditiones. „ Et idcirco (inquit) conſide„rans meorum peccatorum grauitatem, & „reminiſcens bonitatem Dei, precor poten„tiam veſtræ dignitatis, vt hoc munuſculum „placidè conſideret, ſi perſona prędictorum „ Apoſtolorum dignetur aſpicere, hanc au„ream ſtatuam veſtræ magnitudinis, tam in

Regis Britanniæ ad Adrianũ Papam litteræ & dona.

,,altitudinē quàm in latitudine, cū lapidibus ,,diuerſi generis, & mulum ſella & camo, & ,,fræno valentem, & triginta camiſias, & tri- ,,ginta drapas laneas, varijs coloribus, cum ,,triginta ceruinis pellibus, & triginta pallia ,,pedalia, ad opus domeſticorum virorum, ,,trecentos quoque ſolidos denariorum, ,,quotannis deinceps perſoluendos, quate- ,,nus dignitas à prædeceſſoribus veſtris, an- ,,teceſſoribus noſtris impenſa, nobis, noſtriſ- ,,que ſucceſſoribus auctoritate veſtra con- ,,ſeruetur in ſæcula. Hæc omnia veſtræ dig- ,,nitati vilia præſentantes, mementote vi- ,,duæ paupérculę, in templo Domini duos ,,denarios offerentis. Et plura in hunc mo- ,,dum cū ſumma animi Regij ſubmiſſione.

Dani ab Æthelredo Angliæ Occidentalis Rege ſuperati.

Dignum quoque exemplum Regis maxime pij, Vueſtmonaſterienſis contigiſſe refert tempeſtate Danorum, qui Orientalem Angliæ plagam infeſtam habebant, ſed ad Occidentem conuerſi Regem Æthelredum offendunt non tam ſuis quàm diuinis viribus egregiè inſtructum, de quo Vueſtmonaſt. Rex Æthelredus in tentorio miſſam audiens, vbi cum ſæpe à ſuis inuitaretur ad certamen ingruentibus hoſtibus, cōſtanter affirmauit, ſe non receſſurū priuſquam pręſbiter miſſam compleſſet. Quæ fides Chriſtiani Regis multum profuit, victo ſcilicet aduerſario, hoſte potentiſſimo.

Sed &

Sed & Dani qui ab Æthelredo fuſi fugatiq́ue ſexto iã emenſo anno ab Alfredo,(qui primo ab Æthelredo bello ſuperatus, atque ſeruatus ſi gratiam baptiſmi ſuſciperet, & poſtea forte fortuna profugus latuit) opem diuina ferente gratia fugati, atque ſuperati Chriſti baptiſmate ſuſcepto, fidei ſacramentis initiati ſunt, per hunc Alfredum refloreſcere cæpit Anglicana Eccleſia; viris doctis in Angliam accerſitis, qui magni nomen meruit, & mortuus eſt relicto Ægduardo filio, qui Angliæ monarchiam eſt conſequutus.

Dani ſexto poſt anno ab Alfredo victi Chriſtianæ fidei ſacramento initiati.

Normannorum verò ſiue Danorum vaſtatione atque incurſione quæ facta eſt anno 881. Remenſis ciuitas, etiam villis circa ipſam incenſis, quam nec murus, nec humana manus defendit, manſit tamen integra diuinitus defenſa, Leodio, Traiecto Tungris, Colonia, In Tulpiaco, Vulpiaco, Nouertio, Aquiſgrano, Palatio Malmandarenſi, Stabulẽſi, Prumienſi, S. Gudulæ monaſterijs flãma abſumptis. In quibus omnibus magnæ iræ Dei, certa illa Dei demonſtrata ſunt argumenta, quod cum in tranſlationibus corporum diuerſorum Sanctorum, ne à Paganis illa incendio abſumerentur, plurima reperiuntur edita eſſe miracula, vt autem iidem reprimerẽt graſſantes barbaros, nullus iſtud obtinuit apud Deum.

Remorũ Ciuitas plurimis Belgij vrbibus vaſtatis ſeruatur.

In tranſlationib⁹ Sãctarum Reliquiarum etiamſi multa ederentur miracula, vt verò graſſantes

Barbaros impedirent, nullus apud Deum obiinuit.

Quod ad Italiæ ſtatum pertinet, Campaniæ illa pars Saracenis finitima, ingentem cladem paſſa eſt, ferro & igne omnia miſcẽtibus Saracenis Caſſinenſe Monaſt. nobile, barbarica immanitate direptũ, igne ſuccenderunt. Eccleſia S. Saluatoris, ſubiecto licet igne, diuino iudicio in pluribus locis ſeruata eſt, Venerabilis Bercharius Abbas interimitur, Monachi ſuffecto Abbate, Theanum commigrarunt, in cella quam in honorem D. Benedicti hactenus conſtruxerant habitantes. Leo Oſti lib. 1. cap. 45. Quæ vaſtatio facta eſt ab ipſius Monaſterij per Petronacem reſtitutione annis centum ſexaginta.

Caſsinẽſis Monaſterij ab ipſa Petronacis reſtitutione vaſtatio facta, anno 160.

SÆCVLVM DECIMVM.

Ann. 902.

CHriſti ac Saluatoris anno 902. Hunnica gens, quæ & Hungarorum è Pannonijs egreſſa, atque in Italiam progreſſa ingenti clade afficiunt Tranſpadanas nobiliſsimas ciuitates, Eccleſias incendio, villaſque, atque omnia vaſtantes.

Porro admiranda Theocriſte illa Lesbia innoteſcere cæpit, quæ ab Arabibus Duce Niſiri ex Inſula Lesbia, cum reliquis captiuis in Inſulam Pharos abducta, atque pecuniam ex captiuis quęrentibus prædonibus & præmia ſtatuentibus, fortè fortuna in ſiluam

conten-

contendens, triginta quinque annos, ſponte naſcentibus herbis, Lupinis, & ijs quæ loci natura fert, vel potius Verbo Dei, quia non in ſolo pane viuit homo, alebatur. De qua Surius ex Metaph. hiſtoriam lectu & fide digniſsimam 10. Nou. annotauit.

Accidit verò in Gallia, vt relicto Rege Carolo Proceres Robertum Regem elegerint anno 22. ſolemnique ritu inunxerint.

Pelagius puer relictus obſes elegantiſſimę formæ, & ſpectatæ virtutis totum trienniũ, cum dimidio, quo in carcere incluſus manſit, futuri præſcius, ad martyrij agonem impendit. Cum venuſtus facie non ad martyrium, ſed ad delicias tyranni Arabum Regis à quo apud Cordubam tenebatur, atque ab illo mille modis alliceretur ad turpia, magnis animis renitens, conciſus tandem membratim, in fluuium præterlabentem proiectus eſt. Paſſus eſt Cordubæ annorum ætatis decimo-tertio cum dimidio, Rege Habdarragman. Huius vitam Reſuintha poëtria carmine celebrauit, virginem & martyrem inuocat.

Deſignatur quoque & hic annus 929. nobili quadam pietatis memoria, Lanceæ quæ fuiſſe creditur Conſtantini Magni, mirandi ac artificioſi operis, ex clauis Ieſu Chriſti crucifixi ſanctificatæ, quã Rodolpho, Burgundiæ atque Italiæ Regi donatam, & po- Lancea Conſtantini in bello tutelaris.

Digitized by Google

ſtea Henrico Regi ad inſigne & tutamen Imperij poſteris relictam, & tutelarem in bello Imperator Ottho Henrici filius expertus eſt, ingenti victoria ex hoſtibus conſequuta. Et in ijſdem geſtis Anglorum lib. 2. cap. 8. legitur gladium eiuſdem Conſtantini ad eundem miſſum fuiſſe Henricum inſignitum clauo vno Crucis Domini. Præterea Martyris clariſſimi Mauricij Thebeæ legionis vexillum quo ipſe Rex in bello Hiſpanico ſolitus erat conferti ſſimos hoſtium cuneos perrumpere, & profligare. Sed & eidem Regi miſſa eſt Lancea Caroli M. ab Hugone Rege Francorum, eaque inuictum contra Saracenos factum. Idem Henricus Rex Normannorum Reges Chriſtianos faciebat quos vincebat. Ita Rex maximè pius ab his quos vincebat barbaris, ſolam exigebat fidem, ac vectigal iure belli debitum. Et quam ab Auſcario fidem hactenus Dani receperant, eandẽ quoque Hunni, viri ſanctiſſimi Hãburgenſis Archiepiſcopi opera acceptam conſeruarunt.

Mauricij Ducis Thebeæ legionis vexillum auxiliare,

Conſtantini gladius clauo dominicæ crucis inſignitus,

Succeſſerunt poſtea 934. & alij in Germaniam motus Hungarorũ, de quibus Luitprandus ait Henricum Regem vouiſſe, de ſuo regno Hæreſim Simoniacam quæ in eo altas radices fixerat idque prædeceſſorum conniuentia, euulſurum, ſi de Hunnis victoria potiretur. Atque vt in geſtis Sax. libro

Simoniam Henric⁹ Imp. ſe auulſurum de regno ſi de hoſtibus triumpharet promiſit,

bro 1. ſic ſcribit Vuiticindus, quod vt ſuos hortaretur ad bellũ inter alia hęc pro concione dixerit. „Conſulite igitur vobis ipſis, „& quid ſuper hac re faciendum eligite; „Theſaurum diuinis officijs ſanctificatum, „an dabo pro noſtra redemptione inimicis? „An certe addam cultui diuino pecuniam, „& honorem, vt ab ipſo redimamur potiùs, „qui noſter extat Creator, & Redemptor. „Ad hæc populus leuauit voces in altum „(inquiens) ſe à Deo viuo & vero redimi „omnimodis deſiderare, quia fidelis, & iu„ſtus ſit, in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in „omnibus operibus ſuis. Operam ſuam de„inde promittentes Regi, contra gentem a„cerrimam, dextris in Deũ eleuatis, pactum „firmauit. Sicque pietate pręuia, reddito „ſibi propitio numine, tantam quam audiſti „omnibus ſęculis memorandam de inui„ctis, pauendiſque hoſtibus, Rex obtinuit „victoriam. Deletis ſcilicet ad interneci„nẽ, triginta ſex millibus, cæteris captis, aut „flumine abſorptis (inquit) Frodoardus.

Miranda porrò contigiſſe his annis idem Frodoardus ſcribit, Remis contractum, compagibus reſolutis officia pedum ac veſtigia recepiſſe. Et cęcum in ſomnis admonitum vt ad ædes Diui Hilarij accederet, lumen oculorũ recepiſſe. Diaconum quoque Virdunenſem Adelmannũ languore oppreſ-

oppreſſum, viſum ſpiritum emiſiſſe, & poſt ita validum effectum, vt ſibi nihil ægritudinis pertuliſſe videretur, qui ſe diuerſa ſuppliciorum, vel refrigerij loca vidiſſe teſtatur, ſeque loco pænali deputatum, Dei verò Genitricis precibus B. quoque Martino intercedente, ad agendam pænitentiam vitæ redditum.

Henricus Danos conuerti curauit ad fidem & ab immolatione hominum prohibuit.

Porro Henricus vt auctor eſt Ditmarus Cuuſum Daniæ Regem ad fidem conuerti curauit, & Danos ipſos ab immolatione hominum reuocauit, moriturus Otthonem filium parem cum pietate, tum militari fortitudine, non imparem Regem deſignauit. Mathildem Reginam viduam ſcribit Crantius lib. 4. cap. 7. multis diuerſiſque, vltra omnes quas viderit matronas, operibus, eius animam Deo commendaſſe.

Apud Benuenſes ſanneus fons erupuit.

Per idem verò tempus, vt ſcribit Luitprandus lib. 4. cap. 1. 2. 3. In Ianuenſi vrbe quæ eſt in Alpibus Cottijs, octingentis ſtadijs à Papia diſtans ſuper Africanum mare conſtituta, fons ſanguinis largiſſimè fluxit, ſubſequuturam cunctis patenter ruinam inſinuans. Eo quippe anno, Pæni cum multitudine claſſium illo perueniunt, ciuibuſque ignorantibus, ciuitatem ingrediuntur, cunctos pueris exceptis ac mulieribus trucidantes, cunctoſque ciuitatis, Eccleſiarum Dei, theſauros nauibus imponentes, in Africam ſunt reuerſi.

Digitized by Google

Quod verò ad res Hiſpanicas attinet deploratas, hoc ſæculo immenſus prope exercitus Saracenorum in Hiſpanicas prouincias quæ Chriſtianæ ditionis erant, diffuſus eſt. Cum Duce exercitus Rege Cordubenſi à Ramiro Rege fuſo atque fugato, nouis ſubmiſſis copijs, atque ab Africa euocatis, centum quinquaginta millium peditũ, equitum verò quinquaginta millium, iterum bellum inſtaurat. At pius Rex Ramirus longè impar exercitu, nuncupatis Deo votis, aggreſſus eſt hoſtes, præuijs (vt aliqui tradunt) duobus Angelis militum equeſtrium formã gerentibus, quorum ope parta eſt victoria, cæſis octoginta millibus hoſtium, ducto captiuo Rege Mauro Abinaim Cæſarauguſtæ regnante, cæteris in fugam verſis, ipſoque Rege ægrè fuga lapſo Cordubam fugiente. Hæc Tudenſis & alij Hiſpan. cron. quæ & ipſi Arabes ſuis annalibus intexuerunt.

Angelo Duce Ramirus victoriam reportat.

Vixit & hoc ſæculo Beatiſsimus Odo Abbas Cluniacenſis, qui cũ primis adoleſcentiæ ſuæ annis Virgilij operibus operam quoque ſuam impendere vellet: Vas ſibi in ſomnis oblatum vidit, extrinſecus quidem artificioſè elaboratum, ſed intrinſecus ſerpentibus plenum, porro expergefactus, cognouit ſcripta Poëtarum ſerpentes ſignificare. Et ipſe micas quas in manu ſeruauerat, Abbati ſuo Bernoni pro ſua humiliatio-

Virgilij poëmata extrinſecus artificiosè elaborata

ne

ne oſtendens, in margaritas diuino miraculo eſſe conuerſas reperit, Lacum quoq; eo deprecante, quo Monachis ſuis piſcium multitudinem ſuppeditando, carnium eſu interdiceret, loco etiam iniquo deprecatus Dominum Deum, diuinitus obtinuit.

Sancti homines non ſunt iniuria afficiendi.

Egreſſus Egmundus ad venationem, cùm ceruum inſequitur, ab equo ruptis habenis, iam præcipitio quod imminebat excutiendus, abripiebatur, in illa trepidatione conſtitutus, recordatus iniuriarū quas B. Dunſtano intulerat (eiecerat illum ſuaſione æmulorum tum è Senatu Cōſiliariorum ſuorum, tum etiam aula Regia) emendam proponit. Conſiſtit equus, ipſe à periculo liberatur. Sanctum in aulam reuocat, ac de iniurijs veniam petit, Monaſterium conſtruēdi loco ei conceſſo, quod Glaſconia dicitur. Quo exemplo admonemus Principes viros, vt ab impiorum ac maleuolorum conſiliorū æmulationibus atque inſidijs caueant, veritatis autem ac virtutis viros æmulatores obuijs ſemper vlnis excipiant.

Angelis comitatus donatur regio titulo ab Otthone Imp.

Vuenceſlaus Bohemiæ Rex primus declaratus ab Otthone Imp. viſus eſt ab eodem Otthone cum in eius curia obuerſaretur Angelis comitatus, ob quam cauſam brachio S. Viti donatus, in eius honorem Metropolitanam Eccleſiam Pragæ conſtruxiſſe, nec vana eſt fama ex reſponſione ipſius Wolf-

gangi

gangi Ratiſponenſis Archiepiſcopi cum ad conſecrationem illius inuitaretur, à Deo eſſe dedicatam, diurna, nocturnaque officia diuina ſemper obibat, & noctis quidem tempore nudis pedibus ſuper glaciem ac niuem iter agentem vim frigoris minimè ſenſiſſe. Podium verò eius comitem etiam caligis vtentem obrigeſcentem frigore iuſſum Vuenceſlai veſtigia pedibus premere, concaluiſſe. Duci Curmenſi nulla iniuria laceſſito, cum exercitu infeſto Bohemiam ingreſſo, atque agros vaſtare conanti cum copijs occurriſſe, vocatoque ad colloquium, ſingulare certamen obtuliſſe, atque vbi manus conſeri debuit, Angelos viſos qui Vuenceſlao arma miniſtrarent. Territum verò Curmen, ex equo prolapſum, veniam humiliter poſtulaſſe. Inuitus porro à Boleſlao fratre ac matre, & ſi mortem ſibi inſtare prædixerat, factâ Sacerdoti peccatorum ſacramentali confeſſione, fraternam domum ingreſſus Boleſlai fratris manu percuſſus interijt. Eius ſanctitati Chriſtum teſtimoniũ præſtitiſſe Æneas Siluius ſcribit, cum Regi Daciæ per viſum ſuo Martyri templum conſtrui mandauit. Drabonucia matre paricidio ſceleribus nobilitata turpi morbo conſumpta.

Inſigne Otthonis facinus à Luitprando narratur, ea tempeſtate qua ab hoſtibus fauente Deo, inſperatam reportauit victoriã. Comes

Comes qui ab eius partibus ſtabat, temporis captans occaſionem, venerat enim cum ſele-ctâ militum manu, petijt ſibi dari Abbatiā, prædijs luculentiſſimam, ſed Rex nihil cun-ctatus, negauit ſe facturum. Neque Sancta dari canibus, ac militantibus Deo dicata, ſę-culo militantibus poſſe, abiret cum reliquis deſertoribus, ſi vellet. At ille confuſus, ac rubore quaſi amens effectus, eius aduolutus pedibus, veniam eſt conſequutus.

Giſlebert⁹ Eccleſiæ bona in uiolabilia ſemper habuit,

Et Giſlebertus Lotharingiæ Dux, qui Otthonis Imperatoris ſororem in matrimo-nio habebat, inter pios ſanctoſque Principes numerandus cenſetur, qui ſolus in Gallijs, alijs rebus Eccleſiaſticis indignè abutenti-bus, eas ſanctas atque iuuiolabiles ſemper habuit, quin & ſuis opibus Eccleſiam ſiue Bronienſe Monaſterium ditauit.

Propter expilatio nem bo-norum Eccleſ: damnatio nis pæ-nam con quitur Dux No-ricus:

Sacrilegum porro Noricenum Bauariæ Ducem ac Palatinum Comitem, Afra mar-tyre reuelante Vdalricus Auguſtæ Vindeli-corum Epiſcopus æternæ damnationis ſen-tentiæ addictum cognouit, hic Monaſteria Eccleſiarumque bona expilando in laicorū beneficia conuertebat, nulluſque pœniten-tiæ locus aut tempus expectabatur, ſed ſa-crilegijs aſſuetus, Auguſtanam primò ciui-tatem atque alia loca deprædatus, dum Ra-tiſponam obſidione tentat, in ipſo obſidionis tumultu occiditur.

Ottho

Ortho verò votis & ieiunijs Dei & San-ctorum auxilium conciliare ad parandam victoriam contra inimicos ſatagebat. Ita Hungaros hoſtes infeſtiſſimos confertiſſimo agmine in Germaniam ſe infundentes deleuit, vt vix ſex aut ſeptem numero euaſiſſe Ditmarus libro. 2. dixerit. Ortho aduerſus eos pugnaturus in die S. Laurentij Martyris vouit eidem Sancto dedicare Epiſcopatum Mercſepurgenſem, quin & exurgens poſt celebratam miſſam à S. Vdalrico Epiſcopo Auguſtano, & poſt ſacram acceptam ab eo communionem, pugnauit & vicit. Et Rogerius in vita S. Brunonis, Imperator (per anticipationem inquit) indici ieiunium ipſa die ſanxit, quæ tunc erat in vigilia S. Laurentij Martyris, pro cuius interuentu ſibi, populoq́ue ſuo ipſum Deum popoſcit eſſe refugium.

Eadem bellorum, tempeſtate Normanni qui & Dani Gunderedo Duce, centum nauium claſſe coacta ingenti militum manu inuaſere Galæciam, ferro ac igne vaſtantes eam biennij ſpatio, cædibus ac rapinis fędantes, Compoſtellanos tentantes, Siſennadum eius Epiſcopum arma potiùs quam ſancta tractare idoneum, & militum Ducem, primaq́ue acie reſiſtentem peremerunt, ciuitatem ipſam demoliti. Pænas luit factioſus homo qui antea ſede eiectus, eam inuadēdo,

Danos eo acta ingenti militum manu præda onuſtos ac proſperis euẽtis elatos, Gundiſaluus Caſtellæ Comes præeunte D. Iacobo cuius ciuitatem deuaſtarant cecidit.

pulſo eo qui ſubſtitutus erat S. Roſindo violenter ſubintrauit. Sicque vlciſcente numine, ſede ſimul & vita priuatus interijt. Verùm quod nihil magis quam vita nefaria ſacerdotum, flagella in populos prouocat, eo diuina prouidẽtia ſublato de medio, in Normannos Deus vltionem conuertit. Siquidem vicinarum prouinciarum fideles armato Duce Gundi ſaluo Sancio Caſtellæ Comite, præuio S. Iacobo cuius deuaſtauerunt ciuitatem, eoſdam Normannos præda onuſtos, proſperis euentis elatos, redditoſque ſecuros inuadentes, omnes vel peremere, cum ipſorum Duce Gunderedo vel duxere captiuos, aut profugos, cum paucis relictis ab incendio nauibus, ad propria remeare compulerunt.

Qui nepotem in Epiſcopatu ſucceſſorem delegit pænis purgatorij punitur.

Quod ſpectat ad S. Vdalricum de quo ſuperiùs: Is Adelberoni ſororis ſuæ filio ab Imperatore Otthone impetrauit procurationem ſui epiſcopatus, & omnium ſæcularium negotiorum, & poſt deceſſum ſuum in epiſcopatu ſucceſſorem. Quæ ſancti viri ſtudia in nepotem, nec Deo placuiſſe, nec Eccleſiæ, declarauerunt euentus, & ipſe in ſeipſo moriturus, factum eſt deteſtatus, cum ad ſupremum iudicium raptus per viſum accepit ea ſe de cauſa, pænis mancipandum purgatorijs. „Et heu, heu (inquit) quod il„lum nepotem meum Adelberonem vnquam

„quam vidi, quia pro eo, quod ſecundum „ſuum deſiderium ei conſentiebam, nolunt „me impunitum in ſuum conſortium reci„pere. Mirum verò quomodò dæmon deceperit Sanctum virum, qui tam pio prætextu vacandi liberiùs diuinis ſæcularia in nepotem refundere ſtuduit. Mirum in quo peccarit, deligens ſucceſſorem doctum, à ſe ſanctis virtutibus imbutum, eloquentem, liberalem, non ſordidum, multis ornatum virtutibus, qui etiam extraneus erat ſucceſſor optandus, & tamen peccauit, & impulſus ille non ſpiritus, ſed carnis fuit, vt nepotem deligeret ſucceſſorem, illo ſuadente, obnixèque petente, quem ex hoc exiſtimare debuiſſet indignum dum illud peteret, quod omnis refugit dignus. Ex act. vitæ eiuſdem.

Poſt cladem à Græcis in Calabria acceptam Otthone de Romano Imperio mœrore confecto, cuius penè exercitus cęſus ad internecionē fuit, & ipſe Imperator natando ægrè euaſit, filius eius Ottho Tertius ſuſceptis Imperij habenis, ſuaſu piæ Matris, corrigendum curauit quod Pater deliquerat, quamobrem diuinam expertus fuit vltionem, de ſublato ab Eccleſia Merlburgenſi dedicato S. Laurentio epiſcopatu, Deo minimè ex euentu probante, cuius tamen in tuendo monaſterio S. Vincentij ad fontes Vulturni extat diploma, & alia eiuſdem gene- Quantum periculum alienare bona Eccleſiæ.

ris priuilegiorũ in alias Eccleſias diplomata.
,,Ita enim pro Eccleſia S. Vincẽtij ſcribit.
,, Si Eccleſiarum Dei curam habere ſtudue-
,,rimus procul dubio Imperij nomẽ ſtabile
,, erit, inſuper & vitam æternam promereri
,,credimus. Vnde perpendant Principes,
quãto cũ periculo tum corporis tum animę,
quanta cum honoris tum rerum iactura, Eccleſiaſtica bona aut diſpẽſare laicis, aut alienare ab Eccleſijs præſumant.

Sepulchrum D. Iacobi illæſum atque intactum Dei virtute ſeruatum.

Quod ad res Hiſpanicas pertinet, ſub Veremundo Rege, magis ac magis labefactatę, miſerando interitu ſunt attritæ, atque proſtratæ, vt amiſſo Legionenſi Regno, & Galleciæ ciuitate Compoſtella exciſa, Eccleſijs dirutis, vix ſepulchro S. Apoſtoli, Dei virtute, illæſo ſeruato, in vltimum diſcrimẽ eſſent adductæ. Cùm exiguæ vires Chriſtianorum Principum in vnum collectæ, quæ bellis ciuilibus non diſiunctæ tamẽ ſed multis confectæ cædibus, debilitatæ admodum fuerant aduerſus Almanſorem Regẽ, numeroſiſſimo pollentem exercitu, non reſtitere tantum, ſed & ſuperauere quam feliciſſimè, deſideratis ex peditibus (vt ipſæ produnt Maurorum hiſtoriæ) ſeptuaginta millibus, equitum verò quadraginta millibus. Cùm & ipſe exercitus Dux, ex deſperatione, abſtinens cibo, noluit tantæ acceptæ cladi eſſe ſuperſtes. Nulla hac victoria glorioſior, vel ceſſit vtilior

Pugnante Angelo exercitus Barbarorum cæſus.

lior, vel opportuniori tempore à Deo cõceſsa eſt, vt tum recentiores, tum etiam veteres affirmant.

Enimuerò quantum confert ſemper pietas, ad hoſtes fidei profligandos, cum alias ſæpe tum ijs temporibus oſtenſum eſt, cum ſub Garſia Fernando Caſtellæ Comite, apud Gormatium cum hoſtibus confligerent Hiſpani, pietate ac fide Ferdinandi Autolini, qui in proximam Eccleſiam ad orandum ſe receperat, exercitus hoſtium eſt ſuperatus, pugnante ſub ſpecie eius Angelo, cuius equus, & arma diuino miraculo, inuenta ſunt ſanguine eſſe conſperſa. Cùm ipſe non miſſibilibus ſed precibus iaculatus eſſet in hoſtes.

Quod verò ad ſtatum Regni Hungariæ ſpectat, ea tempeſtate qua Hungarorũ gens Dei Eccleſiam populabatur, Geiſa Panno- niam ingreſſuris Hungaris Ducem ſe præbuit, erga Chriſtianos humanus etſi paganiſmi erroribus adhuc implicatus, attamen cæleſtis gratiæ luce ſpirituali appropinquante, edixit Chriſtianis in ipſius ditionem commeandi facultatem, porrò clericis ac Monachis fecit etiam poteſtatem in ipſius conſpectum veniendi, atque eos propenſo animo audiebat, atque ita factum, vt Orthodoxæ fidei ſemen in pectoris eius horto, ſatum in fruges irrumpere geſtiret. Quid multa? Adeſt tempus cælitus diſpoſitum,

Geiſa Hungarorum Duce ſalutaribus vndis expiato atque ex huius vitæ ærumnis ad ſuperos tranſlato Stephano Filio

credit ipſe cum familiaribus ſuis, vndis ſalutaribus expiatus, Adelberto verò Pragenſi Epiſcopo, Apoſtolatum gerente, non minima gens Hungarica fidei ſacramento initiatą eſt, Adalberto in Pruſſia gentis eius conuertendæ occaſione Martyrij palmam adepto. Geiſa verò Duce Hungarorum anno Saluat. 997. ex vitæ huius ærumnis ad ſuperos tranſlato Stephanus diuinitus à Deo promiſſus quarto ob obitu Patris Geiſæ anno Pannoniæ ſiue Hungariæ recens conuerſæ Regno à Sancto Petro Romanæ Eccleſiæ cum omni iure & omni poteſtate ſua oblato Regni coronam petebat. Pontifex Silueſter ſecundus qui Poloniæ Duci Regium titulum per legatos petenti, coronam egregio opere confici curarat diuinitus admonitus, ipſi ijdem S. Stephano miſit, & crucem ante Regem ceu Apoſtolatus inſigne geſtandam, ob multos infideles ab ipſo ad fidem adductos, adiecitque, ego inquit Apoſtolicus ſum, at ille merito Chriſti Apoſtolus dici poteſt, cuius opera tantum populum ſibi Chriſtus acquiſiuit. Ex act. vit. apud Surium Aug. 20. Adiecitque vt de Eccleſijs ſui Regni diſponeret, Giulā quoque Tranſſiluaniæ Ducem auunculum ſuum laceſſitus bello ſuperauit, & Chriſti fidem cum coniuge amplecti fecit.

Succeſſori per legatos petenti regni titulū Silueſter ſecundus diuinitus admonitus coronam & crucem tanquam Apoſtolo pro conuerſione gentis Hungarorum miſit

SÆCV-

SÆCVLVM VNDECIMVM.

Ann. 1002.

HIc porrò Chriſti annus 1002. Otthoni exitialis fuit, in quo & ſtemma regnantium Imperatorum extinctum eſt, relictis in nepotem Magni Otthonis Henricum (Deo vlciſcente facinus quod in ſedem Apoſtolicam admiſere proſubmoto atque ſubrogato in cathedra Petri ſummo Pontifice) Regni faſcibus, magno ſi quidem damno, quouis pietatis prætextu, à laicis quibuſcumque ſacra attentari, & ipſæ ſacræ ſcripturæ. 1. Regum. 13. de Saule, & 2. Reg. 6. de Oza, & 2. Paralip. 26. de Oſia alijſque demõſtrant, & de multis regibus idem factum hactenus commemorauimus, eorum ad exteros Regnis trãſlatis, ijſq; malo vitæ exitu mulctatis.

A laicis ſacra attentari nefas eſt.

S. Heribertus Coloniæ Agrip. Epiſcopus, cuius conſilio Ottho Imp. niti videbatur totius cleri ac populi acclamatione ſubſtitutus, lineis indutus, nudis pedibus per ſummam hiemis ſæuitiam Coloniam venit, neque enim ad regna gentium (dicebat) ſed ad ſanctorum miniſterium vocatus ſum à Chriſto, cui ratio exactiſſima, in extremo iudicij die reddenda mihi erit. In oratorio S. Panthaleonis cum in extrema ſiccitate famem populi Colonienſis lachrimis & precibus deprecaretur, columba capiti eius aduolans,

Coloniam nudis pedibus inaugurandus ingreditur.

ac diſparens, poſtea tertio capiti eius circumuolans, denſis imbribus terram fæcundauit, famemq́ue depulit.

Vuolfgangus Ratiſponenſis Epiſcop⁹ prophetiæ ſpiritu clarus.

Et qui Henricum Bauariæ ducem prædixit Regni ſolio ſublimandum, Vuolfgangum (vti euentus factum docuit) ipſum etiam à Chriſto infula ſacerdotali coronandum genitrix eius edocta eſt, cum enim grauida eſſet, viſum eſt illi quod ſtellam in vtero geſtaret, & quidem conueniens virtuti eius ſignum, vt qui in eorum referendus erat numerum de quibus Daniel 12. cap. dixit. ,,Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor ,,firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt ,,multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternita-,,tes.,,Hic ex monaſterio Solitariorum in Silua Hercinia, Imperatoris atque Eccleſiæ totius Raptiſponenſis conſenſu ſuſcepit quidem præſulatum, ſed inuitus, cui nec officij dignitatem, nec prophetiæ ſpiritum defuiſſe, vel ex ijs ſatis conſtat quę de præſtantiſſimi Henrici Ducis Bauariæ liberis prædixit. Dum enim ad eum ob impertiendam benedictionem vt non rarò ſolebat adductus eſſet, Henricum qui poſtea Dei voluntate factus eſt Imperator, Regem appellauit, fratrem eius Brunonem vocauit Antiſtitem, ſororem eorum natu maiorem Reginam, minorem quam ipſe baptiſauit, & de ſacro fonte ſuſcepit, Abbatiſſam nominauit. Quæ

ab illo

ab illo vt prædicta ſunt omnia euenere. Hunc Vuolfgangum Henricus adhuc priuatus in ſomnis audiuit ſe his verbis compellantem: Intuere hos caracteres iuxta tumulum meum exaratos, vidit ille in pariete eiuſmodi ſcriptum. Poſt Sex. Qui ſuſpicatus poſt ſex dies ſe moriturum bonis operibus, & pauperum in primis eleemoſinis incumbebat, quibus tranſactis, cum integra eſſet valetudine, ad ſex menſes pertinere arbitratus, nec ſic vllius rei euentus compareret. Ad ſex annos eorum dictionum ſignificationem retulit. Porrò ſexto anno exacto, anno ſeptimo Imperium capeſſens, Maguntiæ ab eiuſdem Eccleſiæ præſule inauguratur. Ex actis Surij Octobris.

Normannorum in Galliae pietas antiqua.

Normannorum autem qui in ea Galliæ parte, quæ ab ipſis nomen accepit degebant, magna pietas fuit (ſcribit Glaber. libro 1. cap 5. Principes eorum hoc tempore magna religione viuentes, egenorumque ac peregrinorum aſſiduam curam gerentes, inſuper dona ampliſſima Eccleſijs ſacris per vniuerſum ferè orbem miſiſſe, ita etiam vt è monte Syna, per ſingulos annos Monachi Rothomagũ veniẽtes, plurima auri & argenti munera ab eis arriperẽt ſuis deferẽda, ſed & Hieroſolimã ad ſepulchrũ Saluatoris ingẽtia dona mittere cõſueuiſſe, ac quoſq; cupientes illuc deuotè peregrinari, donis iuuiſſe immenſis.

 Qua

Qua etiam ætate S. Bruno Epiſcopus & Pruiſorum Apoſtolus inſignis martyrij palmam conſequutus eſt, cum Apoſtolica auctoritate Euangelium infidelibus prædicans cum diſcipulis ſuis numero decem & octo capitis ſupplicio affectus eſt, quorum corpora inſepulta Boleſlaus pretio redemit, & collegit. Ex geſtis 15 Octob.

Bonifacius verò Otthonis Imp. propinquus, accepto quoque Apoſtolatu à Rom. Pontifice, cum ad Pruſſorum Regem veniſſet, propoſita illi probatione ignis, pontificalibus indutus per medias flammas illęſus tranſiens, ipſum Regem, hominumque ingentem multitudinem ad fidem conuertit, quare multitudine in ſeditionem concitata, à fratre ipſius Regis interemptus eſt. Quorum ſcelus Rex vlturus cùm & fratrem & non minimam populi partem ſtantem, atque immobilem reperiſſet, adeo vt nec linguæ officio, aut pedum vti poſſent: conuerſus Rex ad preces cum promiſcua multitudine, priſtinū tum fratri, tum reliquæ multitudini, & linguæ, & pedum officium reſtituit. Baptiſmi gratiam omnibus ſuſcipientibus, & ſuper corpus B. Martyris Eccleſiam conſtruentibus. Ex Act. S. Romualdi, B. Bonifacij dies recolitur 13 Kalend. Iulij.

Pruſsi Chriſti ſacris initiati.

Henricus autem & Cunegundis eius coniunx ſanctitatis nomine illuſtres, coronam ſub

Henricus & Cuneg.

ſub Benedicto Octauo ſuſcepere. Nemo autem Imperatoris nomine inſigniebatur, ſed Regis titulo compellabatur, niſi quem Romanus Pontifex coronaſſet, de quo Ditmarus 77. Henricus Dei gratia Rex inclitus à Senatoribus duodecim vallatus, quorum ſex raſi barba, alij prolixa myſticè incedebant cum baculis, cum dilecta coniuge Cunegunde, ad Eccleſiam S. Petri, Papa expectante venit, & antequam introduceretur, ab eodem interrogatus: Si fidelis vellet Romanæ patronus eſſe, & defenſor Eccleſiæ, ſibi autem, ſuiſque ſucceſſoribus per omnia fidelis, deuota profeſſione reſpondit, & tunc ab eodem inunctionem, & coronam cum coniuge ſua ſuſcepit. Addit & Berno Abbas Augienſis, cum Romani Presbiteri ab eo interrogarentur, cur poſt Euangelium (vt in alijs Eccleſijs fit) Symbolum non canerent, eos hanc cauſam reddidiſse: quod Romana Eccleſia non fuiſset aliquando vlla hæreſeos fece infecta, ſed ſecundum B. Petri doctrinam in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſsa, & ideo magis neceſsarium eſse Symbolum ſæpius cantando frequentare ijs qui aliquando aliqua hæreſi potuerunt maculari. Adiungit præterea idē Auctor nihilominus Imperatorem Benedicto Papæ perſuaſiſse, vt ad publicam Miſſam Symbolum decantarent, (qua in re tamen

gundis Romæ quomodo coronantur.

men puto Rom. Pontificem, neque clerum, Imperatoris quanquā ſanctiſſimi eguiſſe cōſilio. Subdítque idem Berno Abbas. Quam quidem ſuſceptam conſuetudinem haud improbamus, ſed nobis gratius, ſi venerandæ antiquitati annorum mille magis delatum fuiſſet, quàm nouitati. Porro Henricus 4. anno, quo à S. Benedicto ei apparente, in Caſſinenſi Monaſterio à morbo curatus fuerat, Græcis ab eo in fauorem Rom. Eccleſiæ ex Italia pulſis, Cunegundem ſanctam parentibus conſignans (erat Palatinorum Comitum filia) ſic ait: Recipite quam tradidiſtis virginem veſtram, vt qui mutuo conſenſu caſtitatem ſeruare ſtatuiſsent, Bambergæ mortuus eſt. Vidit ergo infauſtum ſeculum, numquam hactenus viſum, in continentia tantorum Imperatorum miraculū. Gloriaturq́ue Germania vno ſe edidiſse partu Auguſtum & Auguſtam Imperatores ſanctos, inter Sanctos relatos ambos, & in tabulis Eccleſiæ perpetua memoria illuſtres. Sigebertus l. de vir. Illuſt. ſcribit Alberonem Vltraiectenſem Epiſcopum Henrici miracula ſcriptis Eccleſiæ memoriæ conſignaſse, atque ab Eccleſia eſse recepta. Inter quæ illud non minimū, quod qui ipſius canoniſationi ab Eugenio Papa celebratæ, aduerſatus eſt Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, eundem Sanctum eſt paſsus vltorem.

His quo-

His quoque temporibus Olauus Noruegiæ Rex, nõ minus zelo Dei & iuſtitia quam belli artibus, præſtans, maleficos, augures, magos, quo hominum genere Boreales prouinciæ, tum maximè Nornegia infecta eſſet, penitus delere ſtudens, Principum rebellione, quorum mulieres propter maleficia ſuſtulerat, regno pulſus, atque Sueuorum auxilijs reſtitutus, nemini amplius parcens, niſi ijs qui magica arte abdicata Chriſtiani fieri vellent, magorum factione in ſociorũ vltionem obtruncatus eſt. Cuius poſtea corpus multis ſignis & miraculis claruit.

Nouergia etiam prouincia Aquilonaris ſortilegijs ſtudet.

Fulberti Carnotenſis ſanctitatem, atque prophetico ſpiritum celebrem declarant res ab eo geſtæ, haud dubium verò reliquiſſe teſtimonium de Berengario olim diſcipulo ſuo, cum à plurimis viſitatus, inter alos oculis rimatus Berengarium niſu quo potuit expellendum cenſuit, eo teſtatus immaniſſimum dæmonem prope illum conſiſtere, multoſq; ad eum ſequendum blandiente manu, & illicite corrumpere. Aduerſus eum atque eius errorem idem Fulbertus antidotum voluit reliquiſſe bene compoſitum, dum in epiſtolis ad Adeodatum, & Finardum de veritate corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, dogma ſtatuit, ac diſertè confirmauit.

Berengarius, à Fulberto arguitur impietatis.

Et

Conradus admonetur diuinitus. ab inuadendo Vngariæ regno.

Et Conradum aduerſus Stephanum expeditionem parantem precibus non armis victum imo & B. Virginis meritis, act. Sur. 20. Aug. declarant. Cùm enim ſe imparem ſentiret, conuerſus ad Deī matrem atque iniurias ſuas illi commendans. ,,Si tibi placet ,,Domina mundi, tuæ partem hæreditatis ab ,,inimicis deuaſtari, & nouellam Chriſtia-,,niſmi plantationem diſſipari, ne quæſo ſi-,,nas illud imputari diffidentiæ meæ, ſed po-,,tiùs diſpoſitioni volũtatis tuæ, ſi quid com-,,meruit culpa paſtoris, ipſe luat oues, quæſo ,,inſontes ne patiaris affligi. His dictis mouit in hoſtes, altera autem die venit nuncius ad ſingulos quoſque Duces exercitus Germanorum ab Imperatore litteras afferens, quibus iubebantur pedem retro referre, quod audiens Imperator Conradus qui nihil tale iuſſerat, haud dubitans rẽ diuinitus geſtam, ſe deinceps à Stephani Hungarorum Regis inuadendo Regno, timore iudicis æterni cohibuit.

Regis Hiſp. brachium rigeſcit volentis venabulo feram percutere

Valentinam ciuitatem in Hiſpania Rex Nauarræ & Caſtellæ Sancius maior, erga Dei cultum religioſiſſimus, hac oblatione accepta reſtituit, cum in venatione aprum inſectaretur, illeque intra deſertos parietes memoriæ S. Antonini Martyris ſe recepiſſet apud relictam ibi ſacram aram conſiſtens, Rex venabulo illum appetẽs eleuatum bra-

chium

chium ad feriendum mox torpedine redditum inutile ſenſit, qui deprecatus Martyrem pro reatu priſtinum vſum recepit. Qui quidem damno ſuo accepto, didicit quanta deberetur locis ſacris reuerentia, vt nec beſtiam illic confugientem lædere liceret. Quapropter Regem non ſolum huius euentus ratione Eccleſiam, ſed etiam nobilem ciuitatem reſtituiſſe teſtatur Marianus l. 8. cap. vlt.

Hoc eodem ſæculo, anno 1049. iacente quodammodò & contempta Eccleſia Romana factione Tuſculanorum comitum, Leonem nonum cum ex Gallijs, ad capeſſendam ſedem Apoſtolicam, Romam tenderet, tradit Sigeb. audiuiſſe voces Angelorum canentium. Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, quam & Eccleſiam grauiter laboraſſe legimus ſæculo decimo, Marchionum Tuſciæ ambitione. Tradit etiam Sublacenſis monaſterij Lectionarius hunc Leonem nonum Apoſtolico more præcedentibus prophetijs per viſionẽ ei diuinitus ſignificatis, ad Apoſtolicum thronum perueniſſe. Magno autem Dei beneficio, poſt tantas tenebras factum eſſe, Sigebertus ſcribit, vt tanti viri fulgore, Sancta Romana Eccleſia illuſtraretur, quem & multis virtutibus illuxiſſe & ſignis narrat Deſiderius Abbas Caſſinienſis, & Cardinalis S. Ceciliæ, qui poſtea Romanus Pontifex crea-

Leo magnus tendens ad vrbem voces Angelorum canentium, dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis.

creatus Victor Tertius dictus eſt.

Epiſcopus Simoniæ labis cõuictus.

Eodem exemplo, in Synodo à Victore Hildebrando Legato preſidente iuſtitiæ factum, cum Epiſcopus quiſpiam literatus & eloquens accuſatus de crimine Simoniæ, illud omnino confiteri detrectaret, iuſſus ab Hildebrando dicere, *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*. Patrem quidem & Filium diſerte & expedite pronunciauit, Spiritum verò Sanctum nullo vnquam modo proferre valuerit, qui diuino iudicio conuictus, crimenque confeſſus, depoſito epiſcopatu, mox Spiritum quoque Sanctum libero ore pronunciauit. Hæc in prouincia Lugdunenſi geſta narrantur ab Hibebraudo, ex relatione Damiani epiſtola ad Dominicum.

Principes compriſſores defenſiones Rom: Eccleſiæ ad altare Petri iurando ſe obligantes.

Porrò anno Domini milleſimo ſexageſimo actauo contigit Guilielmum Burgundiæ Comitem, & pleroſque Francorum nobiles coram Alexandro Papa frequenti Synodo Romæ ad altare Sancti Petri iuramento ſe obligare, ſemper cum opus eſſet, aſſurgere defẽſores S. Romę Eccleſiæ. Teſtatur enim hoc, qui interfuit Hildebrandus Archidiaconus poſtea Gregorius PP. vij. epiſtola 46. ad eundem Guilielmum data, dum ab eo promiſſionem exegit. Quibus videas pietatem Chriſtianorum Principum, cultumq; propenſiorem erga Romanam Eccleſiam. Quo etiam Gregorio ſeptimo teſte epiſt. 38. ſpopon-

ſpopondit omne ſtudium eidem Eccleſiæ, Vratiſlaus Dux Bohemiæ, qui & petijt & obtinuit ab Alexandro vſum mitræ Laicis inconceſſum.

Alexandrum verò Romanum Antiſtitem miraculis clarum anno Chriſti 107. Et Hildebrandum pari auctoritate in Romanæ Eccleſiæ thronum annales Pontificij conſcendiſſe tradunt, imitatione atque vitæ exemplo non imparem illum, miraculorũ gloria illuſtrem, liberato apud Caſſinum orationibus dæmoniaco. Tum apud Aquinum ſanata fæmina clauda, cum ei bibendam dediſſet aquam qua poſt miſſarum ſolemnia manus abluerat. Hildebrandum verò natione Tuſcum, Sanctum moribus, atque ingenio acerrimum, natum humili loco, parente fabro, adduntque quod cum aliquando puerulus luderet ad patris pedes ligna dolantis, ex rejectaneis ſegmentis, cũ neſciret litteras, caſu elementa formarit, ex quibus ſimul iunctis, exprimeret oraculum Pſal. 72. „Dominabitur à mari vſque ad mare, quo ſignificaretur, manum pueri, ductante numine, eius fore ampliſſimam in mundo auctoritatem. Auctor micrologi cap. 14. de eodem ſcribit, ſub decem ſuis anteceſſoribus à puero Romæ fuiſſe nutritum, & eruditum, omnes Apoſtolicas traditiones diligentiſſimè inueſtigaſſe. Et inueſtigatas in actum referre

Hildebrãdus, reiectaneis ſcindulis caſu elementa cũ adhuc analphabetus eſſet, format expreſſo oraculo,

Et dominabitur à mari vſq; ad mare,

ſtudioſiſſimè curaſſe. In adoleſcentia Laurentio Amalphitano Eepiſcopo vſus eſt, eximia Græcarum litterarum ſcientia clariſſimo, & ſummis vitæ laudabilis meritis ornatiſſimo, de quo S. Odilo in ſomnis Albertino clerico apparens dixit: *Ad chariſſimi enim amici Laurẽtij Epiſcopi exequias veni.*

Anni verò 1075. parte poſtrema Cinthius vrbis præfectus quem Gregorius ſæpe fruſtra admonitum, excommunicauerat, irruens cnm armatis militibus in Eccleſiam, Gregorium media nocte Natalis Domini Miſſarum ſolemnia celebrantem, iniecta in capillos manu multis contumelijs affectum, de Eccleſia protraxit, & loco quodam munitiſſimo incluſum tenuit, quouſque fama tam atrocis facti innotuit, populus furore accenſus domum Cinthij aggreſſus, Pontificem liberauit, & quæ Cinthij erãt tam intra muros, quam extra ferro & igne omnia populatus eſt. Cinthio ſequenti anno ſubitanea & peſſima morte apud Lougobardos defuncto. Wilelmum verò Traiectenſem Epiſcopum, qui Henricum Regem à ſede Apoſtolica excommunicatum, & qui propter pertinaciam ſententiam depoſitionis, vna cum abſolutione iuramenti fidelitatis omnium vbique ipſius ſubditorum, acceperat, facinorum eius participem, atque in iniuriam Romani Pontificis omnibus penè diebus

Vltio diuina in Traiectẽſem Epiſcopum Eccleſiæ Rom. contemptorem.

ſolem-

ſolemnibus inter miſſarum ſolemnia rabidò ore declamare ſolitum, repentina atque grauiſſima ægritudine correptum, inter acertimos animæ & corporis dolores miſerabili eiulatu coram omnibus vociferatum eſſe, iuſto Dei iudicio ſe & præſentem vitã amiſiſſe, & æternam, quod Regi ad omnia quę perperam intendiſset operam ſuam contuliſset, atque Romano Pontifici contumelias ſciens & prudens innocenti & viro ſanctiſſimo irrogaſſet, ſicque in eã vocem ſine cõmunione, ſine ſatisfactione expiraſſe. Ex Langio in cronico Magdeburgẽſis Eccleſię.

Staniſlai Epiſcopi reprehenſionem. Boliſlai Regis. corpus membratim diſſectum atq; præpotentis de miraculo ſine cicatricibus reformatur.

Porrò anno 1079. Sanctiſſimus Staniſlaus Cracouienſis Epiſcopus, quod Boleſlaum Poloniæ Regem grauiſſimorum criminum reum redargueret, ac vitam emendare contemnentem ſententia excommunicationis perculiſſet, ab eo crudeliſſimè cæſus eſt, cum in altari Deo miſſæ ſacrificium offerret, cuius corpus membratim diſsectum, qui corporis beati particulas collegerunt, præ potentis miraculo integrum inuenerunt, nullis cicatricibus deformatum, quem multis miraculis tum viuum tum mortuum. Surius vndecimo Aprilis declarat illuſtratum, tum maximè Petri qui Petrauinum ſuum fundum Cracouienſi Eccleſię dono perpetuo contulerat reſurrectionis ſuę miraculo cõfirmantis & Petrauinum

Idem boliſlaus Rex à canibus laceratur.

Eccleſiæ Cracouienſis aſſerentis. Boleſlaus cæleſti eum proſequente vindicta, omni honore regio, ac Poloniæ omnis dignitate Regali priuatur, omnibus ei obedientiam exhibere vetitis velut alter Cain factus profugus ſuper terram, præuentus morte à canibus eſt laceratus atque conſumptus.

Hoc eodem tempore Salerni in Italia inuentum venerandum S. Matthæi Apoſtoli corpus, quod illuc longè ante hac trãſlatum ob varia belli diſcrimina occultatum ex memoria hominum iam effluxerat.

S. Arnulphi ex Monacho S. Medardi electionem ad Sueſſionenſis Eccleſiæ epiſcopatum diuinitus factam, & alias eiuſdem ſancti præclaras res geſtas, plurimaque tam in vita quàm poſt mortem edita miracula, ſed & prædictiones, quæ ex eius ſpiritus prophetici præſcripto euenerunt, ad denique mirabilem tranſitum, proſequutus eſt ipſius ſucceſſor Liſiardus. Vide Sur. 15. Aug.

Canutum Regem populus adhuc ſacrorum rudis interimit.

Kanuti anni 1081. exordio, Regis Daniæ cædem perduellium coniuratione intra Eccleſiam interempti contigiſſe ſcribit Saxo Grammaticus hiſt. Dan. lib. 11. quod multa ob alia etiam Eccleſiarum vtilitati ſtuderet, atque inſiſteret vt populus adhuc ſacrorum rudis, decimarum ſolutioni inſiſteret.

Sed & anno 1090. Thiemonem cuius acta Caniſ. antiq. lect. To. 4. Abbatem ac poſtea

poſtea Salisburgenſem Archiepiſcopum, legimus ab Henrico multa tredecim annis quibus præfuit bellis, obſidione, gladijs, captiuitate, omniaque extrema pro fide Catholica paſſum, inſtar S. Anaſtaſij Alexandrini, numquam penè liberũ corpus, nedum liberam auctoritatem habuiſſe. Ad quem carcere detentum cum aliquando miſſus ſpiculator, gladio caput iteratis ſummo niſu ictibus amputare conaretur, sũma cutis vix tenuem velut lineam ictus, accepit, quod ſignum vlterius quam diu vixit, obduci non potuit. Idem verò anno 1092. peregrinatus in terram ſanctam, ægregiè Martyrio perfunctus, obijt.

Thiemon Salisburgenſis Epiſcop. ab Henrico Imp. crebris ictibus percuſſus capite truncari non potuit, linea quæ obduci non potuit toto ſuæ vitæ tempore permanente.

Sigebertus anno 1094. in Laudunenſi Eccleſia contigiſſe ſcribit fæminam, ob crimen quod Pænitentiario ſua confidendo peccata reuelauerat, incendio condemnatam, incenſo igne circa ipſam, diuina virtute per Dei genitricis interceſſionem, illæſam atque incolumem eſſe ſeruatam.

Mulier iniuſtè damnata ab incendio incolumis ſeruatur.

Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum Wilelmus Malmebu. lib. 1. de geſt. Pontif. Angl. tradit obedientiæ pertinacem rogaſſe Papam Vrba. 2. cum ab Vrbe recederet, vt ſibi aliquem præponeret, cuius iuſſis vitã diſponeret, Papam verò, Edinerum, qui ei à ſecretis fuit, & vitam eius ſcripſit, exhibuiſſe, cuius Anſelmus tãti iuſſa fecerit,

Anſelmi obedientia.

vt cum eum in cubili locaſſet, non ſolũ ſine præcepto eius non ſurgeret, ſed nec latus inuerteret, quæ quidem in exemplum omnium Chriſtianam modeſtiam profitentium, in tanti viri commendationem, enarraſſe voluimus.

Vltio in VVilelmum Angliæ Regem propter Anſelmi Epiſcopi extorris à patria iniuriam.

S. Anſelmo Cantuarienſi Epiſcopo Lugduni in exilio triennium argente, Wilelmus Anglorum Rex perturbator Eccleſiaſticæ libertatis pluribus ante deterritus iræ Dei ſignis, atque portentis, quæ recitant eiuſdem temporis annales rerum Anglicarum, in venatione in ceruum ſagitta emiſſa percuſſus perijt. Quem triduo S. Hugo Cluniacenſis Abbas, apud thronum Dei accuſatum, iudicatum, & coudemnatum vidit, ipſiq́ue prænunciauit Anſelmo, cui & alia ſunt diuinitus oſtenſa, de eiuſdem interitu Regis. Quod ſi tali meruit ſententia condemnari Rex Catholicus ad vnius dumtaxat Epiſcopi extorris iniuriam, qualenam iudicium ſunt habituri, qui fidei Catholicæ perduelles Anglicanos Orthodoxos omnes Epiſcopos, ſiue ferro, ſiue exilio, conſumpſerunt, & alias iniurias nefandas ipſis Eccleſijs intulerunt.

SÆCV-

Digitized by Google

SÆCVLVM DVODECIMVM.

Anno 1101.

SVb hac ſæculi ætate anno milleſimo centeſimo nono Paſchalis ſummus Pontifex audito incæſtuoſo coniugio, inter Vracam Reginam filiam Alphonſi Regis Caſtellæ & Alphonſum Aragoniæ Regem, tertio gradu conſanguinitatis coniunctos, apoſtolica auctoritate, pæna excommunicationis atque Regni priuatione indicta, eiuſmodi coniunctionem diuelli iuſſit. Sed cum non paruiſſent, Deum vindicem experti, Vraca morte ſubitanea media crepuit, Alphonſus à Saracenis peremptus.

Refert Rupertus Abbas Tuitienſis libro offic. capite 4. accidiſſe in monaſterio Sancti Laurentij in monte Leodij, ipſo ſancto Paſchæ Sabbato dum officium matutinum celebraretur, inſigne miraculum, quo vni ex Monachis admirari ſolito, (licet de rei veritate minimè dubitanti) quomodo verũ Domini corpus, clauſo reſurgere monumento clauſiſque potuiſſet ianuis ingredi ad diſcipulos, repente cingulum quo firmiter conſtrictus erat, ante pedes illius exilierit, non ſoluto nodo, neque circum crura, pedeſque deſcendens, qua de re mirũ in modum ſtupenti Monacho, vox ei tanquam ſibilum auræ tenuis facta fuerit, dicens: Sic potuit clauſo Chriſtus prodire ſepulchro.

Monachus anxius quomodo Chriſtus clauſis ianuis ad diſcipulos intrauit &c. ſona qua firmiter cingebatur, modo prorſus integro atque inuiolato ante pedes eius cadente arguitur.

Iuſtus ſeruatur diuinitus, alijs ruina oppreſsis.

Anno verò Chriſti Saluatoris 1117. cum ingens terræ motus totam Italiam quateret, Petrus Diaconus lib. 4. cap. 64. cum alij eius generis ſcriptores narrant accidiſſe in Longobardia: Villa quædam prægrandis repente mota eſt ſuo loco, & in alium locum longè remotum tranſlata. Illud prorſus mirabile quod Rogerius addit Anglic. Annal. Auctor. Cùm viri Mediolanenſes, patriciæ dignitatis, de Repub. tractantes ſub vna reſiderent turri, auribus omnium vox foris inſonuit, vnum ex illis nomine vocans, & feſtinato exire rogans, eoque tardante, perſona quædam apparuit, quæ vocatum virum vt egrederetur, prece obtinuit, exeunte verò illo, turris repente cecidit, & omnes qui ibi erant, oppreſſit. In quo quidem renouata quis non videat antiqua miracula. Idque illi ſimile cum Angelus Geneſis 19. ne periret iuſtus cum iniquis, Loth illæſum cum ſuis eduxit de Sodomis? Quibus diſcant homines, nonniſi ex diuina prouidentia, caſu verò ſiue fato numquam, in communibus cladibus hunc perire, illum ex inſperato ſaluari.

Tanchelinius impoſtor Antuerpiæ infauſtus.

Porro Antuerpia Europæ ampliſſimum Emporium vnius tamen Paſtoris vigilantia regebatur, qui & tantæ multitudini impar erat, & quia inceſto neptis concubitu notoriè vtebatur, nulla fides ei adhibebatur. Anno

no autem Chriſti 1126. reuerſus Roma Norbertus cum ab Honorio ſecundo Ordinis ſui confirmationem impetraſſet, mox Antuerpiam vocatus (deuiabat enim populus per multos errorum anfractus) vnum contigit, vt hæreticus atque impoſtor ille Tanchelinius, miræ ſagacitatis, & ſeductor, omnium hominum facinoroſiſſimus, in ea gente locum ſuæ impoſturæ inueniret. Hoſtis Eccleſiæ Sacramentorum atque Epiſcoporum, & Dei miniſtrorum contemptor, carnalibus &alijs venereis aſſueſcere perſuadens, filias in matrum præſentia,ſponſaſque maritis videntibus polluebat, ac corrumpebat. In pretioſo apparatu, in veſtibus deauratis, triplici funiculo crinibus intortis, & auro intexo ligamine, triplicatis incedebat, verbiſque perſuaſibilibus, & magnis conuiuiorum apparatibus, beneuolentiam eorum ad eoſdem ſibi ſubijciendos captiuabat, ita vt etiam poſt pſeudoprophetæ huius atque impoſtoris mortem extirpari hominis impoſtura non potuit, licet ſubmiſſo ab Epiſcopo clericorum duodecim ſubſidio Sacerdoti, Norberto & eius fratribus per manum Epiſcopi cura commiſſa. Quibus ad cohabitandum Eccleſia Sancti Michaëlis confirmata eſt. Aiebant autem fratres, ne miremini, neque timeatis, vos per ignorantiam ſequuti eſtis mendacium, veritatem exiſtimantes,

quam ſi quis priùs edocuiſſet, vt faciles inuenti eſtis ad perditionem, ſic faciliores fuiſſetis ad ſalutem conſequendam. Videant autem noſtri temporis Nouatores, quibus præcurſoribus gloriari poſſint, & quos ſe ſuorum dogmatum habere Patriarchas exultent.

S. Guliel. mus Aquitaniæ Dux Eccleſiæ impugnator

Anno 1129. Guilielmus Pictauiæ, atque totius Aquitaniæ Princeps, qui pro expeditione peregrinationis Hieroſolimitanæ equitum millia quinquaginta, peditum ſexaginta millium numerum cirumduxit, toto niſu Petrum Leonis, qui & Anacletus dicebatur, ſequutus eſt; Videns Abbatem venientem, Bernardum dico, procedentem in ſpiritu vehementi, & in manibus tenentem ſacratiſſimum corpus Domini, obriguit & expauit, metuſque membra trementia diſſoluit, atque ad terram proſternitur. Qui comprehendit Sapientes in aſtutia ſua, & Regum balteum diſſoluit, ipſe fecit hoc. Hic Sacramenti præſentia, & ſpiritus ſancti qui loquebatur ſuperatus, ex animo ipſe qui perſequebatur Eccleſiam Dei, factus eſt defenſor, & columna in templo Dei, qui ſtabulo Rhodis incluſus, in tanta innocentia poſtmodum vixit, vt volucres cæli cum illo veſcerentur, beſtiæ ferociſſimæ, ferocitate depoſita, manſueſcerent, eumque reuererentur, diceres Heliã inter coruos, ouem Chriſti

ſti inter lupos, Danielem inter leones. Vocato verò ex Caſtellione Sacerdote, omnibus Sacramentis rite perceptis, ſubitò (dictu mirabile) primus pallor, qui ex ſqualore, & inedia faciem eius occupabat, in gratiſſimũ contra colorem commutatus eſt. Denique ita exceſſit è vita, vt defunctus viuere, & viuens mortuus videretur, cui viuere Chriſtus fuit, & mori lucrum.

Malachiam ſuum Bernardus Clareuallenſis Abbas, Archiepiſcopum Ardinachæ totius Hiberniæ Primatem tradit, vices ſuas per vniuerſam Hiberniam commiſsas ab Innocentio Papa accepiſse, additque de honore illi exhibito: Cùm Pontifex ſublatam de capite ſuo mitram, (mos namque erat nonniſi mitratos Romanos Pontifices, ad audientiam aliquos admittere) impoſuit capiti eius, eidemque ſtolam cum manipulo dedit, quibus ipſe inter offerendum vti conſueuiſset.

Ex plurimis verò quæ in confirmationem fidei Catholicæ, à Sancto Bernardo edita ſunt miracula, illud minimè prætermittendum, quod apud Oppidum Sarlatum contigit, cùm poſt completum ſermonem, plurimi ad benedicendum panes, ſicut vbique fiebat, ei oblati eſsent, eos ille in Dei nomine, ſigno Crucis benedicens. In hoc, inquit, ſcietis vera eſse quę à nobis; falſa

S. Bernardi miracula.

quæ

quæ ab hæreticis ſuadentur, ſi infirmi veſtri, guſtatis panibus iſtis, adepti fuerint ſoſpitatem, cumque Gaufredus Epiſcopus Carnotenſis addidiſſet: Si bona fide ſumpſerint, ſanabuntur, confeſtim Bernardus confiſus de Domini virtute, nihil hæſitans, non ego hoc dixerim, ait, ſed verè qui guſtauerint, ſanabuntur, vt proinde veros nos & veraces Dei nuncios eſſe cognoſcant. Tam verò ingens multitudo languentium, guſtato eo pane conualuit, vt re per totam Prouinciam diuulgata, non Henriciana tantum hæreſis tunc damnata eſt, ſed recentiores omnes nouatores Sacramentarij, eadem cum Henrico ſentientes, diuino calculo, ſuæ pariter damnationis ſententiam acceperunt, Gaufredi nonnulla.

Hunc ergo Bernardum dico ſcientia diuina illuſtratum, in virtute miraculorum à Deo miſſum, atque egregia vitæ ſanctitate imbutum, Dei amicum fuiſſe cum certò ſciam, ipſi pænitiſſimè inhærendo, qui inhæſit Deo, ſecurus exiſto, deplorãs ex chriſtiana charitate perditiſſimos nouatores, qui hos nefandiſſimos ſectantes brutos hæreticos, ijſdem, alijſque eis ſimilibus, immenſa planè cæcitate percuſſi plus deferant, quàm Beato Bernardo, cæteriſque ſanctiſſimis viris, qui diuerſis temporibus, eaſdem hæreſes ſcriptis, verbis, & miraculis expugnarunt.

Anno

Anno 1164. Olaus 9. cap. ſcribit inſtante Carolo Sueuorum ac Gothorum Rege, Sanctam Helenam viduam genere Wiſigotham, ob vitam ſanctiſſimè ductam, mortem violentam iniuſtè acceptam à cognatis generi, de cuius nece fuerat per calumniam accuſata, & ob miraculorum inſignem operationem ab Alexandro Papa, relatam eſſe in Sanctorum numerum.

Eodemque tempore, precibus Waldemeri Daniæ Regis Alexander idem tertius, in albo Sanctorum Martyrum aſcripſit Canutium Regem, Patrem eiſdem Waldemeri. Saxo Gram. lib. 14.

Vrgente Rege Anglorum Henrico anno 1168. vt Chriſtianus Rex Francorum de ſui Regni finibus Thomam Cantuarienſem Epiſcopum eijceret, Rege Chriſtianiſſimo reſponſum dignum reddidit. „ Quod ſi Rex „ Angliæ auitas, quas vocant conſuetudines, „ licet minus legi (vt aſſerebatur) congruas, tamen vt ad regiam dignitatem ſpectantes non ſineret abrogari, multo minus ſibi licere, quod cum corona regni Francorum ſibi iure competeret hæreditario, nempe vt antiqua regni conſuetudine, omnes miſeros & afflictos, & maximè pro iuſtitia exulantes reciperet, & donec pacem haberent, foueret, ac defenderet, adijciens ſe Thomam recepiſſe de manu Romani Pontificis, quem ſolum

Francorũ Reges iure hæreditario atque antiqua conſuetudine omnes miſeros & afflictos & maximè pro iuſtitia profugos tueri ac fouere.

ſolum in terris haberet Dominum, & ideo nec pro Imperatore, nec pro Rege, nec pro aliqua mundi poteſtate, eum dimiſſurum.

Anno verò 1170. Dei magno beneficio ex materno vtero in lucem editus eſt Calagoræ in Hiſpania ex nobili Guſmanorum familia S. Dominicus, qui ſecundum præcedentem prophetiam matri per quietem oſtēſam, Fax lucis foret, vitæ ſanctitate mundū illuſtraturus, & canis latratu abacturus feros lupos, nempe voce prædicationis debellaturus hæreticos.

lexan- riam no iam ob- idente rederi- o Imp. etrus A- oſtolus n albo quo pu- nans re nfecta rederi- um Imp. bire coē ji.

Fredericus Imp. anno 1174. cùm Alexādriam vrbem nouam, cum ingenti exercitu obſideret, pugnante B. Petro Apoſtolo, in equo albo, cui & Romana Eccleſia dicata erat, re infecta, abire coactus eſt. Alexandriam verò vrbem ab Alexandro tertio dictam, & datam in feudum Romanæ Eccleſiæ, atque in ius, & proprietatem, atque in perpetuum tributariam ferunt. Auctores fuere vrbis Cremonenſes cum Mediolanenſibus, & Placentinis. Ambitum vrbis deſignantes intra tres fluuios, & in terra amœna & fertiliſſima aduerſus vim Papienſium, & Marchionem Montisferratenſem. Porro ſedem Aquenſem ab eodem Alexandro tertio conſtat Alexandriam eſſe tranſlatam. Ex Algiſij Mediolanenſis tunc Epiſcopi, ad eoſdē Alexādrinos ea de re cōſcriptis epiſt. a. 1180.

Referre

Refert Roger. in annalibus ſuis S. Thomam miraculis à Deo illuſtratum. Philippo ægrotante ad mortem, admonitum in ſomnis Ludouicum Regem, vt ſi vellet filiũ ſaluum fieri, adiret S. Thomam Cantuariẽſem, fecit quod iuſſum eſt, obtulit vas ingẽs aureum, & multa alia dona, reuerſus domum, reperit filium integræ ſanitati redditum.

Sub hoc Alexandro tertio conſtantior videtur eſſe aſſertio, Religioſorum Carmelitarum, qui in Paleſtina in ipſo monte Carmelo fixere ſedem, ſumpſere originẽ. Quorum quidem promotor, propagator, & cuſtos fuit Henricus Patriarcha Antiochenus cum in Oriente Apoſtolicæ ſedis legatione fungeretur. Conſiderans enim complures qui inOrientem venerant acturi in terra ſancta vitam eremiticam, hinc inde diſperſos, expoſitos barbarorum incurſibus,collegit in vnum, duxitq́ue eos in montem Carmelum, Eliæ habitatione egregia olim inhabitatum. Fuereq́ue iſta principia,ex quibus vt ex parua ſcaturigine flumen immenſum, eſt auctus, & in vniuerſum Orbem dilatatus cætus Religioſorum Virorum. Hic cæpit anno 1181.

Eodem anno, Alexandro adhuc viuente, Conradus Archiepiſcopus Saltzburgenſis Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis, in Germa-

Germania Apoſtolicæ Sedis Legatus, Imperatoris conſanguineus, venerandum Sancti Vigilij corpus,& aliorum trium eiuſdem Eccleſiæ Antiſtitum, quorum ſepulturæ locus ignorabatur, caſu reperit, ex quibus velut ex Paradiſo, quatuor mox vberrima miraculorum erupere flumina, quibus vniuerſa Germania irrigata eſt.

S. Franciſcus Aſsiſij in Vmbria natus collabente in mundo diſciplina

Anno eodem morum diſciplina in mundo collabente, Apoſtolicum Virum Franciſcum Aſſiſij in Vmbria Deus naſci voluit, qui mundi contemptum, ac paupertatem, non affectu tantum, ſed effectu etiam inſigniter complexus eſt.

S. Forianus miraculo declaratus ad Caſimirum Poloniæ Regem mittitur.

Longinus cron. Polon. auctor eſt. Rege Poloniæ Caſimiro anno 1184. petente à Sũmo Pontifice Lucio Sancti alicuius Reliquias, Lucius idem loca Martyrum ingreſſus, quis Sanctorum illic quieſcentium migrare vellet, inquiſiuit. Ad quam vocem, ſeriòne, an ioco, à Summo Pontifice prolatam, ex tumba in qua corpus ſacrum B. Foriani conditum erat, manus protenſa & eiuſdem Pontifici appellanti, deſignantis, & indicantis ſe apparuit. Quo miraculo Pontifex admonitus, eiuſdem Sancti corpus per Ægidium Mutinenſem Epiſcopum Regi Caſimiro,& Cracouẽſi Eccleſiæ tranſmiſit, à quibus honorificentiſſimè ſuſceptum eſt, inſigni in eius honorem Eccleſia condita.

Porro

Digitized by Google

Porrò Fredericus Imp. anno 1190. poſt deuictos Turcas (in expeditione terræ ſanctæ multis ſuperatis itinerum, ac locorum dificultatibus) quiq́ue apud Iconium quadringentorum millium equitum exercitum prælio proſtratum cum Saladino militantem proſtrauit, cum vix ea pugna Imperator ſexcentos haberet, ſub ductu S. Georgij, viſus eſt enim idem ſanctus ſæpius acies Imperatoris præcedere, poſt captam nouo miraculo à Duce Sueniæ Iconij vrbem luculentiſſimam, fugatiſq́ue ducentis millibus equitum, cum in aqua rapidiſſima ei placuiſſet ſumpto prandio, nando recreari, caſu inopinato ſubmerſus eſt. Sed nefas eſſe didicimus mortalem ſedere arbitrum conſiliorum Dei, tam cito abripi tantum præſidium Chriſtianorum, cui dediſſet adeò læta, atque fælicia principia, vt eius vel ſolo nomine conſternati hoſtes videri poſſent. Verùm quod propter peccata, ſæpe aduerſa contingere certum ſit, nonnulli (in quibus eſt Nenbrius libro 4. capite 13.) reuocarunt ad culpam Imperatoris, quod diuturno iniquiſſimo bello inceſſerit Romanam Eccleſiam, atque ideo oportuit hoc peccatum temporaliter expiari, ne æternaliter plecteretur.

Fredericus Imp. Saladino cum ingenti armatorum exercitu ſuperato, caſu inopinato ſubmerſus.

Attendant ergo Politici nouatores, quanta cum iactura quæ ſunt Pontificum arrogent ſibi Principes, quemadmodum & hic

Frederi-cus pri-mus,& alter ſe-cundus Frederic' Impera-tores in-iurij in ſummos S. Rom. Eccleſiæ Pontifi-ces.

hic Fredericus ſecundus de quo ſuperiùs,& alter Fredericus primus,qui contra Alexandrum tertium , Pſeudo Pontifices quatuor. Victorem, Paſchalem , Caliſtum , & Innocentium creauit. Sicut & Henricus qui Paſchalem ſecundum Pontificem, & alios pleroſque Eccleſiæ præſides captiuos in Germaniam duxit,Romanæ Eccleſiæ,Vaticani, & aliorum templorum prædator factus. Sic quoque Romanam Eccleſiam laceſſiuit ac bello diu exercuitHenricus quartus. Quemadmodum enim Iuſtinianum Imp. contigit repente palliatum apparere Theologum,atque de dogmatibus acutiſſimè diſputare, qui numquam leges ſciuerit, vel ipſum foris inſcriptum ſacrorum titulum Bibliorum: Ita & iſti Politici Nouatores, tã ſacra,quàm profana omnia miſcentes,dum ex ſacrarum legum præſcripto cuncta ſe facere profitentur,multa in Eccleſiam inuehunt mala. Regum namq́ue eſt, ex Eccleſiaſtica diſciplina accipere ab Epiſcopis leges, non quouis colore præſcribere, ſed ſancitas ab ipſis , ipſorumq́ue maioribus illibatas ſeruare , & pro illis aduerſus hæreticos decertare,intelligant illud inſuper, vel ex ipſo rerum euẽtu,quanta cum Imperij iactura , regnandi,iuris inani , prætextu peccent principes in ſacerdotes. Recolant Silucrium Papam, abductum ab vrbe eo colore, ne proderet eam Gothis,

quæ

quæ illo percunte, ab ijſdem Gothis iterum capitur, inſuper & ab eodem Imperatore Iuſtiniano, à Gothis antea fortiter vindicata, rurſus amittitur, atque vniuerſi demum barbari, veluti impellente numine ad cladem Romani conuocantur Imperij. Tanta ſub Iuſtiniano mala Romano imperio illata: Sed & parua hæc quodammodo videri poſſent, niſi ipſe grauiora intuliſſet in Eccleſiam mala, dum laborat leges ſacras, præſcribere ſacerdotibus, à quibus accipere potiùs debuerat, edicto enim illo de tribus capitulis promulgato, materiam præparauit, & ignem quo vniuerſus Orbis Catholicus conſciſſus ſciſmate conflagraret, appoſuit. Tot igitur, tantaq́ue mala ſæculi prudentia, (quę mors eſt) inuexit in mundum, & vſque hodie in ſui perniciem, laborare non ceſſat.

HVC VSQVE AD CHRISTI Saluatoris annum 1300.

AT qui ego hic aſſentior, & ſecurus acquieſco, vſque adeò mihi ſunt inuicta miracula, quæ ſcilicet ab Eccleſia ſunt approbata. Hoc & ipſe D. Aug. libro de

vtilitate credendi cap. 17. & lib. contrà epiſtolam funda. cap. 4. indicat ſe teneri in Eccleſia vinculis miraculorum, quibus fundata eſt, quibus ipſam veram eſſe Eccleſiam voluit demonſtrari, docere ſe verè eſſe Meſſiam ſiue Chriſtum promiſſum à Deo, à prophetis prædicatum, Eſaia 55. cap. dicente. Deus ipſe veniet & ſaluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, & poſt ſubſequitur. Et hæc vobis directa via erit, ita vt ſtulti non errent per eam. Vnde & Dominus Matt. 11. dicit Ioanni ſciſcitanti per diſcipulos ſuos, num eſſet ipſe Meſſias, virtutem miraculorum ſuorum oſtendens dicit. Dicite Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant. Atque vt Eccleſiam ſuam ſtabiliret, adiungit Matth. 10. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate.

At impertinenter negatis facta miracula Sanctorum noſtrorum, vel eſſe fictitia ac commentitia, vel imaginaria, vel non ita res contigiſſe, & falſo ab hiſtoricis narrari, vel ſi contigerint, dæmonum eſse præſtigias. Sed quàm ſtultum ſit Caluino & ſimilibus credere, & derogare hiſtoricis antiquis, D. Aug. Tom. 6. contra Manichæum illum fauſtum diſt. N. cap. palam oſtſtendit. Dices illam narrationem non eſse Matthæi, quam Mat-

thęi

thęi eſſe dicit Vniuerſa Eccleſia, ab Apoſto-ſedibus, vſque ad præſentes, Epiſcopos certa ſuccesione perducta. Tum mihi quid contra lecturus es? Aliquem fortè librum Manichæi, vbi Ieſus negatur eſse natus ex Virgine. Sicut ergo ego credo illum librum eſse Manichæi, quem ex ipſo tempore, quo Manichæus viuebat in carne, per diſcipulos eius certa ſucceſſione præpoſitorum veſtrorum, ad veſtra vſque tempora cuſtoditus, atque perductus eſt, ſic & iſtum librum crede eſse Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus ipſe in carne vixit, non interrupta ſeriè temporum Eccleſia certa connexionis ſucceſſione vſque ad tempora iſta perduxit.

Et idem Aug. lib. 10. de ciuitate Dei cap. 18. Paganis negantibus hiſtorias miraculorum noſtrorum, in hunc modum reſpondet. Si liceat abſque vlla ratione, negare facta olim miracula, peribit fides omnium librorum, & tolletur, non ſolùm noſtra, ſed etiam omnis religio, omnes enim qui dij habentur, operibus mirabilibus, à doctis viris conſcriptis, diuinitatem ſuam falſam mundo perſuaſerunt. Vnde & declarant perſpicuè quemadmodum veteres patres ad noſtram vſque ætatem ſanctis viris, ob eorum veram erga Deum pietatem, debitam venerationem & tribuerint, & adhuc tribuere non ceſſent. Deinde nullam habet probabilita-

tem quod homines ſimpliciſſimi & fæminæ, vt Iuſtina quæ etiam Cypriani præſtigias quaſi arenearum telas eludebat. Et Martinus qui dæmonis inſidias perpetuò paſſus etiam in morte, dicens nihil in me habes cruenta beſtia, Chriſtus me & ſinus Abrahæ accipiet, & alij cum dæmonibus habuiſſe commercia, atque impoſtores fuiſſe.

Scio hæreticos noſtra etiam ætate vt ſuam doctrinam vulgò commendarent miraculis id attentaſse, ſed euentu parum fælici, de quibus fuſius diximus ſupra allatis exemplis.

At contra Sanctum Bernardum ad confirmationem Catholicæ fidei contra Henricianos benedixiſse panes, ex quibus quoſcumque infirmos edentes conualuiſse acta vitæ eius probant. Similia quoque à Sancto Anthonio Paduano, & compluribus alijs facta eorum geſta declarant.

Pro noſtra autem ſententia plurimum facit, quod nuſquam legimus (ait Guilelmus Eſtius in 2. ſent. libr. diſtinc. 7.) ad confirmationem alicuius erroris factum eſse verum miraculum. Quin potiùs ex hiſtorijs diſcimus interdum aliquid tale attentaſse ſed fruſtrà. Nam & 3. Reg. 18. cum de vera religione inter Heliam & Pſeudophetas Baal concertatio eſset, & prouocatio ad miraculum facta, vicit Helias, cadente igne

Domi-

Domini & vorante holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam quę erat in aquæ ductu lambens, quod cum vidiſſet omnis populus, cecidit in faciē ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, ſimiliter & Simon Magus, mortuum ad vitam cum reuocare non poſſet, ſuſcitato à Sancto Petro, eo qui mortuus efferebatur, confuſus & ſuperatus eſt.

Sed & Policronius Monothelita, quo ſuam hæreſim miraculo confirmaret in pleno concilio Patrum, mortuum quemdam reſuſcitare conatus, cum nihil efficere poſſet, exploſus eſt, & exſibilatus, conclamante aduerſus eum, omni conſilio, nouo Simoni Anathema. Actione decima-quinta ſextæ Sinodi.

Porrò quod ad Antichriſti ſigna, quę facturus eſt per naturales cauſas, miracula nō ſunt, aut quæ apparenter facturus eſt, faſcinationes ſunt oculorum, quomodo & lunam arte diabolica, cęlo deducunt maleficę, miracula ſunt mendacia, & Apoſtolus dixit 2. Theſſ. 2. id eſt nō vera, & ſolida, ſed apparentia, vel mirabilia hominibus, vel mendacia etiam dicuntur, non quod apparentia tantum ſigna & illuſoria futura ſint, non autem vera, ſed quia in mendacium & errorem homines ducentr. Tale eſt Apoc. 13. quod faciet ignem de cęlo deſcendere,

in terram, quod & Iob 1. Satan feciſſe legitur: Item quod imagini beſtiæ, id eſt Idolo datum eſt, vt loqueretur, quod & in idolis gentilium, & per ventrem Pythoniſſarum, dæmones facere ſoliti ſunt, ſed horum neutrum, etſi vulgo mirabile, excedit vires naturæ. Poſſunt enim à dæmonibus cauſæ quædam in natura procurari, in quibus hi effectus naturaliter ſequantur. At Chriſti & Sanctorum miracula, mortuorum ſunt ad vitam reuocatio, cæcorum illuminatio, claudorum, ſurdorum curatio, quæ ſola Chriſti communicata virtute fieri poſſunt.

Hic obiter obſeruandum eſt, rectè demonſtrari ex miraculis Eccleſiam, & ex Eccleſia miracula, ſed diuerſo demonſtrationis genere, quemadmodum ex effectu demonſtratur cauſa, & ex cauſa effectus. Nam ex miraculis demonſtratur Eccleſia, non quo ad euidentiam, vel certitudinem rei, ſed quo ad euidentiam & certitudinem credulitatis. Cuius rei ratio eſt, quia ante approbationem Eccleſiæ, non eſt euidens aut certum certitudine fidei de vllo miraculo, quod ſit verũ miraculum, tamen eſt tale, vt euidenter faciat rem credibilem. Et quidem quod non ſit euidens, patet, quia tunc fides eſſet euidens, quod non ſit certum certitudine fidei, patet, quia non conſtat nobis certitudine, cui non poſſit ſubeſſe falſum, illam non eſſe

illu-

illuſionem dæmonis. Dæmon enim etſi non poteſt facere verè miracula, tamen poteſt facere apparenter, etiam maxima quæque.

Pauca verò his omnibus notis ſubijciam, quæ ex Martini Becani Societatis Ieſu Viri eruditiſſimi, ſcholaſticæ Theologiæ tracta-tu poſteriori cap. 5. de Eccleſia annotaui. Habet hic tot & tam grauia huius generis ar-gumenta, vt quilibet vir ſapiens meritò ijs attendere & credere debeat.

Motiua (idem Auctor ait) quæ ducunt hominem ad credendum, & prudenter ſua-dent fidem Chriſtianam ac Catholicam, am-plectendam eſſe, ſunt ferè eiuſmodi. Pri-mùm: Miracula quæ fiunt in confirmatio-nem fidei. 2. Conſenſus populorum & gen-tium. 3. Conſonantia fidei noſtræ cum lu-mine naturali. 4 Sanctitas eorum qui vi-uunt iuxta doctrinam fidei. 5. Conſtantia Martyrum, qui pro fide ſuum ſanguinem profuderunt. 6. Pæna eorum, qui oppug-nant fidem Chriſtianam. 7. Efficacia prædi-cationis Euangelij, cuius effectus eſt, muta-tio vitæ in melius. 8. Veritas vaticiniorum veteris ac noui teſtamenti. 9. Analogia, cō-ſenſus, ac conſpiratio veteris ac noui teſta-menti. Et alia plura, quæ fuſiùs perſequitur Valentia tom. 3 diſp. quæſt. 1. punct. 4. & Leſſius in conſultatione, quæ fides & Reli-gio ſit capeſſenda.

2. Hæc & ſimilia Motiua, quo-ad vſum & praxim, triplicia ſunt: Nam quædam ex illis monent Iudęos & Gentiles, vt fian Chriſtiani: quædam Catholicos, vt maneā in fide catholica: quædam hæreticos, vt re deant ad fidem catholicam. De Motiuis pri mi generis ſcribit Lactantius, Iuſtinus Mar tyr, Tertullianus, Chryſoſtomus,& alij plu res apud Valentiam loco citato.

3. De Motiuis ſecundi generis ſcrib Auguſt. lib. contra epiſt. Manichæi qua fundamenti vocant cap. 4 his verbis: Mul ſunt alia, quæ in Eccleſiæ catholicæ grem me iuſtiſſimè teneant. Tenet conſenſio p pulorum atque gentium ; tenet authorit miraculis inchoata, ſpe nutrita,charitate au cta, vetuſtate firmata; tenet ab ipſa Sede P tri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt r ſurrectionem Dominus commendauit, v que ad præſentem Epiſcopatum ſucceſ Sacerdotum : tenet poſtremò ipſum cath licæ Eccleſiæ nomen, quod non ſine ca inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſo obtinuit, vt cum omnes hæretici, ſe Cath licos dici velint : quærenti tamen peregri alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, n lus hæreticorum vel baſilicam ſuam vel d mum audeat oſtendere. Iſta ergo tot & t ta Chriſtiani nominis chariſſima vincula &è hominem tenent credentem in Cath

lica Eccleſia, etiamſi propter noſtræ intelligentiæ tarditatem vel vitæ meritum, veritas nondum ſe apertiſſimè oſtendat. Apud vos autem, vbi nihil horum eſt, quod me inuitet ac teneat, ſola perſonat veritatis pollicitatio.

Motiua tertij generis, quæ meritò ſuadere debeant Lutheranis & Caluiniſtis, vt redeant ad fidem & Eccleſiam catholicam, quam deſeruerunt, ſic proponi poſſunt:

Primò, quod Catholica Religio, & nomine, & doctrina ſit antiquiſſima.

Secundò, quod maiores noſtri, qui ante Lutherum & Caluinum vixerunt, in ea nutriti & educati ſint: quos damnare impium eſt.

Tertiò, quod eandem ſanctiſſimi Viri, Baſilius, Chryſoſtomus, Hieronimus, Ambroſius, Auguſtinus, Damaſcenus, Bernardus, & alij complures in ſuis ſcriptis palam profeſſi ſint.

Quartò, quod in catholica Eccleſia perſeueret legitima & nunquam interrupta ſucceſſio Sacerdotum & Epiſcoporum, à temporibus Apoſtolorum ad nos vſque.

Quintò, quod in ea maneat virtus miraculorum, Et quod quotidie fiant multa miracula Laureti in Italia, Sichemij & Halleti in Brabantia, Dettelbachij in Franconia, & alibi.

Sextò, quod à Catholicis erecta & fundata ſint templa, Monaſteria, Hoſpitalia, Academiæ: quæ omnia antiquæ & ſinceræ pietatis monumenta ſunt.

Septimò, quod Maiores noſtri, qui iſta ad Dei honorem fuudauerunt & erexerunt, omni bonorum temporalium affluentia ditati fuerint. Et è contrario, quod Lutherani & Caluiniſtæ, qui illa deſtruunt, vel in proprios vſus conuertunt, prope ad inopiam, iuſt a Dei vltione, redigantur, eoque minus poſſideant, quo rapaciores ſunt.

Octauò, quod Catholici, quamuis toto orbe longè lateque diffuſi, ſeruent, tamen conſtantem inter ſe vnitatem. Et cum Romano Pontifice, Chriſti Vicario, quem cōmunem Paſtorem agnoſcunt, mirificè conſpirent ac conſentiant.

Nonò, quod apud Catholicos vigeant orationes, ieiunia, & alia pietatis opera, quæ in Euangelio commendantur.

Decimò, quod ope ac ſtudio Catholicorum, infiniti prope gentiles in India, China, Iaponia, & alijs locis, ad Chriſti fidem conuertantur, quod ſine ſpeciali Dei auxilio & fauore fieri non poſſe certum eſt.

5. Et quidem Motiua deſumpta ſunt ex parte Catholicorum. Nec pauciora ex parte Lutheranorum & Caluiniſtarum deſumi poſſunt. Sufficiant tamen hæc duo.

Primò,

Primò, quod doctrina fidei, quam ipſi profitentur, ſit noua, & quod ante Lutherū & Caluinum nulli fuerint Chriſtiani, qui per omnia docuerint, ſicut Lutherus & Caluinus docent. Propria Lutheri dogmata ſunt hæc tria. 1. Humanitatem eſſe vbique. 2. Infantes habere propriam fidem actualem, dū baptiſantur. 3. In Euchariſtia manere ſubſtantiam panis & vini cum ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti. Quis vnquam ante Lutherum hæc tria ſimul profeſſus eſt? Nullus. Similiter Caluini dogmata ſunt hæc. 1. Deum eſſe auctorem peccati. 2. Deum ab æterno prædeſtinaſſe certos homines ad damnationem, ſine vlla ipſorum culpa. 3. Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus. 4. Chriſti corpus non eſſe præſens in Euchariſtia. 5. Filios fidelium ſaluari ſine baptiſmo. Hic etiam nemo produci poteſt ex tota antiquitate, qui iſta ſimul docuerit, aut profeſſus ſit.

6. Secundò, quod illorum doctrina non tantum ſit noua, ſed etiam impia, blaſphema, & chriſtianæ ſanctitati penitus contraria. Nam Lutherus & Caluinus (præter ea quæ iam recenſui, & partim vni, partim alteri propria ſunt) docent alia tria in quibus conueniunt. 1. Hominem non habere liberum arbitrium. 2. Præcepta Decalogi eſſe impoſſibilia. 3. Bona opera nullius eſſe meriti

riti ac valoris apud Deum, ſed ſolam fidem ſufficere. At hæc doctrina repugnat ſancti-tati, & præbet occaſionem liberè peccandi. Nam qui ſibi perſuadet hanc doctrinam ve-ram eſſe, ſic apud ſe ratiocinabitur. Primò, ſi non habeo liberum arbitrium, nec in mea poteſtate eſt, benè vel malè agere (quod Lu-therus & Caluinus docent) cur ſollicitus ſim vt benè agam? aut perplexus ne peccem?

Secundò, ſi præcepta Dei impoſſibilia ſunt, inanis eſt de eorum obſeruatione co-natus & cogitatio. Quis enim, niſi fatuus ſit, rem quam impoſſibilē iudicat, aggredi velit?

Tertiò, ſi bona opera nihil valent coram Deo, quid neceſſe eſt benè agere? Et ſi ſola fides ſufficit ad ſalutem, reliqua omnia ſu-perflua ſunt.

Quis iam locus ſanctitati ſit, ſi hanc do-ctrinam amplectamur? Omninò nullus. Quod ipſi quoque aduerſarij de ſe fatentur. Audiamus ipſorum teſtimonia. Lutherus in Poſtilla domeſtica Lenæ impreſſa, conc. 2. Dom. 1. Aduentus. Mundus, inquit, ex hac doctrina quotidie redditur deterior. Iam homines ſinguli ſeptenis diabolis obſi-dentur, cum antea tantum vnico obſeſ-ſi fuiſſent. Diabolus iam cateruatim in ho-mines ingreditur, vt nunc in tam ſplendida Euangelij luce ſint auariores, callidiores, in-iuſtiores, crudeliores, proteruiores, quàm

prius

prius in Papatu fuerant. Nimirum, is noui Euangelij fructus eſt.

8. Similiter Caluinus in cap. 11. Danie-lis, v. 34. in exiguo illorum numero, qui ſe ab idololatrijs Papatus ſubduxerunt, maior pars plena eſt perfidia & dolis. Præclarum quidem zelum ſimulant: ſi tamen intus excutias, reperies plenos eſſe fraudibus. Et in comment. 2. Petri 1. 2. Vix eorum decimus quiſque eſt, qui alio fine Euangelio nomen dederit, quàm vt ſolutius in omnem laſciuiam diffluerer. Hoc enim permittit Euangelium Caluini.

9. Et Andreas Muſculus in lib. De nouiſſimo die: Quod ſi fateri veritatem volumus, tum hoc de nobis Euangelicis teſtari cogimur, magis quàm nos, ſcortationibus, vſuris, circumuentionibus, fraudibuſque deditos, in toto iam mundo nuſquam inueniri. Hæc ſufficiant hoc loco de Motiuis. Vide plura cap. 8. quæſt. 8. Et quis in tam deplorato totius pene Chriſtiani Orbis diſcrimine, atque in tanto Romani Imperij caſu animum non deſpondeat, quæ nonniſi ope diuina ſarciri poſſe aut curari videntur. Occurrerunt hæc totius Orbis mala Vrbani Octaui Papæ ac Ferdinandi Secundi Imperatoris temporibus, in quibus cædes, pugnę, ſeruitus, bella tum ciuilia, tum inteſtina, vrbium incendia, clades Regnorum, vaſtatio-

nes &

nes & excidia. Sed manet terra cæloque firmior Domini promittentis ſententia, non præualituras aduerſus Eccleſiam inferi portas, fremat pelagus, ſæuiant venti, increbreſcant micantia fulgura, mugiant tonitrua, ſtabit tamen incolumis Petri nauicula; Nam etſi fluctuat, non mergitur, Domino tandem increpante ventos & mare.

BENEDICTVS DEVS.

FINIS.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA

INDEX

INDEX GENERALIS CAPITVM.

Caput I.

Veri Catholici delineatio. Pagina 1

Caput Secundum.

De Eccleſiæ Notis. 22

Caput Tertium.

De Eccleſiæ Vnitate. 70

Caput Quartum.

De Nota Antiquitatis. 81

Caput Quintum.

De duratione Eccleſiæ, quæ deficere non poteſt. 109

Caput Sextum.

De Vniuerſitate temporum & locorum. 137

Caput Septimum.

Cur Apoſtolica nominatur? 147

Caput Octauum.

De Petro Apoſtolo, de Romano Pontifice, & Sede Apoſtolica. 170

Caput Nonum.

Eccleſia ſancta eſt, tum propter fidem, tum propter Sacramenta, non propter ſingularem integritatem. 141

Caput Decimum.

De Eccleſiæ doctrina ſancta, & eius efficacia, de ſanctitate Patrum noſtræ Religionis, & miraculorum in ea gratia. 280

Caput Vndecimum.

De gloria miraculorum. 322

Caput Duodecimum.

Primum incipit ab Incarnationis Dominicæ anno 31. 353.
Secundum Sæculum ann. 101. pag. 356
Tertium Sæculum ann. 201. 366
Quartum Sæculum ann. 301. 375
Quintum Sæculum ann. 401. 407
Sextum Sæculum ann. 5 1. 423
Septimum Sæculum ann. 601. 464
Sæculum octauum ann. 701. 482
Sæculum nonum ann. 801. 498
Sæculum decimum ann. 902. 516
Sæculum vndecimum ann. 100. 531
Sæculum duodecimum ann. 1101. 547
Huc vſque ad Chriſti Saluatoris annum 1300. pagina 559.

FINIS.

Digitized by Google

APPROBATIO.

HÆc Paræneſis à D. Huberto d'Aſſonleuille Altimontenſis Monaſterij Ordinis S Benedicti Priore concinnata, multiſq; miraculis & Sanctorum exemplis exornata, ad Romanæ Eccleſiæ doctrinam confirmandum, & ad eiuſdem vnitatem errantes reuocandum vtilis eſt. Quapropter eam typis mandari poſſe cenſeo. Datum Montibus Hannoniæ die 14. menſis Maij. 1633.

GREGORIVS VANDER-GHEEST, S. T. L. Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Germani Canonicus, Archiepiſcopalis Librorum Cenſor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

-7- 2 -2-

Digitized by Google